HANDBOUND
AT THE

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/operaomniagraece04aris

A717Bu

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ

ARISTOTELIS OPERA OMNIA GRAECE

AD OPTIMORUM EXEMPLARIUM FIDEM RECENSUIT,
ANNOTATIONEM CRITICAM, LIBRORUM ARGUMENTA,
ET NOVAM VERSIONEM LATINAM
ADIECIT

IO. THEOPHILUS BUHLE
PROF. PHILOS. IN ACAD. GEORG. AUGUSTA
SOC. REG. SCIENT. GOTTING. SOD. E. O.

VOLUMEN QUARTUM

BIPONTI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS
CIↃIↃCCXCIII

ARISTOTELIS

OPERA OMNIA

GRAECE

AD OPTIMORUM EXEMPLARIUM FIDEM RECENSUIT,

ANNOTATIONEM CRITICAM, LIBRORUM ARGUMENTA,

ET NOVAM VERSIONEM LATINAM

ADDIDIT

IO. THEOPHILUS BEKKER

PROF. THEOL. IN ACAD. BEROL. SOCIUS ACADEMIAE

REG. SCIENT. BOROL. ET REG. ACADEMIAE SCIENT. BAVAR.

VOLUMEN QUARTUM

BIPONTI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS

CIↃIↃCCCXXIX

PRAEFATIO.

DESCRIPTIS alio loco legibus, quas in coordinandis singulis Aristotelis libris observandas esse arbitror, non necesse erit iam exponere, qua de causa libri tres de Rhetorica statim Organon subsequantur; sicut enim hoc artem cogitandi attinet, ita illi ad artem animo concepta recte eloquendi spectant; utrumque igitur opus circa *methodum* versatur, & propter argumenti affinitatem uni eidemque πραγματείᾳ accenseri potest. Tametsi autem probabilitate non destitutum sit, librum de Rhetorica ad Alexandrum prius ab Aristotele compositum esse, quam libros de Rhetorica tres, cum ille, quod infra ostendi, haberi debeat pro epitome Theodectearum, quae in his laudantur [1]; nolui tamen post illum demum hos collocare, quoniam hi ipsa *Aristotelis* praecepta continent, liber vero ad Alexandrum vulgarem potius rhetorum doctrinam philosophi aetate tradi solitam persequitur.

Antiquiorum rhetorum opera, e. c. Gorgiae Leontini, Protagorae, Prodici, Thrasymachi Chalcedonii, Theodori Byzantini, Coracis, Tisiae, aliorum, in eo fere substiterat, ut *locos* discipulis dictarent, quibus illi utentes aut omni-

1 Arist. Rhet. III, 9.

no auditoribus, quidquid vellent, facilius perſuaderent, horum animos pro conſilio & lubitu modo ad iram & odium, modo ad miſericordiam & benevolentiam inflectendo; aut in quacunque cauſa adverſarium dicendo ſuperarent [1]. Enatae hinc erant plures dicendi artes (τέχναι) inter ſe diverſae; nam magiſtri non eoſdem locos commendaverant; alio pro ſingulari experientia ſua hos, alio alios maxime inculcante. Omnes eiuſmodi loci per ſe ita comparati ſunt, ut nonnunquam ad perſuadendum recte & feliciter adhibeantur; at non ſemper, non ubique, non apud omnes, nec in omni cauſa adhiberi poſſint. Commune praeterea illarum artium erat vitium, quod, praeceptis de *probatione*. quae potiſſimum in Rhetorica dari oportet, aut plane omiſſis, aut parum ſubtiliter traditis, ad artificia orationis ab ipſa cauſa aliena oratoris ſtudium illis dirigeretur. Videtur tamen Ariſtoteles primum in Rhetoricam incumbens varias artes a rhetoribus antiquioribus & aequalibus prolatas ſedulo collegiſſe; & haec artium collectio haud dubie *Theodecteis* comprehenſa fuit. Ex omnibus autem artibus ipſe deinde proprio Marte novam confecit, in qua multiplicem & indigeſtam praeceptorum rhetoricorum copiam ad capita quaedam revocavit. Is Ariſtotelis liber ex aliorum ſcriptis quodammodo conflatus & ab initio Theodecteis adiectus, poſtea vero ſive in uſum Alexandri Magni, ſive alia de cauſa nobis nunc ignota,

1 Cf. Quinctil. Inſtitt. orat. III, 1 ſq.

aut per Aristotelem, aut per alium, quicunque tandem ille fuerit, ab iis separatus, nisi omnia me fallunt, idem est, qui hodie sub nomine *libri de Rhetorica ad Alexandrum* venit [1].

Enimvero non potuit diu latere Aristotelem, virum tanto ingenii acumine & tam recto iudicio praeditum, his vel illis locis, quos memoria teneas, sollerterque in usum convertas, opportunitas ita si tulerit, totam dicendi artem minime absolvi, & desiderari adeo in vulgari Rhetorica graviſſima praecepta, quibus primo & maxime futurum oratorem animum intendere oporteat. Necessarium itaque existimavit ille, artem dicendi denuo retractare. Cuius quidem laboris fructus sunt *libri tres de Rhetorica*, in quibus, fine Rhetoricae, & utilitate, quam eius studium afferre possit & debeat, subtilius declaratis, omnem doctrinam oratoriam certioribus limitibus circumscripsit, eiusque partes plenius & accuratius, quam ante eum factum erat, distinxit. Hoc opere non solum singula ab aliis praecepta congesta sunt, sed etiam de illis sententiam ferendo, aliaque improbando, nonnulla firmando aut melius constituendo, plurima denique adhuc neglecta addendo, artem dicendi omnino Aristoteles magis perfecit. Commendat quoque idem opus selectorum exemplorum seges praeceptis adiuncta, partim a communi vita diligentique hominum rerumque humanarum observatione ducta, partim vero depromta ex poëtarum, oratorum, alio-

1 Cf. Argumentum p. 5, & Addenda.

rumque auctorum ſcriptis tum exſtantibus. Dignum igitur illud utique erat, quod Graeci & Romani aſſidue legerent, & dignum adhuc eſt, in quo excutiendo iuvenes noſtri ad bonae elocutionis laudem adſpirantes otii particulam conſumant. Non inquiſivit Ariſtoteles in ſenſum pulchri & recti homini innatum (*das Geſchmaksvermœgen*) tam alte, quam ex recentioribus philoſophis nonnulli in eum inquiſiverunt; quare etiam non a principiis pulchri & recti exorditur hoc ipſo ſenſu conſtitutis; ſed, quae praecepit, ea ipſi tum Rhetoricae finis propoſitus, tum experientia hominum rerumque facta, tum optima aliorum exempla in variis orationis generibus ſuppeditarunt. Neque Ariſtotelis Rhetorica omnia elocutionis genera, quae hodie diſtinguere ſolemus, complectitur; nam occupatur potiſſimum circa eloquentiam oratoriam. Verum haec omnia Ariſtoteli in crimen flecti nequeunt. In ea literarum conditione, quae eius aetate obtinuit, vix maius & altius quiddam ab eo poſtulari aut exſpectari poterat, quam quod ille praeſtitit. Praeterea vero non obliviſcendum eſt, Graecos eo tantum conſilio Rhetoricae operam dediſſe, ut eloquentiam oratoriam ediſcerent, quod ſecus eſt apud nos; & plura quoque hodie ad Rhetoricen vulgo relata, a Graecis ad Grammaticen trahebantur.

Utut haec ſe habeant, iniquus erga recentiorum virorum doctorum iudicia eſſem, ſi contenderem, Ariſtotelis Rhetorica ob defectus modo

memoratos ab iis vilipendi; fatendum potius eſt, iuſto ea pretio ſemper habita eſſe & adhuc haberi. Ex omnibus huius philoſophi libris etiamnum Rhetorica fere leguntur frequentiſſime, praeſertim ab Anglis, quibus, uti Graecis, eloquentiae oratoriae ſtudium ipſa patriae πολιτείᾳ magis neceſſarium fit. Fuere quoque plures, & in his ſummae eruditionis & elegantiſſimi ingenii viri, qui in textu Rhetoricorum emaculando deſudarent, ea ſaepius novis curis expolita ederent, Latine verterent, & interpretarentur. Quod quo magis conſtet, & ut ſimul notum fiat lectoribus, tam quid a mea opera priorum editorum lucubrationibus acceſſerit, quam quomodo his ipſis uſus ſim, recenſendis criticis ſubſidiis in hac nova Rhetoricorum editione a me adhibitis paululum iam immorabor.

Aldus Manutius in Collectione Rhetorum Graecorum (Venet. 1508, fol. Vol. I, p. 161 - 286) primus Ariſtotelis libros tres de Rhetorica una cum libro de Rhetorica ad Alexandrum & libro de Poëtica Graece typis evulgavit. Ex quonam Codice haec editio expreſſa ſit, & utrum unum an plures Aldus ad manum habuerit, non conſtat; nam in epiſtola nuncupatoria ad *Ioannem Laſcarin* toti collectioni praefixa nonnullorum tantum rhetorum Codd. laudavit, quos Laſcaris cum eo communicaverat, in quorum numero Ariſtotelis Codex non reperitur. Fuiſſe autem Aldi Codicem vitioſiſſimum, ipſe textus Aldinus docet corruptelis ſcatens. Secutae hunc ſunt edd. Rhetor.

Basileenses (a. 1531 & 1539 in Opp. Arist. T. II), & ed. Froben. (Basil. 1520, 1529, 4). Vitiorum seges typographorum peccatis in his valde aucta est. Editionem Rhetoricorum ab *Isingrinio* curatam (Basil. 1546, 8) non inspexi; cum tamen ea ante editionem Victorianam prodierit, puto, eam quoque ex Aldina pendere, sicut Rhetoricorum textus in ipsa ed. Isingriniana omnium operum Aristotelis maximam partem ex eadem fluxit. Editionum Parisiensis (1530, 8) ex officina Gerardi Morhii Campensis, & alius, quae Parisiis (1539, fol.) apud Conr. Neobarium prodiit, quaenam sit indoles, dicere non possum, cum utramque videre mihi non contigerit.

Ab Aldino textus Rhetoricorum in editione *Io. Francisci Trincaveli* (Venet. m. Ianuar. 1536, 8, in aedibus Bartholomaei Zanetti) tam longe abit, ut hunc aut e Codice MS. expressum, aut Codicis alicuius auctoritate mutatum esse, persuasum habeam. Continet insuper ista editio in *margine* varias lectiones haud dubie e Cod. MS. excerptas tum librorum trium de Rhetorica, tum libri de Rhet. ad Alexandrum & libri de Poëtica. Consspirant illae saepe cum iis, quas P. Victorius e libris suis MStis enotavit; verum non semper; quare eas sedulo exscripsi. Laudatur autem editio a me in notis sub nomine *Venetae*. Reddidit eam *Io. Baptista Camotius* (Opp. Arist. T. I, Venet. 1551, 8), omissis tamen lectionibus marginalibus, quarum plurimas in ipsum textum migrare iussit.

Novam librorum trium de Rhetorica innumeris tum mendis inquinatorum recenſionem inſtituit *P. Victorius* (Venet. 1548. Baſil. 1549. Florent. 1579, fol.), & quidem tanta induſtria tantoque ſucceſſu, ut *ſoſpitator* eorum dici mereatur. Ad textum emendandum plurima praeſidia ſummo ſtudio comparavit [1]. Dolendum eſt, eum nec numerum Codd. collatorum definiiſſe, nec ſingulis ſtatuiſſe pretium; aſſeveravit ille tantum, ſe non modo Codd. Florentiae in bibliothecis publica & privatis obvios, ſed etiam alios e multis Italiae oppidis apud ſe congregaſſe & excuſſiſſe. Diſtinxit inter omnes praecipue duos, quorum alter non ſatis antiquus, ſed e bono exemplo deſcriptus, olim *Franciſci Puccii*, familiaris Iovii Pontani, fuerat; alter vetuſtate & fide omnes ſuperans, praeter Ariſtotelis Rhetorica plurium aliorum quoque rhetorum reliquias complectens, ad *Nicolaum Rodulphum, Cardinalem*, pertinuit. Praeter Codd. Graecos vetuſtam verſionem Rhetoricorum Latinam incerti auctoris, qua iam *Aegidius Romanus*, Thomae Aquinatis diſcipulus, uſus fuerat, Victorius contulit. Eſt utique haec verſio Codicis Graeci inſtar, quoniam anxie ſingula verba textus Graeci totidem Latinis reddit, & cum in pleriſque locis, ubi lectio variat, cum Rodulphi Codice conveniat, ex optimo & antiquiſſimo exemplo eam factam eſſe neceſſe eſt. Ipſius vero verſionis Victorius iterum plures Codd. MStos inter ſe comparavit, ut lectionem interpretis

1 Vide Victor. praef.

veriſſimam detegeret. Inſpexit etiam interpretis Graeci Scholia in Rhetorica [1], de quibus tamen parum honorifice iudicat (Commentar. p. 625, 630), licet eſſe in iis notatu digna non neget. Ex editionibus, quas ad manus habuit, ſolam Aldinam diſerte paſſim memorat, reliquas tum exſtantes *Codicum antehac excuſorum* nomine generatim comprehendens. Varias autem lectiones non curioſe ſatis ex iis congeſſit, & editione Veneta omnino caruiſſe videtur. Praedicat denique adiutorem totius operis *Franciſcum Medicis*, virum eruditiſſimum, cuius etiam explicationes & coniecturae in notis ſubinde occurrunt. Sane textus Ariſtotelis Victorii ingenio diligentiaque multum lucratus eſt; ſinguli fere verſus meliores redditi, & plurima loca antea corrupta, obſcura, aut ſenſu plane orbata priſtinae integritati reſtituta ſunt. Neque ſola textus emendatione Victorius laborem ſuum coërceri paſſus eſt; ſubiecit ei quoque

1 Εἰς τὴν Ἀριστοτέλους Ῥητορικὴν ὑπόμνημα ἀνώνυμον — Pariſ. 1539, fol. Defuit mihi haec interpretis Graeci editio, quare eum ipſe conſulere non potui. Exſtare eius exemplum in bibl. Reg. Berolinenſi, literis nuperrime demum certiorem me fecit Cl. *Buttmann*, Vir amiciſſimus. Neſcio, an ea pars ſit editionis: *Ariſtotelis de arte rhetorica libri III, Graece*, cum commentariis *Anonymi*. Pariſ. ap. Conr. Neobarium, 1539, fol. Nam, ut ſupra dictum eſt, hanc quoque deſideravi. Cf. Vol. I, p. 197. Ceterum mutila ſunt Scholia & initio & ſub finem. Diverſa quoque ſunt a commentariis *Aſpaſii*, *Gregorii Nazianzeni* & *Stephani*, qui MSti exſtant. Auctorem eorum fuiſſe hominem Chriſtianum, & floruiſſe poſt Conſtantinum & Baſilium Magnum, docuit Fabricius Vol. II, p. 118 B. Gr.

praeclarum commentarium, in quo verba & locutiones difficiliores, ſententiarum vim & nexum, exemplorum illuſtrationis cauſa ab auctore allatorum fontes, docte, copioſe, & nonnunquam fuſe nimis expoſuit.

Mirandum eſt, quod editores Rhetoricorum, *Iſingrinius* (in Opp. Ariſt. Baſil. 1550, Vol. II, fol.), *Aemilius Portus* in ed. Spirenſi (1598, 8), & *Ant. Riccobonus* (Venet. 1579; Francof. 1588; Hanov. 1606, 8; & Pariſ. 1648, 8) textum Victorianum non dederunt. Receperunt quidem nonnullas Victorii emendationes, in plurimis vero textum Aldinum ſequuntur, ipſa huius menda intacta relinquentes. Non minus a textu Victoriano receſſit ed. Argentoratenſis (ap. Theod. Rihelium 1570, 8), cui *Io. Sturmii* Scholia adiecta ſunt. Prodierunt Venetiis (1572, 1591, & Patavii ap. Io. Cagnolum 1689, 4) Rhetoricorum nova verſio Latina & uberrimus in illa Commentarius auctore *M. Ant. Maioragio*, iam a. 1551 vita defuncto, cura *Fabii Paulini Utinenſis*, qui etiam textum Graecum addidit. Commentarius Maioragii maximam partem e Victorii notis compilatus eſt, quidquid dixerit *Kohlius* [1]; quod ſi enim has legeris, in illo eadem plerumque, modo brevius, modo fuſius tradita reperies; loca veterum a Victorio indigitata tantum, Maioragius nonnunquam ipſis verbis exſcripſit; & ſi quando e propria penu hic aliquid attulit, aut

1 Kohlii praef. *de vita & ſcriptis Maioragii* p. 83 ſq. ad Delic. epiſtol. (Lipſ. 1731, 8.)

ſententias Ariſtotelis aliter, quam quomodo Victorius, interpretatus eſt, raro hoc ei feliciter ceſſit, quod ex recentioribus commentarii Victoriani editionibus patet, in quibus Maioragii opiniones paſſim refutantur. Textus Graecus in edd. Maioragii a Fabio Paullino ad Victorianum reformatus eſſe dicitur; verum paucis tantum in locis mutatus eſt, in ceteris textu Camotiano repetito; quare etiam verba Graeca ſaepiſſime verſioni Maioragii Latinae eiuſdemque notis non reſpondent. In editione Pariſienſi (ap. Vaſcoſan. 1549, 8) textus Graecus ſecundum Victorii recenſionem expreſſus eſt, uti etiam in ea, quam *Chriſtophorus Schraderus* (Helmſtadii 1661, 4) curavit, paucis tamen locis iterum aliter conſtitutis.

Poſt Victorium denuo quodammodo Ariſtotelis Rhetorica recenſuit *Guilielmus Morelius* in editione nitida Pariſienſi (1559, 4). Comparavit altera vice cum textu Graeco veteris interpretis, cuius ſupra memini, verſionem Latinam, ex qua etiam plures lectiones expiſcatus eſt, quae Victorium fugerant; praeterea, etſi parum conſtanter, in uſum vocavit *Georgii Trapezuntii* & *Hermolai Barbari* verſiones. Orta eſt hinc variarum lectionum farrago ad calcem editionis adiecta, cui inſuper variae lectiones, decerptae e notis Victorii, admixtae ſunt. Ipſum textum dedit Morelius maximam quidem partem ad Victorianum emendatum; in nonnullis tamen ab hoc diſcrepantem, & cum eo, qui in edd. Baſileenſibus legitur, congruum. Repetita eſt ed. Morelii in ed.

Pariſ. ap. Io. Benenatum (1575, 4), &, quod notatu digniſſimum, a *Sylburgio* quoque, quem mutaſſe textum vulgo exiſtimarunt viri docti, quamvis hic ne verbum quidem in eo mutaverit. Ipſa Victorii Rhetoricorum editione Sylburgius non uſus eſt, quod ſane ſuſpicari licebat, cum ſuam editionem Victorio inſcripſerit; ſed ratus forſitan, Morelium in textu preſſo pede ſecutum eſſe Victorium, omniaque ad lectionis varietatem in huius commentario pertinentia collegiſſe, textum, qualis a Morelio conſtitutus erat, exhibuit, & ab eodem notata in ſua variarum lectionum congerie repetiit, litera M. ſemper appoſita. Morelius autem eas tantum lectiones e Victorii notis excerpſit, quae praecipuae viderentur, omiſſis ceteris, quas igitur in Sylburgii quoque farragine fruſtra quaeras. Neque tamen ſilentio praetereundum eſt, Sylburgium edd. Rhet. Iſingrinianam (in Opp. Ariſt.) & Camotianam cum textu Moreliano contuliſſe. A Sylburgiana ed. quoad textus lectionem nihil aut parum differunt edd. *Caſauboni*, *Duvallii*, Londinenſis *Theod. Goulſtoni* (1619, 4), & *Cantabrigienſis* (1728, 8). Poſtrema varias lectiones ſub textu & notas in fine annexas habet, quarum autem illae ex ed. Sylburgiana, hae ex Victorii & Maioragii commentariis ipſis verbis exſcriptae ſunt. Victorianum textum ex recentioribus reddiderunt *Schraderus*, cuius iam mentionem feci, & *Io. Caſelius* (Roſtochii, 1577, 8) [1]. Ad exemplum editionis

1 *Ariſtotelis de arte dicendi libri III, Graece & Lat. ope-*

Schraderi expreſſa eſt editio noviſſima Rhetoricorum *Lipſienſis* (1772, 8), nonnullis ſubinde ad textum Morelianum refictis. Curavit hanc, ni fallor, b. *Reitzius*, vir, dum fuit, praeſtantiſſimus, adiutus *Garvii* V. Cl. in perſpiciendis plagulis diligentia. Uterque tamen ſaepius integra commatia typographi incuria e textu excidere paſſus eſt.

Iam vero cum neque Victorius, neque Morelius & Sylburgius omnem lectionis Rhetoricorum varietatem, tam in libris manu exaratis quam in excuſis diſperſam, aut e vetuſtiſſimis verſionibus Latinis hariolandam, diligenter ſatis conquiſiverint; omninoque textus vulgatus nondum eas emendationes & correctiones expertus ſit, quibus, ſi modo parata ſubſidia recte quis adhibeat, plures mendae in illo adhuc relictae tolli poſſint; officii mei eſſe duxi, Rhetoricorum editiones, quotquot nanciſci potui, denuo cum textu Sylburgiano conferre, lectioniſque varietate ex illis excerpta ita uti, ut textum quam emendatiſſimum viris doctis in manus traderem. Excuſſi igitur non ſolum edd. Aldinam, Venetam, Baſileenſes, Spirenſem, Riccobonianam & Maioragianam, ſed etiam diligentius, quam a Morelio factum eſt, ex Victorii commentario varietatem

ra & ſtudio Io. Caſelii *quam emendatiſſime editi, & quam diligentiſſime correcti iuxta editionem* Petri Victorii. Roſtochii, ex officina Iac. Lucii. 1577, 8. (Bibl. Gotting.) Deeſt ed. in elencho meo. Praeceſſerat ei iam: *Ariſtotelis Rhetoricorum liber primus, Graece, cum prooemio* Io. Caſelii. Vitebergae, 1564, 8. Exemplum eſt in bibl. Reg. Berolinenſi.

lectionis e Codd. MStis enotatam in animadversionibus criticis congessi. Versionem veteris interpretis Latinam denuo comparare operae pretium non habui, quippe quo labore Victorius iam & Morelius accurate satis defuncti esse videntur; inspexi autem *Georgii Trapezuntii* & *Hermolai Barbari* [1] versiones e Codd. factas; nec non singula loca versionum Latinarum vetustissimarum, a Christophoro Schradero allata ex duobus MStis Codd. olim in bibliotheca Academiae Helmstadiensis asservatis. Quidquid ex hac variarum lectionum copia melius vulgato putarem, id in textum recepi, non sine modestia tamen, nec nisi re antea bene examinata, quantum quidem pro ingenii mei modulo & eruditionis tenuitate fieri posset. Dedi quoque lectorum commodo hoc, ut loca textus obscura, quorum haud parvus numerus est, in animadversionibus breviter dilucidarem, & exemplorum ab Aristotele illustrationis causa adductorum vim & fontes ostenderem. Omnino nullum locum plane praeteriisse mihi videor, in quo lectorem etiam eruditiorem, nam tirones non curo, forsitan haesiturum esse animus praesagiebat. Multa me debere Victorii & Schraderi commentariis, praesertim in indagandis fragmentorum sedibus, quae ex aliis scriptoribus decerpta Aristoteles sermoni suo intertexuit, haud diffiteor; verum ipse non ἀσύμβολος discessi, & ne credant lectores, me illorum auxiliis, quoties ad ea confugi, sine ulla mole-

1 Vid. Vol. I, p. 257.

ſtia uſum eſſe, in memoriam ſibi revocent velim, citare illos veterum auctorum tantum integros *libros*, non *capita* aut *verſus* aut voluminum *paginas*. & impendendas eſſe ſaepius plures horas, ut vel unum locum ab iis indigitatum reperias. Duorum priorum librorum dedi verſionem Latinam *Mureti* [1], tertii vero libri a *M. Ant. Maioragio* confectam; utramque autem ſubinde refinxi, & ad textum Graecum, qualis a me conſtitutus eſt, reformavi. Supererunt quidem in verſione ipſa emendatiori, quam voco, quae melius Latine dici potuiſſent; quamvis, ut intelligenter iam *Schneiderus* [2], vir eximius, monuit, *linguae Latinae ingenium nec factum, neque admodum a ſcriptoribus Latinis accommodatum fuerit ad Graecorum rhetorum in praeceptis bene dicendi tradendis ſubtilitatem*. Sed non ſine cauſa idonea nonnunquam a Latina ſermonis in ipſis Rhetoricis proprietate diſceſſi. Non ignoro v. c. pro *metaphora* Latinos dicere *translationem*, pro *hyperbole*, *ſuperlationem*; nihilominus *Graeca* verba facere *Latina* malui, ut promtior evaderet ſenſus; nemo enim verborum illorum Latinorum vim aſſequetur, niſi Graeca teneat. Scrib. Gottingae in Acad. Reg. Georgia Auguſta d. XIII Iunii CIↃIↃCCXCIII.

1 *Ariſtotelis Rhetoricorum libb. duo*, M. Antonio Mureto *interprete*. Romae ap. Barthol. Graſſum. 1585. Cf. Elench. edd. Vol. I, p. 262 ſq. Verſionem Mureti typis quoque repetitam habes in *Mureti* Operibus, editis *a Dav. Ruhnkenio* (Lugd. Bat. 1789) T. III, p. 615.

2 Demetrius de elocut. ed. Schneider. Praef. p. 18.

lectionis e Codd. MStis enotatam in animadversionibus criticis congessi. Versionem veteris interpretis Latinam denuo comparare operae pretium non habui, quippe quo labore Victorius iam & Morelius accurate satis defuncti esse videntur; inspexi autem *Georgii Trapezuntii* & *Hermolai Barbari* [1] versiones e Codd. factas; nec non singula loca versionum Latinarum vetustissimarum, a Christophoro Schradero allata ex duobus MStis Codd. olim in bibliotheca Academiae Helmstadiensis asservatis. Quidquid ex hac variarum lectionum copia melius vulgato putarem, id in textum recepi, non sine modestia tamen, nec nisi re antea bene examinata, quantum quidem pro ingenii mei modulo & eruditionis tenuitate fieri posset. Dedi quoque lectorum commodo hoc, ut loca textus obscura, quorum haud parvus numerus est, in animadversionibus breviter dilucidarem, & exemplorum ab Aristotele illustrationis causa adductorum vim & fontes ostenderem. Omnino nullum locum plane praeteriisse mihi videor, in quo lectorem etiam eruditiorem, nam tirones non curo, forsitan haesurum esse animus praesagiebat. Multa me debere Victorii & Schraderi commentariis, praesertim in indagandis fragmentorum sedibus, quae ex aliis scriptoribus decerpta Aristoteles sermoni suo intertexuit, haud diffiteor; verum ipse non ἀσύμβολος discessi, & ne credant lectores, me illorum auxiliis, quoties ad ea confugi, sine ulla mole-

1 Vid. Vol. I, p. 257.

ſtia uſum eſſe, in memoriam ſibi revocent velim, citare illos veterum auctorum tantum integros *libros*, non *capita* aut *verſus* aut voluminum *paginas*, & impendendas eſſe ſaepius plures horas, ut vel unum locum ab iis indigitatum reperias. Duorum priorum librorum dedi verſionem Latinam *Mureti* [1], tertii vero libri a *M. Ant. Maioragio* confectam; utramque autem ſubinde refinxi, & ad textum Graecum, qualis a me conſtitutus eſt, reformavi. Supererunt quidem in verſione ipſa emendatiori, quam voco, quae melius Latine dici potuiſſent; quamvis, ut intelligenter iam *Schneiderus* [2], vir eximius, monuit, *linguae Latinae ingenium nec factum, neque admodum a ſcriptoribus Latinis accommodatum fuerit ad Graecorum rhetorum in praeceptis bene dicendi tradendis ſubtilitatem.* Sed non ſine cauſa idonea nonnunquam a Latina ſermonis in ipſis Rhetoricis proprietate diſceſſi. Non ignoro v. c. pro *metaphora* Latinos dicere *translationem*, pro *hyperbole*, *ſuperlationem*; nihilominus *Graeca* verba facere *Latina* malui, ut promtior evaderet ſenſus; nemo enim verborum illorum Latinorum vim aſſequetur, niſi Graeca teneat. Scrib. Gottingae in Acad. Reg. Georgia Auguſta d. XIII Iunii CIↃIↃCCXCIII.

1 *Ariſtotelis Rhetoricorum libb. duo*, M. Antonio Mureto *interprete*. Romae ap. Barthol. Graſſum. 1585. Cf. Elench. edd. Vol. I, p. 262 ſq. Verſionem Mureti typis quoque repetitam habes in *Mureti* Operibus, editis a *Dav. Ruhnkenio* (Lugd. Bat. 1789) T. III, p. 615.

2 Demetrius de elocut. ed. Schneider. Praef. p. 18.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΤΕΧΝΗ ΡΗΤΟΡΙΚΗ

ARGUMENTUM

LIBRORUM ARISTOTELIS

DE

RHETORICA

EXSTANT ſub Ariſtotelis nomine duo opera *de arte dicendi*: quorum unum in *libros tres* diviſum eſt, alterum Alexandro M. in epiſtola praefixa inſcriptum *uno libro* continetur. De prioris ſinceritate, quantum ſcio, nemo unquam dubitavit; & ſane videtur non ſolum ipſe Ariſtoteles in libro de Poëtica ad illud provocaſſe [1], ſed etiam praecepta rhetorica in eo explicata, totiuſque elocutionis tenor & ratio, cum ingenio, dictione, & philoſophia Stagiritae optime congruunt. Poſterius autem contenderunt nonnulli eſſe ſuppoſititium, nec Ariſtotelis, ſed forſitan foetum Anaximenis Lampſaceni, aut alius Rhetoris cuiuſdam ſerioris, quicunque tandem ille fuerit [2]. Cum igitur meum ſit, hanc quaeſtionem paulo accuratius diſcutere; ut eam iam hoc loco, nec in argumento libri de Rhetorica ad Alexandrum, perſequendi conſilium ineam, impellit me tum neceſſitas, diverſitatem tractationis eiuſdem ſcientiae in utroque opere attingendi, unde illi ipſi quaeſtioni lux exoritur; tum quod manifeſte ſatis appareat, eandem plane ad liquidum perduci non poſſe, niſi tam de ſcriptis rhetoricis

1 De Poët. cap. XIX: τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν διάνοιαν ἐν τοῖς περὶ Ῥητορικῆς κείσθω. Τοῦτο γὰρ ἴδιον μᾶλλον ἐκείνης τῆς μεθόδου.

2 V. Ant. Maiorag. in praef. ed. libb. de Rhet. Venet. 1591, fol.

hodie Aristotelis nomen prae se ferentibus, quam de aliis huic passim a veteribus tributis omnino dispiciatur.

Librorum argumenti rhetorici, quos Stagirita conscripsit, aut conscripsisse in antiquitate dicebatur, dederunt recensus Diogenes Laërtius, Anonymus Graecus Vitae Aristotelis scriptor a Menagio editus, & Arabicae philosophorum bibliothecae auctor apud Casirium [1]; qui recensus quidem magnopere inter se discrepant, ita tamen, ut altius investiganti mox constet, omnem discrepantiam ad textus corruptelas redire, unumque ex altero emendandum esse.

I. A *Diogene Laërtio* laudantur, ut Aristotelis:
- *a*) Περὶ Ῥητορικῆς, ἢ Γρύλλος, α'.
- *b*) Τεχνῶν συναγωγὴ, α', β'.
- *c*) Τέχνης ῥητορικῆς, α', β'.
- *d*) Τέχνη, α'.
- *e*) Ἄλλη τέχνη, α', β'.
- *f*) Τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς, α'.

II. Ab *Anonymo Graeco*:
- *a*) Περὶ Πολιτικῆς, ἢ Γρύλλος, γ'.
- *b*) Τεχνῶν συναγωγὴ, α'.
- *c*) Τέχνης ῥητορικῆς, γ'.
- *d*) Τέχνης, α'.
- *e*) Τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ ἐν γ'.
- *f*) Περὶ Ῥητορικῆς τῆς μετὰ φυσικὰ, ι'.
- *g*) Περὶ Ἀλεξάνδρου, ἢ περὶ ῥήτορος, ἢ πολιτικοῦ.
- *h*) Τέχνη ἐγκωμιαστική.

III. Ab *Arabe*:
- *a*) *Collectio Artium*, lib. I.
- *b*) *De Rhetorica*, libri III.

Primum monendum est, Aristotelem & alios veteres Rhetores Graecos usos fuisse voce τέχνη de *Rhetorica* praecipue [2]; adeoque probabile fit, argumentum horum librorum fuisse affine; quare etiam tituli supra adducti & apud Diogenem, & apud Anonymum Graecum deinceps positi sunt; licet uterque librorum argumentum veramque seriem haud dubie ignoraverit. Iam vero I) cum nos habeamus Aristotelis libros de arte dicendi *tres*,

1 Vol. I, pag. 28, 31, 62, 63, 42.

2 Hinc etiam factum est, ut inter Peripateticos & Academicos tam acriter disceptaretur, utrum *Rhetorica* sit *ars*, necne.

praetereaque veteres hos noverint, & *tres* ſemper numeraverint 1, patet, noſtros libros eoſdem eſſe, quos Diogenes verbis Τέχνης ῥητορικῆς, α', β', & Anonymus verbis Τέχνης ῥητορικῆς, γ', una cum Arabe innuerunt. Apud Diogenem igitur ex Anonymo pro α', β' reponendum eſt γ'. II) A noſtris libris de Rhetorica diverſi fuerunt *libri de Rhetorica ad Theodectem*. Ait enim Ariſtoteles in libro tertio Rhetoricorum (III, 9): Αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις ἐξηρίθμηνται, quo loco Theodectea ab his ipſis rhetoricis libris diſerte diſtinguuntur. Diverſa non minus fuerunt *Theodectea* a *libro de Rhetorica ad Alexandrum*, qui aetatem tulit. Scripſit enim auctor huius, ſive is Ariſtoteles, ſive alius fuerit, in epiſtola nuncupatoria ad Alexandrum, quae hodie in fronte libri legitur 2: Περιτεύξη δὴ δυσὶ τούτοις βιβλίοις, ὧν τὸ μέν ἐστιν ἐμὸν ἐν ταῖς ὑπ' ἐμοῦ τέχναις Θεοδέκτῃ γραφείσαις· τὸ δὲ ἕτερον Κόρακος. Τὰ δὲ λοιπὰ τούτοις ἰδίᾳ πάντα γέγραπται περί τε τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν δικανικῶν παραγγελμάτων· ὅθεν πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν εὐπορήσεις ἐκ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων γεγραμμένων. Neque tantum docent haec verba, ſub Theodecteis non librum de Rhetorica ad Alexandrum intelligi, ſed plura inde elici poſſunt notatu digniſſima. Diſerte in illo loco traditur, *a*) expoſitas fuiſſe in Theodecteis varias dicendi artes ſuperiorum Rhetorum; *b*) *librum de rhetorica ad Alexandrum* nunc ſuperſtitem, eſſe *Theodecteorum epitomen*, ipſa vero Theodectea periiſſe; *c*) conſtitiſſe olim opus de rhetorica ad Alexandrum *duobus* libris, quorum unus *hanc ipſam epitomen* contineret, quae ad nos pervenit, alter eſſet *liber Coracis Rhetoris* iam deperditus 3. Corrigendi itaque ſunt & Diogenes Laërtius & Anonymus. Apud illum pro verbis: Τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς, α', & apud hunc pro verbis: Τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ ἐν γ', reſcribendum eſt: Τεχνῶν τῶν πρὸς Θεοδέκτην συναγωγὴ ἐν γ'. III) Quae apud Diogenem excitatur Τεχνῶν συναγωγὴ, α', β', eſt *opus de rhetorica ad Alexandrum, in quo expoſuit dicendi artes omnium ſuperiorum*, & illos, *in quibus* ſua quaedam *de eadem arte dixit*, & *hos germanos huius artis magiſtros, hoc mihi videtur intereſſe.*

1 Cic. de fin. B. & M. V, 38; Quinctilian. Inſtitt. orat. II, 17.

2 Epiſt. ad Alex. praef. Rhet. ſub fin.

3 Cic. l. l. *Inter hunc* Ariſtotelem, *cuius* & illum *legi li-*

drum, *quale olim erat*, viz. duobus libris compoſitum, adiecto Coracis libro Theodecteorum epitomae. Separavit enim Diogenes hanc Τεχνῶν συναγωγὴν a Theodecteis; igitur, cum praeter Theodectea, & opus de arte rhetorica ad Alexandrum alia Artium collectio non exſtaret, ſub illa Τεχνῶν συναγωγῇ non niſi opus de rhetorica ad Alexandrum intelligere potuit. Laudatur eiuſdem Artium collectionis ab Anonymo & Arabe, uti etiam a Cicerone, unus tantum liber; habuerunt hi fortaſſe, ſaltem Cicero, exemplum ante oculos, a quo Coracis liber iam divulſus eſſet; nam innuiſſe Ciceronem quoque librum noſtrum de rhetorica Alexandro inſcriptum, vel exinde elucet, quod Theodecteorum *plures* fuerint libri, ille autem *unum* tantum librum ſe legiſſe affirmaverit. IV) Duo alia Ariſtotelis ſcripta argumenti rhetorici a Diogene recenſita, Τέχνη, α', quem librum Anonymus quoque agnoſcit, & Ἄλλη τέχνη, α', β', mihi non ſingularia opera rhetorica, ſed potius libri ad Theodectea pertinentes fuiſſe videntur, quos ſigillatim, quod argumenti & tractationis ratio permitteret, in antiquitate circumferri ſolitos male Diogenes a Theodecteis ſeparavit, & pro ſingularibus ſcriptis rhetoricis habuit. Proditur hoc tum ipſis inſcriptionibus Τέχνη — Ἄλλη τέχνη —, tum ſilentio Arabis, tum denique eo, quod nec Cicero, nec Quinctilianus, homines in libris Stagiritae rhetoricis maxime verſati, praeter libros tres de rhetorica, & Collectionem artium, ullius alius de arte rhetorica libri Ariſtotelici meminerint. V) Sic quoque & *titulo* & *numero* librorum ſingularis operis rhetorici, quod, ut Ariſtotelis, laudavit Anonymus Graecus, Περὶ ῥητορικῆς τῆς μετὰ φυσικὰ, ι', magnum errorem ſubeſſe ſuſpicor. *Numeris* librorum in veteribus recenſibus literariis omnino diffidendum eſt, cum veteres auctores, ipſe adeo Ariſtoteles, haud raro in ſcriptis ſuis per partes diſpeſcendis fuerint parum iuſti & accurati. Fieri autem potuit, ut in Codice quodam libros *phyſici* argumenti exciperent libri de rhetorica; quare imperitus librarius his forte inſcripſit: περὶ Ῥητορικῆς τῆς μετὰ φυσικὰ, ut eos a ceteris libris rhetoricis alio loco in Codd. collocari ſolitis diſcerneret; & hac tituli diverſitate decepti recenſuum auctores ſeriores hos libros ſingulare quoddam opus rhetoricum conſtituere ſibi

perſuaſerunt, cui errori poſtea novus in librorum numero acceſſit. VI) *Librum de Rhetore, ſive de Politico ad Alexandrum*, itidem ab Anonymo memoratum, eundem cum noſtro libro de rhetorica ad Alexandrum eſſe exiſtimo. Certum hoc videbitur omnibus, qui *titulum* libri illius apud Anonymum cum loco comparaverint ex epiſtola ad Alexandrum ſupra exſcripto. Apud Anonymum vero pro Περὶ Ἀλεξάνδρου legendum eſſe Πρὸς Ἀλέξανδρον non eſt, quod multis oſtendam. VII) *Gryllus*, a Diogene & Anonymo excitatus, utique ſingularis liber argumenti rhetorici fuit, qui tamen interiit. Auctor eſt Quinctilianus (l. l.), *Ariſtotelem quaerendi gratia quaedam ſubtilitatis ſuae argumenta in* Gryllo *excogitaſſe*. In titulo libri apud Anonymum pro verbis: Περὶ Πολιτικῆς, ἢ Γρύλλος, γ', reponendum eſt: Περὶ Ῥητορικῆς, ἢ Γρύλλος, α', ut recte Diogenes habet. Niſi forte dixeris, Τέχνην ἐγκωμιαστικὴν, ab Anonymo ultimo loco nominatam, eſſe caput quoddam librorum trium de arte rhetorica, per librarium quendam ab his diſcerptum, idem de ea valebit iudicium, quod de Gryllo. Ex his adhuc a me diſputatis pateſcere arbitror, recenſum librorum Ariſtotelis argumenti rhetorici ita proprie eſſe inſtituendum:

I. Libri tres de arte rhetorica	Τέχνης ῥητορικῆς, γ'. Περὶ ῥητορικῆς τῆς μετὰ φ. ι'.
II. Theodecteorum libri tres	Τεχνῶν τῶν πρὸς Θεοδέκτην συναγωγὴ, γ'. Τέχνη, α' — Ἄλλη τέχνη, α', β'.
III. Collectionis artium ad Alexandrum, libri duo; (incluſo libro Coracis)	Τεχνῶν συναγωγὴ, α', β' Diog. Laërt.
IV. Liber de rhetorica ad Alexandrum.	Τεχνῶν συναγωγὴ, α', Cic. Anon. Arabs. Πρὸς Ἀλέξανδρον, ἢ περὶ ῥήτορος &c. Anon.
V. Gryllus.	Περὶ Ῥητορικῆς, ἢ Γρύλλος, α'.
VI. De arte encomiaſtica.	Τέχνη ἐγκωμιαστική. Anon.

In libris de arte dicendi tribus Ariſtoteles proprias ſuas diſquiſitiones rhetoricas doctius & ſubtilius pro-

posuit, cum contra in libro de rhetorica ad Alexandrum enarrata sint varia praecepta ad artem rhetoricam facientia, qualia a Rhetoribus Aristotele antiquioribus, inprimis a Tisia & Corace, tradita fuerant. Quae igitur in illis propinavit Stagirita, etiamsi haec assertis in libro de rhetorica ad Alexandrum nonnunquam repugnent, colligi tamen inde minime poterit, hunc esse suppositititium; quoniam in hoc philosophus quodammodo Historici tantum partes sustinuit, in illis vero ex propria persona locutus est. Quonam autem fundamento suffulta sit eorum coniectura, qui non Aristotelem, sed Anaximenem Lampsacenum libri de rhetorica ad Alexandrum auctorem fuisse existimant, mihi non liquet. Equidem defendere malim contrariam sententiam, librum vere Aristoteli deberi. Etenim notum est, Aristotelem in aula Philippi, Macedoniae regis, degentem plures libros ad disciplinas encyclias spectantes in usum Alexandri iuvenis conscripsisse; & forsitan in horum numero liber de rhetorica fuit. Exstitisse olim iam librum Aristotelicum argumenti rhetorici Alexandro inscriptum, documento sunt cum titulus eius apud Anonymum obvius, tum quod Cicero, sicut supra ostendi, eundem, quem nos tenemus, legisse videatur. Fac autem epistolam ad Alexandrum libro praefixam ab alia manu additam esse, quod vix crediderim, esse nihilominus librum ex Theodectis Aristotelicis excerptum, adeoque, si argumentum respicias, Aristotelicum, illa ipsa epistola testatur. Sequitur insuper ex eadem, auctorem epistolae ea aetate vixisse, qua opus de rhetorica ad Alexandrum integrum adhuc supereset, & vel gratias agendas esse illi propter fraudem suam, quoniam eius ope de rhetoricis Stagiritae scriptis omnino rectius nunc iudicare licet.

Accedamus nunc ad argumentum librorum trium de arte dicendi amplius declarandum. (Lib. I, cap. I.) Praemisit iis Aristoteles nonnulla, quae universam artem rhetoricam, eiusque historiam, proprietatem, utilitatem & finem attinent. Rhetorica quasi ex altera parte respondet Dialecticae; nam utraque in rebus communibus versatur, omniumque hominum interest, aliorum opiniones tentare aut refellere, suas vero tueri & defendere. Cum vel consuetudine vel casu bene dicentes

id, quod volunt, conſequantur, huiuſque rei rationes eſſe neceſſe ſit, patet, tam Dialecticam, quam Rhetoricam *arte* comprehendi poſſe. Priſci Rhetores artem rhetoricam vitioſe tradiderunt, ad ea, quae extra rem ſunt, tantum reſpicientes, (velut ad artem criminandi, excitandi commiſerationem, iram, omninoque animi affectiones,) nihil autem praecipientes de *probationibus*, quae ſolae ad artem referendae ſunt. Quare nihil efficere poſſunt oratores ad illorum praecepta efformati in iis civitatibus, ubi *legibus* pleraque definita ſunt, & *iudicis* arbitrio parum relictum eſt. Hoc vero in omnibus civitatibus legibus bene temperatis locum habere deberet. Rhetores enim, docentes ea, quae extra rem ſunt, aut quomodo conformatum eſſe oporteat prooemium, aut quomodo narratio ſit facienda, nihil aliud agunt, quam ut, quomodo iudex hoc vel illo modo afficiendus ſit, praecipiant, quem tamen afficere, & oratione a vero deflectere, haud fas eſt. Fit etiam hinc, ut iidem, methodo orationum concionalium neglecta, de iudicialibus tantum loquantur, quia in illis minus utile eſt extra rem evagari, quam in his. Quod ſi igitur Rhetorica circa probationes verſatur, probatio autem nititur ſyllogiſmo quodam, Logicae peritus ad Rhetoricam diſcendam aptior erit. Studium Rhetoricae quadruplicem fructum affert, 1) ut vera & iuſta, ad perſuadendum in vulgus difficiliora, facilius probemus, falſa vero & iniqua refellamus; 2) ut ſcientiam exquiſitam nec vulgi captui accommodatam cuicunque alii impertire poſſimus, uſi argumentis & rationibus communibus; 3) ut aliorum artificiis iniuſtis non vincamur; 4) ut oratione ſemper nobis bene & recte opitulemur. Differt *Rhetor* a *Dialectico*, quod *hunc* ſcire oporteat, *quis ſit ſyllogiſmus verus, & quis falſus*, illum vero, *quid perſuadendi vim habeat, & quid eam habere videatur.* Poteſt ſyllogiſmus eſſe verus, ſed ad perſuadendum minus idoneus; idcirco perfectum Oratorem Dialectica ſimul & Rhetorica iuſtructum eſſe oportet.

(Cap. II.) His praemunitis, Ariſtoteles ipſam artis rhetoricae tractationem aggreditur. Ars rhetorica *eſt facultas in quaque re perſpiciendi id, quod ad perſuadendum idoneum eſt.* Rationum autem faciendae *fidei* aliae ſunt *artificiales*, aliae *non artificiales.* Ad *harum* genus perti-

nent, quaecunque non artificio noſtro comparatae prius erant, (velut, teſtes;) ad *illas* vero, quaecunque demum excogitandae ſunt. Proficiſcuntur rationes artificiales tum a moribus dicentis, tum ab affectione auditoris, tum denique ab ipſa oratione, ut aut demonſtret, aut demonſtrare videatur. Honeſtis viris facilius creditur, inprimis ſi eorum mores boni in ipſo orationis genere ſe exſerunt; pendet quoque ſaepius fides a motu animi auditoris; & oratione ipſâ eadem efficitur, ſi per apta ad perſuadendum aliquid verum eſſe probatur. Haec tria fidei inſtrumenta non niſi is conſequi poteſt, qui ſyllogiſmo ſcit perite uti, & qui ſimul perſpicit non ſolum ad mores & virtutes facientia, ſed etiam, quae ſint animorum permotiones, quibus rebus, & quomodo excitentur. Quocirca Rhetorica eſt quaſi propago quaedam & Dialectices & Politices. Argumenta orationis demonſtrativa aut ſunt *enthymemata* (ſyllogiſmi oratorii), aut *exempla* (inductiones oratoriae), quorum illa magis adhuc valent ad animorum motum efficiendum. Non eſt Rhetoricae, conſiderare, quid *cuique*, ſed, quid omnino iis, qui nec remota videre, nec ex longe diſtantibus ratiocinari poſſunt, probabile ſit. Proprium eſt Rhetoricae munus, dicere de eiuſmodi rebus, de quibus deliberamus; deliberamus autem de iis, quae utroque modo ſe habere poſſunt. Iam vero, ſi ad perſuadendum orator adhibeat exempla aut enthymemata, fugere eum oportet, quae per ſe probabilia non ſint; neque tamen eligere talia, de quibus plerique eodem modo opinantur; ſed ea, quae etiam aliter ſe habere poſſunt. Ducuntur autem *enthymemata* ex *veriſimilibus*, & ex *ſignis*. *Veriſimile* eſt, quod plerumque fit, & ad id, quod probari debet, ita affectum eſt, quemadmodum univerſale ad particulare. *Signorum* alia ſe habent ad rem probandam, ut univerſale ad particulare. Haec partim *neceſſaria* ſunt (τεκμήρια), quando ſyllogiſmus ex iis confici poterit; partim *non neceſſaria*, quando ſyllogiſmus ex iis confici nequit. Alia ſigna affecta ſunt ad rem probandam, ut ſingulare ad univerſale, & haec quidem omnia non neceſſaria ſunt. *Exempla* ad rem probandam ſe habent, ut pars ad partem, ſimile ad ſimile, cum ambo eiuſdem quidem generis ſint, alterum vero altero notius ſit.

(Cap. III.) In omni oratione conſiderari debent *a*) dicens, *b*) res, de qua dicitur, *c*) is, ad quem verba fiunt, &, tanquam ad finem, diriguntur. Audiens vel auſcultator modo eſt, vel diſceptator, adeoque iudicat vel de vi & facultate dicentis, vel de re. Tria ſunt genera orationum, *deliberativum*, *iudiciale*, & id, quod ad *oſtentationem* comparatum eſt. Deliberatio modo eſt ſuaſio, modo diſſuaſio; iudicium modo accuſatio, modo defenſio; oſtentatio modo tendit ad laudem, modo ad vituperationem. Deliberans ſpectat tempus futurum; vocans in iudicium tempus praeteritum; dicens oſtentationis cauſa plerumque tempus praeſens; nonnunquam tamen praeterita in memoriam revocat, & futura tanquam praeſagit. Generi orationum deliberativo propoſitus eſt finis, utile aut damnoſum; iudiciali, iuſtum aut iniuſtum; oſtentativo, honeſtum aut turpe, ſicut & alia. His de rebus dicturo propoſitiones eo pertinentes in promtu eſſe debent.

(Cap. IV.) Deliberatur tantum de iis, quae fieri & non fieri poſſunt, eam tamen naturam habent, ut in poteſtatem noſtram forte redigantur. Sunt fere quinque praecipua eorum, quae in conſiliis agitari ſolent. Agitur enim plerumque de *vectigalibus*, de *bello*, de *tuenda regione*, de *annona*, de *legibus*. Cognoſcere itaque oportet oratorem deliberantem civitatis reditus, & ſumtus faciendos; civium res geſtas; totius civitatis vires & copias, tam quae ſuppetunt, quam quae parari poſſint; nec non vicinarum civitatum hiſtoriam, indolem & conditionem, & bellorum ab aliis geſtorum cauſas, rationes & exitus. Similiter eundem oportet ſcire, quis ſit alicuius regionis cuſtodiendae ſitus; quot & quales adſint milites praeſidiarii; qua ratione cuſtodiri regio poſſit; quae & cuius generis ſit annonae copia; quis terrae proventus; quae poſſint importari aut exportari; quae ſint cum aliis civitatibus pacta his de rebus & conventiones. Ad deliberationem de legibus denique intelligere eum neceſſe eſt, quot ſint rerumpublicarum genera, quae ſint cuique utilia aut exitioſa, propria aut contraria; & quibus legibus alii populi utantur.

(Cap. V.) Omnis ſuaſio & diſſuaſio propoſitam habet *felicitatem*, quae eſt ſive bonus rerum ſucceſſus cum virtute coniunctus, ſive rerum ad vitam neceſſariarum

abundantia, ſive ſuaviſſima vita extra omne periculum poſita, ſive firmus ſtatus poſſeſſionum & corporum una cum poteſtate eum parandi & conſervandi. Partes igitur felicitatis ſunt nobilitas vel publica, vel privata, amicorum copia, bonorum amicitia, liberi virtute praediti, commoda ſenectus; praeterea bona valetudo, corporis pulchritudo, robur, magnitudo, vires ad publica certamina aptae, honor, proſpera fortuna, prudentia, fortitudo, temperantia, iuſtitia, alia. Haec omnia ſpectare debent deliberantes, ut quae futura vel defutura ſint hoc vel illo conſilio inito.

Cum ſuadens vel diſſuadens utilitatem ſectetur (Cap. VI), deliberetur autem non de fine, ſed de iis, quae in ſingulis rebus agendis utilia ſunt, & ad finem ducunt, pergit hinc Ariſtoteles, id, quod *ſimpliciter bonum atque utile* eſt, diligentius perſequi, recenſetque tam quae bona dicuntur omnium conſenſu, quam quibus non ſine controverſia hoc nomen impoſitum eſt. Iam vero ſaepe accidit (Cap. VII), ut, cum duorum utilium alterum ſit utilius altero, utrum ſit utilius, dubitetur, oportet etiam oratorem doctrinam de *meliori* & *utiliori* memoria tenere; quare ab Ariſtotele propoſitiones LXVII huc ſpectantes allatae ſunt. Maximum vero ad perſuadendi facultatem & ad genus orationum deliberativum adiumentum eſt (Cap. VIII), ſi orator omnes rerumpublicarum formas animo comprehenſas habeat, & cuiuſque inſtituta, leges & mores, & quid cuique earum utile ſit, diſtinguere poſſit.

Differuit poſt haec Ariſtoteles (Cap. IX) de *virtute* & *vitio*, de *honeſto* & *turpi*, utpote quae materiae inſerviunt illis, qui *laudandi* vel *vituperandi* cauſa dicunt. Definiit ſingulas virtutes, & vitia iis contraria, ſicut etiam, quid ſint Honeſtum & Turpe tam per ſe, quam in ſingulis rebus peragendis. Quibus expoſitis, oratori praecipit, aſſumenda ei eſſe, quae vicina ſint alicuius virtuti aut vitio, tanquam cum his ſint eadem; quae quemque conſequantur, ſemper in meliorem partem eſſe detorquenda, ſi laudare velit; videndum eſſe, apud quos laudet; memorandum eſſe, ſi quis digna maioribus, & decore iam parto, aut ſi quis melius rem geſſerit, quam ipſi convenire videbatur, nec non ſi quis idem ſaepius egerit. Ex temporibus quoque & rerum mo-

mentis multa ad laudandum vel vituperandum duci poſſunt. Comparatio cum aliis eſt inſtituenda. Omnino autem generi orationum oſtentativo (ἐπιδεικτικῷ) *amplificatio* maxime accommodata eſt.

Sequitur nunc, ut explicetur, quid in *genere orationum iudiciali*, in accuſando & defendendo, oratori faciendum ſit. (Cap. X.) Conſideranda ſunt tria, primum, per quae & quot impulſus ſit aliquis ad inferendam iniuriam; deinde, quomodo ipſe affectus fuerit; denique, qualis ſit, & quomodo ſe habeat. Facere alicui iniuriam eſt ſponte aliquem laedere adverſus legem. Lex alia eſt propria, alia communis; illa, ex qua certa quaedam res publica adminiſtratur, haec, quae omnium gentium conſenſu nititur. Sponte autem laedit, quicunque conſulto, nec coactus laedit. Conſilii aliquem laedendi ſponte adverſus legem duae cauſae ſunt, improbitas & incontinentia. Accuſanti igitur videndum eſt, utra & cuiuſmodi in adverſarium cadat; defendenti autem, quatenus non in eum cadat. Quaecunque homines agunt, ob unam ex his ſeptem cauſis agant neceſſe eſt: fortunam, vim, naturam, conſuetudinem, rationem, iram & cupiditatem. Evenit autem, ut habituum varietatem conſimiles animorum motus conſequantur. Ad haec oratori iudiciali reſpiciendum eſt. Maxime vero impelluntur homines ad alios iniuria afficiendos ſeu voluptate, ſeu moleſtia. Iucundum, quo voluptas efficitur, eſt aut id, quod naturae conſentaneum eſt, aut cui aſſuevimus, aut quod violentum non eſt, (velut vacatio laborum,) aut quidquid cupimus. His contraria ſunt moleſta.

Proni ſunt ad faciendam iniuriam (Cap. XII), qui putant, rem & effici, & a ſe effici poſſe, ſperantes fore, ut, cum fecerint, lateant, ſive, ut, re detecta, impune abeant, ſive, ut poena minor ſit lucro, quod conſecuturi ſint. Laeduntur autem potiſſimum divites, abſentes, proximi, (quibus cito eripi aliquid poteſt,) negligentes, incurioſi, vulgo contemti, amici & inimici, amicis deſtituti, imperiti & imbecilles, hoſpites, (quibus otium non ſuppetit ad iudicium exſpectandum,) iniurioſi, petulantes & contumelioſi, ii denique, quibus laeſis gratum ſit amicis, aut quos alii eadem iniuria affecturi ſint, niſi ipſi laedentes occuparint. In qui-

bus iniuriae fiant, sunt praecipue illa, quae facile est occultare, quae proferre ii, quibus facta iniuria est, pudore prohibentur, & cet.

Iusta & iniusta dupliciter distinguuntur (Cap. XIII), tum ratione legum, tum ratione eorum, ad quos referuntur. Lex alia est propria, quam sibi quisque populus statuit (conf. supra cap. X), alia naturalis. *Est enim iustum quoddam* natura *& iniustum; de quo homines quasi divino quodam instinctu vaticinantur, etiamsi nulla de eo inter illos communicatio aut pactio interceſſerit.* Deinde, quae facienda vel non facienda sunt aut totam communitatem, aut aliquem ex communitate attinent. Omnes itaque accusationes & defensiones aut ad commune, aut ad privatum quendam referuntur. Cum autem saepe laedentes criminis definitionem non agnoscant, aut negent, factum suum tale esse, ut definitio ad illud quadret, de his accurate providendum est. Improbitas enim & iniustitia a consilio laedentis, non ab actione, pendent. Addidit his Aristoteles praeclara nonnulla de legum scriptarum, & non scriptarum, ex quibus actiones diiudicantur, discrimine, de interpretatione legum, & quomodo litigantes agere oporteat. Suadet in his, ut malint iniuria affecti ad arbitrum ire, quam ad iudicem. Maiores iniuriae sunt, quae a maiore iniustitia manant (Cap. XIV), cuiusmodi iniuriarum exempla plura ab Aristotele excitata sunt; velut, si iniuriae remedium nullum adhiberi potest, aut si is, qui iniuriam accepit, ipse grave de se supplicium sumsit, aut si quis solus, vel primus, vel non multorum exemplo scelus admisit, &c. Definit hic liber (Cap. XV) enumeratione & explicatione rationum fidei faciendae, quae sine artificio nostro comparatae prius exstant. Sunt illae: *leges, testes, pacta conventa, quaestiones, iusiurandum.* Quod si oratori lex scripta adversetur, provocandum illi est ad legem communem, ut aequitati magis consentaneam; & videndum quoque est, an lex alii legi, aut ipsa sibi contraria sit; quod si e contrario lex scripta illi faveat, defendenda ea est & tuenda. Testes sunt vel antiqui, vel recentes, & horum alii, qui in periculum veniunt, alii, qui extra periculum sunt. Antiqui testes sunt v. c. poëtae, quorum iudicia nota & testata sunt, oraculorum interpretes, proverbia; recentes sunt aut viri illustres,

& qui aliqua de re iudicarunt, aut qui ipſi rei ipſius veritatem & rationem affirmare poſſunt. Illi tantum idonei ſunt ad teſtandum, rem fuiſſe, aut non fuiſſe; utrum aliquid ſit iuſtum an iniuſtum, teſtari nequeunt. Si quis teſtes non habet, oratori ad argumenta provocandum eſt; ſi qui adſint, dicendum eſt contra adverſarium, nihil opus fore teſtibus, ſi argumentis cuiuſque rei veritas cognoſci poſſit. Cum teſtimonia alia ſint de aliquo ipſo, alia de adverſario, alia de re, alia de moribus, patet, nunquam utilibus teſtimoniis aliquem deſtitutum fore. Ceterum teſtium conditio & rationes ponderandae ſunt. Quoad pacta officium eſt oratoris, ut ea vel exaggeret, vel deprimat; vel fidem iis conciliet, vel detrahat, id quod variis modis effici poteſt. Quaeſtiones teſtimonia quaedam ſunt, quibus idcirco fides tribuitur, quod neceſſitas quaedam adiuncta ſit. Facile eſt perſpicere, quomodo aut confirmentur, aut diſſolvantur. Rationis fidei faciendae a iureiurando petitae diverſa tractatio eſt, ſi quis iusiurandum defert, aut accipit, aut defert, ſed non accipit, aut accipit, ſed non defert, cuius tamen praecepta ipſa res facile ſuppeditat.

(Lib. II, cap. I.) Quoniam omnis oratio ad iudicium audientium dirigitur, videndum eſt oratori, non tantum, ut oratio ad fidem faciendam apta ſit, ſed etiam, ut ipſe ſit talis, qui fidem mereatur. In deliberationibus quidem utilius eſt, ſi dicens bene moratus videatur; in iudiciis autem, ſi audiens hoc vel illo modo affectus ſit. Praeter argumenta, tria ſunt, quibus fidem nobis conciliemus, prudentia, virtus, & benevolentia; nam, quod hae dotes omnes, aut una vel altera, deficiant, oratores mentiri ſolent. Quibus prudentiae & virtutis exiſtimatio acquiratur, e doctrina de virtute conſtat. Benevolentia & amicitia ab iis pendent, quibus aut voluptas, aut moleſtia conſequens eſt, ut ab ira, miſericordia, metu, aliis, & ab iis, quae his adverſantur. Uniuſcuiuſque autem horum tractatio tripartita eſſe debet, velut, cum de ira ſermo ſit, quomodo homines propenſi ſint ad iram, & quibus, quaſque ob cauſas iraſci ſoleant.

Ira (Cap. II) eſt appetitio ulciſcendi cum aegritudine coniuncta. Exoritur inde, quod opinamur, alium nos, vel noſtrorum aliquem, neglexiſſe, cum id eum

facere non conveniret. Iraſcens igitur certo & cuidam definito iraſcitur, & aliqua de cauſa. Omnem iram comitatur voluptas quaedam ex ſpe futurae ultionis. Negleƈtus genera ſunt tria, *contemtio*, *incommodatio*, & *contumelia*, ad quae omnes irae cauſae ab Ariſtotele fuſius declaratae facile revocari poſſunt. Iraſcentes ſemper aegro animo ſunt, quoniam aliquid appetunt, quod quo minus conſequantur, alii impediunt. Prout igitur affeƈto & perturbato aliquis animo eſt, ita in eo opportunitas adeſt ad iram ex hac aut illa re concipiendam. Irae oppoſita eſt *lenitas* (Cap. III). Delinitio igitur eſt ſedatio & reſtinƈtio irae. Omnino ad leniendum valent, quaecunque adverſantur iis, quibus ira excitatur. Oratori igitur lenire volenti ex iis locis argumenta ſumenda ſunt, quibus eos, quos placare ſtudet, mites efficiat, v. c. eſſe eum, cui aliquis iraſcatur, metuendum, aut verendum, aut aliis in rebus eum gratificatum eſſe, ſive gratificari poſſe, aut invitum feciſſe, aut de facto ſupra modum dolere &c.

Amare (Cap. IV) eſt velle, eſſe alicui ea, quae bona arbitreris, idque eius cauſa, non tua, & ad ea pro viribus procuranda propenſum eſſe. *Amicus* eſt, qui amat & contra amatur, qui ergo una gaudet bonis, doletque adverſis alterius propter hunc ipſum. Varias amoris & amicitiae cauſas & rationes Ariſtoteles deinceps expoſuit. Quae amicitiam efficiunt, ſunt praecipue beneficia, ſi quis ea fecerit non rogatus, & ſi, cum feciſſet, aliis non praedicaverit. Inimicitiae cauſae & rationes his contrariae ſunt. Efficiunt maxime inimicitias ira, incommodatio, & criminatio. Inimicitia & odium ab ira diſtinguenda ſunt. Iraſcimur tantum iis, quae ad nos pertinent; odimus vero etiam, quae ad nos non pertinent; iraſcimur ſemper ſingulis, odimus etiam totum aliquod hominum genus; ira tempore ſanari poteſt, odium non item; ira moleſtiam tantum inferre ſtudet, odium potius malo afficere; ira cum aegritudine coniuncta eſt, odium ea vacat; ira miſericodiae capax eſt, odium flecti nequit. Ut orator probet, interceſſiſſe inter aliquos amicitiam vel odium, ex his argumenta petenda ſunt.

Metus (Cap. V) eſt moleſtia, aut perturbatio quaedam ex obiecta ſpecie imminentis mali, in quo inſit vis

aut interimendi, aut moleſtiae inferendae. Terribilia igitur ſunt, quaecunque videntur magnam vim habere interimendi, aut ita nocendi, ut magna aliqua moleſtia conſequatur. Terribilia varia eſſe, & a variis cauſis proficiſci poſſunt. *Fiducia* metui adverſatur, & id, quod fiduciam gignit, ei, quod terret. Efficitur etiam fiducia variis modis. Recenſuit Ariſtoteles plures propoſitiones tum ad metum, tum ad fiduciam pertinentes, unde oratori enthymemata conficere licet.

Pudor (Cap. VI) eſt moleſtia quaedam & perturbatio animi, orta ex malis aut praeſentibus, aut praeteritis, aut futuris, quae ignominiae notam inurere videntur. *Impudentia* eſt contemtio quaedam horum malorum, & firmitas animi adverſus ea. Omnia mala alicui pudorem incutiunt, quae turpia videntur ipſi, & iis, quos curae habet. Talia autem ſunt, quaecunque a vitio proficiſcuntur. Cum nemo de exiſtimatione ſua laboret niſi propter exiſtimantes, neceſſe eſt, quemque pudore perfundi propter eos, quorum rationem ſibi habendam eſſe putat. Rationem vero habemus eorum, a quibus colimur, aut quos colimus ipſi, aut a quibus nos coli volumus, aut quorum opinionem non contemnimus. Pudorem excitant non ea modo, quae per ſe pudenda ſunt, ſed eorum quoque ſigna. De inverecundia e contrariis pudori rationibus magna oratori enthymematum copia futura eſt.

Gratia (Cap. VII) eſt, quâ habens aliquid dicitur gratificari indigenti, non ut aliquid referat, ſed ut illi gratificetur. Magna autem gratia eſt, ſi aliquid aut valde egentibus, aut ſi magna tribuerimus, aut difficilia, aut ſi ſoli, aut primi, aut maxime. Oratori ergo gratiam alicui conciliare volenti argumenta ex iis petenda ſunt, quibus oſtendatur, fuiſſe alterum moleſtia obrutum, vel indigentem, alterum vero illi neceſſaria ſuppeditaſſe. Conſtat etiam hinc, unde ſumenda ſint, quibus removeri poſſit gratia, & effici, ut nulla deberi videatur.

Miſericordia (Cap. VIII) eſt aegritudo quaedam inde orta, quod malum accidere videatur non merenti, & quod idem nobis quoque ſeu noſtrorum alicui accidere poſſe arbitremur. Hinc illi, quibus ſunt parentes, aut liberi, aut uxores; ſenes propter experientiam, imbe-

cilles, naturâ timidi, eruditi, facilius ad misericordiam commoventur. Commiserationem autem excitant omnia, quaecunque molestiam ac dolorem afferunt; quorum plura deinceps Aristoteles enumeravit. Misericordiae maxime adversatur *indignatio*. (Cap. IX.) Uterque tamen horum animi motuum hominis est bonis moribus praediti. Indignari est aegre ferre, quod alicui res prospere succedant praeter ipsius dignitatem. Omnino ad indignationem propensi sunt, qui dignos esse se existimant iis, quibus indignos alios esse ducunt. Quod si igitur orator ostenderit, aliquem iniquam sortem non mereri, aut contra fortuna sua indignum esse, vel misericordia, vel indignatio excitabitur. *Invidia* (Cap. X) est molestia quaedam ex eo contracta, quod alii *similes* bene ac feliciter rem gerere videantur. Non invidemus autem, ut nobis aliquid eveniat, sed eorum ipsorum causa, quibus invidemus. Similes autem alii nobis esse possunt genere, cognatione, aetate, habitu, gloria, facultatibus, & ii, quibus parum abest, quin eadem omnia insint. Hinc facile intelligitur, qui maxime ad invidiam proclives sint. Si iudices oratione ad invidiam excitati fuerint, patet, misericordiae apud illos locum non fore. Ab ipsius invidiae natura & rationibus argumenta petenda sunt vel iudici vel oratori, quibus eam obtundat. *Aemulatio* (Cap. XI) est dolor quidam, quod similibus bona quaedam honorifica suppetant, quorum ipsi quoque capaces sumus. Aemulamur alios, non, quod ipsi bonis fruantur, sed quod nos illis caremus; quare aemulatio honestis viris convenit, at invidia improba est. Cum bona, quae honorem pariunt, aemulanda sint, necesse est, virtutes quoque huc pertinere, & quaecunque fructum & utilitatem afferunt. Contemtus & aemulatio sibi adversantur.

Expositis adhuc iis, quibus animorum motus aut excitari, aut sedari possint, indicatisque locis, unde argumenta petenda sint oratori ad fidem sibi de iis conciliandam, Aristoteles iam progreditur ad explicandos mores, animorum motus, & habitus unicuique aetati ac fortunae peculiares. Agit igitur de moribus iuvenum (Cap. XII), senum (XIII), virorum (XIV), nobilium (XV), divitum (XVI), & potentium (XVII). Homines libenter accipiunt orationes moribus suis con-

gruentes; quare oratori ad hos respiciendum est. Qui sint mores pauperis, infortunati, impotentis, ex moribus eorum, qui fortuna contraria gaudent, perspicuum fit.

Praeter ea, quae cuiusque orationis generis propria sunt, utendum quoque est oratori (Cap. XVIII) propositionibus *communibus*, quibus fieri posse, aut non posse aliquid ostenditur. Communia sunt etiam omnium orationum ea, quae de magnitudine traduntur; utuntur enim omnes suadentes aut dissuadentes, laudantes aut vituperantes, accusantes aut defendentes extenuatione & amplificatione. Est tamen ex communibus amplificatio ad genus quidem ostentativum maxime accommodata. Recensuit igitur Aristoteles (Cap. XIX) varios locos de possibili, de facto, de futuro, & de magno.

Communium faciendae fidei *instrumentorum* (Cap. XX) genere duo sunt, *exemplum* & *enthymema*; nam *sententia* enthymematis pars est. Exemplum simile est inductioni, & inductio est principium. Sunt autem exemplorum duo genera: unum, cum ea, quae prius fuere, narrantur; alterum, cum facta quaedam confinguntur, v. c. parabolae & fabulae. Faciliora inventu sunt exempla ficta, sed utiliores ad deliberandum sunt res vere gestae, cum futura plerumque similia sint praeteritis. Ubi enthymematum copia non est, utendum est oratori exemplis ut demonstrationibus; per haec enim fit fides; ubi vero enthymemata non desunt, utendum est exemplis ut epilogis post enthymemata. Sententia autem est enuntiatio (Cap. XXI), non de rebus singulis, sed universe prolata, nec de rebus quibuslibet, se de rebus agendis, & de iis, quae in agendo aut persequenda aut fugienda sunt. Quatuor sunt sententiarum genera. Aut enim illae cum epilogo erunt, aut sine epilogo. Demonstratione indigent, quaecunque παράδοξον enuntiant, aut controversum. Aliae demonstratione non indigent, sive quod praecognitae sint, sive quod, simulac proferuntur, intuentibus perspicuae sint. Eorum autem, quae cum epilogo enuntiantur, aliae sunt partes enthymematis, aliae vero enthymematicae quidem, sed non partes enthymematis, & hae sunt omnium probatissimae, quia statim elucet causa eius, quod dicitur. Constat etiam ex his, ad quas res, & quales sententias adhibe-

re oratorem oportet. Adiecta tamen sunt ab Aristotele alia praecepta nonnulla de sententiarum usu. Multum adiumenti afferunt sententiae in dicendo maxime propter vanitatem quandam audientium, qui gaudent, si quis universe loquens in easdem opiniones incurrat, quas ipsi ex parte habent. Alia sententiarum utilitas est, quod moratas orationes faciant. Morata autem est oratio, quae declarat, quid expetat dicens in vitae ratione. Enthymemata (Cap. XXII) non e longinquo repetenda, neque ex omnibus sumtis concludenda sunt, sed ex definitis quibusdam, quae plerumque fiunt. Quemcunque autem syllogismo disputaturum necessario aut omnia, aut pleraque eorum, quae in re disputationi obiecta insunt, nota habere oportet. Deinde enthymematum duo genera sunt; nam alia quidem eo adhibentur, ut rem aut esse, aut non esse, demonstrent; alia ad redarguendum; differunt itaque, ut in Dialecticis elenchus & syllogismus. Enthymemate demonstrativo colligitur aliquid ex iis, quibus adversarius ipse assentitur; redarguenti aliquid eorum, quae adversarius negat. In superioribus Aristoteles propositiones attulit, e quibus enthymemata ducenda sunt de bono & malo, de honesto & turpi, de iusto & iniusto, de motibus animi, & de habitibus peculiaribus singulis hominum generibus pro diversa eorum aetate, fortuna, & conditione. Iam sequitur collectio locorum, unde praecipue & universe petantur & vera enthymemata tam ad demonstrandum, quam ad redarguendum, & enthymemata fallacia, quae videntur vera esse, nec sunt. Loci enthymematum *demonstrativorum* (Cap. XXIII) sunt: *a*) ex contrariis; *b*) e casibus similibus; *c*) ex comparatione, (quae tamen concludendi ratio nonnunquam fallit;) *d*) ex eo, quod est magis vel minus; *e*) ex ipso tempore; *f*) ex adversarii dictis, (qui locus utilissimus est;) *g*) ex definitione; *h*) ex varia & multiplici vocis alicuius significatione; *i*) ex partitione; *k*) ex inductione; *l*) ex iudicio de eadem re aut simili, aut contraria; *m*) ex partibus; *n*) ex consequenti; *o*) ex diversa hominum probatione eiusdem rei, quae palam, & quae occulto fit; *p*) ex eo, quod eadem proportione colligantur; *q*) ex eo, quod homines eadem non sequantur antea & postea; *r*) ex eo, quod esse aut fieri *potest*;

f) ex consideratione rationum impellentium & avocantium; *t*) ex incredibili. Loci enthymematum ad *redarguendum* aptorum sunt: *a*) ex diffidentibus; *b*) ex allata causa calumniam dissolvente; *c*) ex causa, ut, sive causa sit, rem esse, sive causa non sit, ne rem quidem esse, dicamus; *d*) ex alia ratione, qua commodius fieri potuisset; *e*) ex consideratione, numquid agendum sit, quod adversetur iis, quae cum maxime fiunt; *f*) ex nomine. Loci denique *fallacium* enthymematum sunt: *a*) conclusio falsa; *b*) ex homonymia; *c*) dicenda sunt coniunctim, quae separatim vera erant, & dividenda, quae erant coniungenda; *d*) exaggeratio; *e*) e casu; *f*) e non causa, ut causa; *g*) ex omissione temporis & modi.

Duplex est ratio enthymemata *solvendi.* (Cap. XXV): una, contrario syllogismo afferendo; altera, obiiciendo aliquid, quod obstet. Contrarii quidem syllogismi iisdem ex locis duci possunt. Obiectiones autem quatuor modis fiunt; aut enim ex re ipsa, aut ex simili, aut ex contrario, aut ex rebus iudicatis. Dissolutio videtur quidem vera esse, sed non semper est vera. Occurrens argumento, non ita solvit, ut verisimile illud esse neget, sed ut dicat, non esse necessarium; quo etiam fit, ut semper plura invenire liceat ad defendendum, quam ad accusandum.

Augere & *extenuare* non ad locos enthymematum referri possunt (Cap. XXVI). Locus enim est, a quo multa enthymemata proficiscuntur. Augere vero & extenuare est quodammodo ostendere, aliquid magnum aut parvum esse, ut & bonum, aut malum, iustum aut iniustum.

(Lib. III, cap. I.) Non satis est, oratorem ea tenere, *quae* dicenda sunt, sed oportet quoque eum scire, *quomodo* sint dicenda, cum hoc multum prosit ad efficiendum, ut oratio bene morata videatur. Sane aequum est, ut nihil aliud in oratione quaeratur, quam ut audientibus nec laetitiam, nec molestiam afferamus; nam iustum est, de ipsis tantum rebus iudicio contendere. Etsi tamen omnia, quae praeter *probationes* in orationibus adhibentur, supervacanea sint; nihilominus plurimum valent, & quidem audientium culpa; quare ea oratori non negligenda sunt. Supererat igitur Aristoteli post doctrinam de probationibus, ut ageret tum

de *elocutione*, tum de *partibus orationis disponendis*. Quare haec argumentum libri tertii de rhetorica constituunt. Ad doctrinam de elocutione pertinent praecepta de *actione* & *pronuntiatione*, deinde diiudicatio eius dicendi generis, quod cuivis orationi sit aptissimum. Ars actionis est in voce posita, quomodo ea uti oporteat ad singulos animi motus exprimendos, velut, quando voce magna, vel parva, vel media utendum sit; quando adhibendi sint soni vocis acuti, vel graves, vel medii; qualis sit numerus observandus. Parum honorifice Aristoteles de hac *arte* sensit, quae ad eam conducerent, a *natura* potius haberi ratus; neque tamen omnino eam respuit. Diligenter autem varia dicendi genera distinxit, maxime poëticum & oratorium, de quo posteriori tantum in sequentibus sermo futurus est. Acriter simul in eos invectus est, qui elocutionem poëticam in orationibus probari existimarent, in quorum numero Gorgias fuit.

Virtus elocutionis (Cap. II) est, ut sit aperta, dilucida, nec humilis, nec nimis elata, quoniam oratio, nisi rem ita declaret, finem suum non assequetur. Efficitur autem haec orationis virtus praecipue verbis propriis, qualia ipsa rerum natura dictat. Facile artificium occultatur, si quis e communi sermone verba seligens, orationem suam componat. Rarius orator uti debet verbis peregrinis, aut nova ratione iunctis & factis. Propria vero nomina translata, ad orationem exornandam utilia sunt, quamvis caute in hac translatione versandum sit. Singula Aristotelis praecepta huc spectantia attingere nolim. Quatuor modis elocutio fit *frigida* (Cap. III): *a*) nominibus inepte iunctis; *b*) usu verborum peregrinorum; *c*) epithetis vel longe petitis, vel intempestivis, vel nimis crebris; *d*) ineptis translationibus. *Imago* (Cap. IV) ipsa etiam translatio est; parum enim ab hac differt. Usurpandae itaque sunt imagines eo modo, quo translationes.

Initium & elementum elocutionis est (Cap. V) *recte* loqui. Pura autem & emendata locutio his potissimum efficitur: *a*) iusta dispositione coniunctionum; *b*) propriis rerum nominibus; *c*) evitatione ambiguorum; *d*) distinctione generum, quae nominibus competunt; *e*) iusta expressione multorum, & paucorum, & unius. Ad

amplitudinem orationis (Cap. VI) proderunt, ſi orator definitionem loco nominis ponat, aut rem translationibus & epithetis illuſtret, aut ex uno plura faciat, aut in dicendo copulas adiungat, aut etiam commemoret, quae rei non adſunt. Brevitati ſtudenti contrarium faciendum eſt. Si in definitione erit aliquid obſcoenum, aut parum decorum, oratori utendum eſt nomine; ſi in nomine, definitione. Oratio ſervabit *decorum* (Cap. VII), ſi motus animi, & mores exprimet, rebuſque, de quibus ſermo fuerit, conveniet. Oratori itaque de rebus grandibus non tenuiter, nec de tenuibus graviter dicendum eſt; neque abiectis & vilibus rebus ornatus adhibendus eſt. Motus animi exprimet oratio, ſi ſit irarum plena, cum de aliqua contumelia agitur, ſi impia & turpia facta cum indignatione, laudabilia cum animi voluptate, miſerabilia demiſſe & humiliter tractet. Sic etiam ſingula hominum genera, proprioſque ſingulorum habitus & mores orationem conſequi oportet. Commovere animos quaerenti conveniunt maxime epitheta, iuncta nomina, & verba peregrina.

Forma orationis (Cap. VIII) neque verſibus conſtare, neque numeri prorſus expers eſſe debet. Oportet enim orationem aliqua terminatione concludi; non tamen metrica, quoniam rhythmus non exquiſite, ſed tantum quadamtenus ſervandus eſt. Ex numeris iambicus & paean optime convenit, cum in hos loquentes maxime incidant. Duae ſunt paeanum ſpecies, quarum altera (— ∪∪∪) principio periodi aptiſſima, altera (∪∪∪ —) optime concludit. Elocutio vero omnino aut tracta & pendens eſt per coniunctionem, aut ambitu comprehenſa (Cap. IX). Tractam dicit Ariſtoteles nullum ex ſe finem habentem, niſi res, quae exponitur, ad finem pervenerit; ambitu vero comprehenſam, quae periodis conſtat. Illa oratio eſt iniucunda; haec ſuavis & facile percipienda. Oportet autem in periodo ſententiam abſolvi, non abrumpi. Periodorum ipſarum duae ſpecies ſunt, una membris conſtantium, altera ſimplicium ſ. unum tantum membrum habentium. Ex membris conſtat locutio, quae perfecta eſt, diſtinctas partes habet, nec ſpiritum dicentis impedit. Oportet & membra & periodos neque mutilas eſſe, neque nimis longas. Omnis periodus membris conſtans partim *diſtincta*

eſt, partim *oppoſita*, ſi membra aut per copulam tantum iuncta ſunt, aut in utroque membro contrarium eſt alteri contrario conſtitutum, vel idem membrum e contrariis conſtat. *Compar* dicitur periodus, cum aequalia membra ſint; *aſſimilata* vocatur, cum extremae partes utriuſque membri ſimiles ſint. Variarum periodorum uſum Ariſtoteles praeceptis & exemplis illuſtravit.

Naturâ inſitum eſt omnibus (Cap. X, XI), ut, cum aliquid facile diſcunt, voluptatem ſentiant; quare propria rerum nomina in oratione adhibita iucundiſſima ſunt, quoniam nos celeriter ad rerum cognitionem ducunt. Fit autem locutio quoque urbana, & iucunda, tum ſi contraria contrariis opponantur, tum ſi adhibeatur translatio, quae neque aliena, neque vulgaris eſt, & rem oculis ſubiicit per verba actionem aliquam ſignificantia.

Non eſt eadem locutio (Cap. XII), qua aliquid ſcribimus, & qua in contentionibus utimur, & quae ad deliberationes pertinet, & qua iudicia tractantur. Dicendi genus, quo aliquid ſcribimus, eſſe debet exquiſitiſſimum; quo autem in contentionibus utimur, aptiſſimum ad actionem. Quamobrem etiam orationes, quarum vis in actione poſita eſt, ſublata actione, inanes ſunt. Elocutio deliberativa ſimilis eſt picturae umbratili, in qua, quanto maior fuerit eorum, quae depicta ſunt, turba, tanto longius ſpectatur. In oratione iudiciali debet exquiſitius eſſe genus dicendi, quoniam coram uno tantum iudice res agitur. Non in omnibus his dicendi generibus iidem oratores excellunt.

Orationis (Cap. XIII) duae partes ſunt, *propoſitio*, & *probatio*, e quibus illa rem, de qua agitur, exponit, haec eam argumentis confirmat. Aliae orationis partitiones ab Ariſtotele reprehenſae ſunt. Prooemium (Cap. XIV) eſt principium orationis. Poteſt orator dicere initio, quidquid velit, deinde progredi, & cum oratione illud coniungere. Orationis demonſtrativae exordia ducuntur ex laude, ex vituperatione, ſuaſione vel diſſuaſione, & ex iis, quae perſonam vel oratoris vel auditoris attinent. Maxime vero prooemii neceſſarium & proprium munus eſt, finem inſtitutae orationis aperire; quare ſi cauſa perſpicua fuerit, aut parva, prooemio non uti licebit. Deliberationum exordia a iudiciali ge-

nere ſumuntur. Natura enim deliberationes nulla habent exordia, quoniam ſciunt deliberantes, qua de re verba facienda ſint, nec res ullo indigeat prooemio, niſi vel propter ipſum oratorem, vel adverſarium, vel ſi res non tanta exiſtimetur, quantam orator vult, ſed aut maior, aut minor.

In *criminatione* (Cap. XV) & *defenſione* oratori potiſſimum ea dicenda ſunt, quae ad excitandam aut delendam malam exiſtimationem valent. Plures igitur locos huc ſpectantes Ariſtoteles attulit. Omnino criminans debet rem depravare, atque in deteriorem partem inflectere; qui autem crimina diſſolvit, in meliorem partem trahere.

Narratio (Cap. XVI) in orationibus oſtentativis debet eſſe non perpetua, ſed in plures partes diſtincta, cum actiones & res geſtas commemorare opus ſit, quae continenti oratione traditae difficulter memoriae mandantur. Notas & celebres actiones oratorem auditoribus tantum in memoriam revocare oportet. Inſerenda etiam ſunt narrationi, quae probitatem oratoris ſignificent, vel quae declarent alterius improbitatem, vel quae ipſis iudicibus iucunda ſint. Denique moratam eſſe oportet narrationem, ut orator mentem & conſilium ſuum explicet, ut rei, quae incredibilis videtur, cauſam adiungat &c.

Probationes (Cap. XVII) demonſtrandi vim habere oportet. Deliberativo generi orationum *exempla* maxime accommodata ſunt; enthymemata vero magis iudiciali conveniunt. Neque tamen res omnes argumentis confirmandae ſunt, neque iiſdem utendum eſt oratori animos movere aut mores exprimere cupienti. Sententiis autem uti licet & in narratione & in confirmatione. Eum, qui vel in deliberatione, vel in iudicio prior dicit, oportet primo cauſam ſuam confirmare, deinde illis, quae contra dici poſſint, occurrere, eaque extenuare & diſſolvere. Quod ſi quis ſecundo loco dicat, prius obiecta ab adverſario refutare debet vel diſſolvendo, vel contra argumentando, praecipue ſi illa fidem feciſſe viſa fuerint.

Interrogatione (Cap. XVIII) maxime opportunum eſt uti, vel cum alteram partem adverſarius ipſe dixerit, ita ut deinde ex interrogatione ſequatur abſurdum; vel,

cum alterum planum, neque dubium ſit, quin adverſarius alterum ſit conceſſurus; vel, cum oſtendi poſſit, adverſarium dicere ſibi contraria, aut a communi opinione aliena. Quod ſi ad ambigua *reſpondendum* eſt, diſtinguere oportet, longa uti oratione, non conciſa, & ſtatim eorum, quae contraria videntur, ſolutionem in reſponſione adhibere. Monuit praeterea pauca Ariſtoteles de ridiculis, de diſſimulatione, de ſcurrilitate.

Epilogus (Cap. XIX) quatuor ex partibus conſtat: primum ex ea, quae efficit, ut auditor nobis bene velit, adverſariis male; deinde ex amplificatione & diminutione; tum ex animorum commotione; poſtremo ex enumeratione (*ἀναμνήσει*).

Libros de Rhetorica *exotericos* eſſe, tum ex tota eorum indole, tum ex pluribus locis in iis obviis patet. Diſerte inſuper profitetur Ariſtoteles [1], omnem de Rhetorica tractationem *πρὸς δόξαν* ſcriptam eſſe, ut itaque dubitari plane nequeat, quin exotericis illi annumerandi ſint.

1 Rhet. III, 1: ἀλλ' ὅλης οὔσης πρὸς δόξαν τῆς πραγματείας τῆς περὶ Ῥητορικὴν, οὐχ ὡς ὀρθῶς ἔχοντος, ἀλλ' ὡς ἀναγκαίου τὴν ἐπιμέλειαν ποιητέον.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ

ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΡΙΑ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΕΝΟΣ ΤΙΝΟΣ ΓΕΝΟΥΣ ΑΦΩΡΙΣΜΕΝΟΥ Η ΡΗΤΟΡΙΚΗ, ΑΛΛΑ ΚΑΘΑΠΕΡ Η ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗ· ΚΑΙ ΟΤΙ ΧΡΗΣΙΜΟΣ· ΚΑΙ ΟΤΙ ΟΥ ΤΟ ΠΕΙΣΑΙ ΕΡΓΟΝ ΑΥΤΗΣ, ΑΛΛΑ ΤΟ ΙΔΕΙΝ ΤΑ ΠΙΘΑΝΑ.

Η ΡΗΤΟΡΙΚΗ ἐστιν ἀντίστροφος τῇ Διαλεκτικῇ· ἀμφότεραι γὰρ περὶ τοιούτων τινῶν εἰσιν, ἃ κοινὰ τρό-

ARISTOTELIS LIBRORUM TRIUM DE ARTE RHETORICA LIBER PRIMUS.

CAP. I.

Oſtenditur, Rhetoricam non eſſe generis alicuius certi & definiti. Sed eſſe Dialecticae ſimilem. De Rhetoricae utilitate. Non eſſe eius finem, ut perſuadeat, ſed ut probabilia doceat.

RHETORICA reſpondet Dialecticae; ambae enim circa eiuſmodi res verſantur, quas communiter quodammo-

πον τινὰ ἁπάντων ἐστὶ γνωρίζειν, καὶ οὐδεμιᾶς ἐπιστήμης ἀφωρισμένης. διὸ καὶ πάντες τρόπον τινὰ μετέχουσιν ἀμφοῖν· πάντες γὰρ μέχρι τινὸς καὶ ἐξετάζειν καὶ ὑπέχειν λόγον, καὶ ἀπολογεῖσθαι καὶ κατηγορεῖν ἐγχειροῦσι. 2 Τῶν μὲν οὖν πολλῶν οἱ μὲν εἰκῇ ταῦτα δρῶσιν· οἱ δὲ διὰ συνήθειαν, ἀπὸ ἕξεως. ἐπεὶ δ' ἀμφοτέρως ἐνδέχεται, δῆλον, ὅτι εἴη ἂν αὐτὰ καὶ ὁδοποιεῖν. δι' ὃ γὰρ ἐπιτυγχάνουσιν οἵ τε διὰ συνήθειαν, καὶ οἱ ἀπὸ ταὐτομάτου, τὴν αἰτίαν θεωρεῖν ἐνδέχεται· τὸ δὲ τοιοῦτον πάντες ἤδη ἂν ὁμολογήσαιεν τέχνης ἔργον εἶναι. 3 Νῦν μὲν οὖν οἱ τὰς τέχνας τῶν λόγων συντιθέντες ὀλίγον πεποιήκασιν αὐτῆς μόριον· αἱ γὰρ πίστεις ἔντεχνόν ἐστι μόνον· τὰ δ' ἄλλα προσθῆκαι. οἱ δὲ περὶ μὲν ἐνθυμημάτων οὐδὲν λέγουσιν, ἅπερ ἐστὶ σῶμα τῆς πίστεως· περὶ δὲ τῶν ἔξω τοῦ πράγ-

do omnes cognoscere possunt, nec ad scientiam quandam definitam pertinent. Quamobrem etiam omnes quodammodo ambarum participes sunt; nam omnes quadamtenus & exquirere & sustinere rationem, & defendere & accusare conantur. 2 Ac ex vulgo quidem alii fortuito hoc faciunt; alii vero per consuetudinem, ex habitu. Quoniam autem utroque modo contingit, manifestum est, licere eorundem etiam aperire certam viam & rationem. Cur enim finem consequantur tum qui (*haec faciunt*) consuetudine, tum qui casu, causam intueri contingit; tale quid vero omnes iam concesserint esse artis munus. 3 Ac nunc quidem qui artes dicendi componunt exiguam Rhetoricae particulam confecerunt; *probationes* enim solae ad artem pertinent; reliqua vero sunt additamenta. At illi de enthymematibus quidem nihil praecipiunt, quibus nervus probandi inest;

ματος τὰ πλεῖστα πραγματεύονται. 4 Διαβολὴ γὰρ, καὶ ἔλεος, καὶ ὀργὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη τῆς ψυχῆς, οὐ περὶ τοῦ πράγματός ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸν δικαστήν. ὥστ' εἰ περὶ πάσας ἦν τὰς κρίσεις, καθάπερ ἐν ἐνίαις τε νῦν ἐστι τῶν πόλεων, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς εὐνομουμέναις, οὐδὲν ἂν εἶχον, ὅ, τι λέγωσιν. 5 Ἅπαντες γὰρ, οἱ μὲν οἴονται δεῖν οὕτω τοὺς νόμους ἀγορεύειν· οἱ δὲ καὶ χρῶνται, καὶ κωλύουσιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, καθάπερ καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ· ὀρθῶς τοῦτο νομίζοντες. οὐ γὰρ δεῖ τὸν δικαστὴν διαστρέφειν, εἰς ὀργὴν προάγοντας, ἢ φθόνον, ἢ ἔλεον· ὅμοιον γὰρ, κἂν εἴ τις, ᾧ μέλλει χρῆσθαι κανόνι, τοῦτον ποιήσει στρεβλόν. 6 Ἔτι δὲ φανερὸν, ὅτι τοῦ μὲν ἀμφισβητοῦντος οὐδέν ἐστιν ἔξω τοῦ δεῖξαι τὸ πρᾶγμα, ὅτι ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ γέγονεν ἢ οὐ γέγονεν. εἰ δὲ μέγα ἢ μικρὸν, ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, ὅσα

de iis vero, quae ſunt extra rem, plurima tradunt. 4 Nam criminatio, & miſericordia, & ira, & eiuſmodi perturbationes animi, non rem attinent, ſed iudicem. Quare, ſi in omnibus iudiciis eveniret, quemadmodum etiamnum in nonnullis evenit civitatibus, & maxime in iis, quae legibus bene temperatae ſunt, nihil haberent, quod dicerent. 5 Omnes enim partim arbitrantur, cavere ſic leges oportere; partim vero etiam id obſervant, & prohibent extra rem dicere, ſicut quoque in Areopago; recte ita ſtatuentes. Nam non decet iudicem pervertere, ad iram excitando, vel invidiam, vel miſericordiam; hoc enim ſimile eſt, ac ſi quis, qua uſurus eſt regula, eandem reddat perverſam. 6 Praeterea vero patet, controverſantem nihil aliud agere oportere, niſi ut demonſtret, rem eſſe vel non eſſe, vel factam vel non factam eſſe. Utrum autem magna an par-

μὴ ὁ νομοθέτης διώρικεν, αὐτὸν δήπου τὸν δικαστὴν δεῖ γινώσκειν, καὶ οὐ μανθάνειν παρὰ τῶν ἀμφισβητούντων. 7 Μάλιστα μὲν οὖν πρόσηκε, τοὺς ὀρθῶς κειμένους νόμους, ὅσα ἐνδέχεται, πάντα διωρίζειν αὐτοὺς, καὶ ὅτι ἐλάχιστα καταλείπειν ἐπὶ τοῖς κρίνουσι. πρῶτον μὲν, ὅτι ἕνα λαβεῖν καὶ ὀλίγους ῥᾴον, ἢ πολλοὺς εὖ φρονοῦντας καὶ δυναμένους νομοθετεῖν καὶ δικάζειν. ἔπειθ' αἱ μὲν νομοθεσίαι ἐκ πολλοῦ χρόνου σκεψαμένων γίγνονται· αἱ δὲ κρίσεις ἐξ ὑποψίας· ὥστε χαλεπὸν, ἀποδιδόναι τὸ δίκαιον καὶ τὸ συμφέρον καλῶς τοὺς κρίνοντας. τὸ δὲ πάντων μέγιστον, ὅτι ἡ μὲν τοῦ νομοθέτου κρίσις οὐ κατὰ μέρος, [οὔτε περὶ τῶν παρόντων,] ἀλλὰ περὶ μελλόντων τε καὶ καθόλου ἐστίν· ὁ δ' ἐκκλησιαστὴς καὶ δικαστὴς ἤδη περὶ παρόντων καὶ ἀφωρισμένων κρίνουσι, πρὸς οὓς καὶ τὸ φιλεῖν ἤδη καὶ τὸ μισεῖν καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον συνήρηται πολλάκις· ὥσ-

va, iusta an iniusta sit, quaecunque legislator non distinxit, ipsum sane iudicem oportet cognoscere, neque hoc discere a controversantibus. 7 Maxime igitur convenit, recte latas leges, quaecunque possunt, ea omnia distinguere, & quam paucissima iudicantibus relinquere. Primum quidem, quia facilius est invenire unum & paucos, quam multos bene existimantes, & qui possint leges ferre & iura constituere. Deinde legumlationes ex diuturnis considerationibus fiunt; iudicia vero derepente; quare difficile est, iudicantes rectam habere iussi & utilis rationem. Quod autem omnium maximum est, legislatoris iudicium non spectat ad singularia, [nec ad praesentia,] sed ad futura & universalia; at concionator & iudex de praesentibus & definitis iudicant, quibuscum & amor, & odium, & propria utilitas sae-

τε μηκέτι δύνασθαι θεωρεῖν ἱκανῶς τὸ ἀληθὲς, ἀλλ' ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει τὸ ἴδιον ἡδὺ ἢ λυπηρόν. 8 Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων, ὥσπερ λέγομεν, δεῖ ὡς ἐλαχίστων ποιεῖν κύριον τὸν κριτήν· περὶ δὲ τοῦ γεγονέναι ἢ μὴ γεγονέναι, ἢ ἔσεσθαι ἢ μὴ ἔσεσθαι, ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι, ἀνάγκη ἐπὶ τοῖς κριταῖς καταλείπειν· οὐ γὰρ δυνατὸν, ταῦτα τὸν νομοθέτην προϊδεῖν. 9 Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, Φανερὸν, ὅτι τὰ ἔξω τοῦ πράγματος τεχνολογοῦσιν, ὅσοι τἆλλα διορίζουσιν, οἷον, τί δεῖ τὸ προοίμιον ἢ τὴν διήγησιν ἔχειν, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον μορίων. οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἄλλο πραγματεύονται, πλὴν ὅπως τὸν κριτὴν ποιόν τινα ποιήσωσι· περὶ δὲ τῶν ἐντέχνων πίστεων οὐδὲν δεικνύουσι· τοῦτο δ' ἐστὶν, ὅθεν ἄν τις γένοιτο ἐνθυμηματικός. 10 Διὰ γὰρ τοῦτο, τῆς αὐτῆς οὔσης μεθόδου περὶ τὰ δημηγορικὰ

penumero coniuncta sunt; ut non amplius satis perspicere verum possint, sed obscuret iudicium propria iucunditas vel molestia. 8 Ac de aliis quidem, quemadmodum dicebamus, oportet quam pauciſſimis disceptatorem facere iudicem; verum de re facta aut non facta, futura aut non futura, quae est aut non est, necesse est iudicibus arbitrium relinquere; non enim fieri potest, ut legislator haec provideat. 9 Quod si autem haec ita se habent, apparet, ea, quae sunt extra rem, illos praecipere, quicunque alia describunt, velut quomodo esse oporteat prooemium aut narrationem, & ceterarum unamquamque particularum. Nam nihil aliud in his tradunt, nisi quomodo iudicem cuiusdammodi efficiant; de artificiosis vero probationibus nihil demonstrant; id quod tamen est, unde aliquis enthymematicus fieri possit. 10 Hac enim de causa, cum eadem sit

καὶ δικανικὰ, καὶ καλλίονος καὶ πολιτικωτέρας τῆς δημηγορικῆς πραγματείας οὔσης, ἡ τῆς περὶ τὰ συναλλάγματα, περὶ μὲν ἐκείνης οὐδὲν λέγουσι, περὶ δὲ τοῦ δικάζεσθαι πάντες πειρῶνται τεχνολογεῖν· ὅτι ἧττόν ἐστι πρὸ ἔργου τὰ ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν ἐν τοῖς δημηγορικοῖς, καὶ ἧττόν ἐστι κακοῦργον ἡ δημηγορία δικολογίας, ἀλλὰ κοινότερον. ἐνταῦθα μὲν γὰρ ὁ κριτὴς περὶ τῶν οἰκείων κρίνει· ὥστ' οὐδὲν ἄλλο δεῖ, πλὴν ἀποδεῖξαι, ὅτι οὕτως ἔχει, ὡς φησιν ὁ συμβουλεύων. ἐν δὲ τοῖς δικανικοῖς οὐχ ἱκανὸν τοῦτο, ἀλλὰ πρὸ ἔργου ἐστὶν ἀναλαβεῖν τὸν ἀκροατήν· περὶ ἀλλοτρίων γὰρ ἡ κρίσις· ὥστε πρὸς τὸ αὐτῶν σκοπούμενοι, καὶ πρὸς χάριν ἀκροώμενοι, διδόασι τοῖς ἀμφισβητοῦσιν, ἀλλ' οὐ κρίνουσι. διὸ καὶ πολλαχοῦ, ὥσπερ καὶ πρότερον εἶπον, ὁ νόμος κωλύει λέγειν ἔξω τοῦ πράγματος. ἐκεῖ δ' αὐτοὶ οἱ κριταὶ τοῦτο τηροῦσιν ἱκα-

ratio deliberativorum & iudicialium orationum, ſitque pulchrior & civilior deliberationis tractatio, quam methodi orationis ad pacta ſpectantis, de illa quidem nihil dicunt, at de litigando omnes conantur praecepta tradere; quia minus prodeſt ea, quae ſunt extra rem, dicere in orationibus deliberativis, ac minus malitioſa eſt concio, quam de iure diſceptatio, cum res ſit magis communis. Hic enim diſceptator de propriis rebus iudicat; ut nihil aliud opus ſit, quam ut demonſtret, rem ita ſe habere, ut ait conſulens. In iudicialibus autem orationibus hoc non ſufficit, ſed e re eſt captare auditorem; nam de alienis iudicium fit; ut dum ſe ipſos ſpectant, & ad gratiam audiunt, dent ſe controverſantibus, nec iudicent. Quapropter multis in locis, ut etiam dicebamus, lex prohibet extra rem dicere. Ibi autem iu-

νῶς. 11 Ἐπεὶ δὲ φανερόν ἐστιν, ὅτι ἡ μὲν ἔντεχνος μέθοδος περὶ τὰς πίστεις ἐστίν· ἡ δὲ πίστις ἀπόδειξίς τις· τότε γὰρ πιστεύομεν μάλιστα, ὅταν ἀποδεδεῖχθαι ὑπολάβωμεν· ἔστι δ' ἀπόδειξις ῥητορικὴ, ἐνθύμημα· καὶ ἔστι τοῦτο, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κυριώτατον τῶν πίστεων· τὸ δὲ ἐνθύμημα, συλλογισμός τις· περὶ δὲ συλλογισμοῦ ὁμοίως ἅπαντος τῆς Διαλεκτικῆς ἐστιν ἰδεῖν, ἢ αὐτῆς ὅλης, ἢ μέρους τινός· δῆλον, ὅτι ὁ μάλιστα τοῦτο δυνάμενος θεωρεῖν, ἐκ τίνων καὶ πῶς γίγνεται συλλογισμὸς, οὗτος καὶ ἐνθυμηματικὸς ἂν εἴη μάλιστα, προσλαβὼν, περὶ ποῖά τέ ἐστι τὰ ἐνθυμήματα, καὶ τίνας ἔχει διαφορὰς πρὸς τοὺς λογικοὺς συλλογισμούς. τό, τε γὰρ ἀληθὲς, καὶ τὸ ὅμοιον τῷ ἀληθεῖ, τῆς αὐτῆς ἐστι δυνάμεως ἰδεῖν· ἅμα δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸ ἀληθὲς πεφύκασιν ἱκανῶς, καὶ τὰ πλείω τυγ-

dices ipsi hoc satis observant. 11 Quoniam vero appareret, artificiosam methodum circa probationes versari; probatio autem demonstratio quaedam est; tum enim fidem habemus maxime, cum demonstratum esse arbitremur; est porro demonstratio rhetorica, enthymema; & est hoc, ut simpliciter dicam, potentissimum ad fidem faciendam; enthymema autem est, syllogismus quidam; & quae ad syllogismum pertinent aeque omnem Dialecticae est videre, vel ipsius universae, vel partis alicuius: patet, eum, qui maxime hoc potest intueri, ex quibus & quomodo fiat syllogismus, etiam enthymematicum esse maxime, cum assumserit, & in cuiusmodi rebus versentur enthymemata, & quas habeant differentias ad logicos syllogismos. Nam verum, & simile vero, eiusdem est facultatis videre; simul autem & homines ad verum naturâ conformati sunt satis, & ple-

χάνουσι τῆς ἀληθείας. διὸ πρὸς τὰ ἔνδοξα στοχαστικῶς ἔχειν τοῦ ὁμοίως ἔχοντος καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειάν ἐστιν. ὅτι μὲν οὖν τὰ ἔξω τοῦ πράγματος [καὶ] οἱ ἄλλοι τεχνολογοῦσι, καὶ διότι μᾶλλον ἀπονενεύκασι πρὸς τὸ δικολογεῖν, φανερόν. 12 Χρήσιμος δ' ἐστὶν ἡ Ῥητορικὴ, διά [τε] τὸ φύσει εἶναι κρείττω τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια τῶν ἐναντίων· ὥστε, ἐὰν μὴ κατὰ τὸ πρέπον αἱ κρίσεις γίγνωνται, ἀνάγκη, δι' αὐτῶν ἡττᾶσθαι· τοῦτο δ' ἐστὶν ἄξιον ἐπιτιμήσεως. ἔτι δὲ πρὸς ἐνίους, οὐδ' εἰ τὴν ἀκριβεστάτην ἔχοιμεν ἐπιστήμην, ῥᾴδιον ἀπ' ἐκείνης πεῖσαι λέγοντας· διδασκαλίας γὰρ ἐστὶν ὁ κατὰ τὴν ἐπιστήμην λόγος· τοῦτο δὲ ἀδύνατον· ἀλλ' ἀνάγκη, διὰ τῶν κοινῶν ποιεῖσθαι τὰς πίστεις καὶ τοὺς λόγους· ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Τοπικοῖς ἐλέγομεν περὶ τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐντεύξεως. ἔτι δὲ τἀναντία δεῖ δύνασθαι πείθειν, καθάπερ καὶ

rumque conſequuntur veritatem. Quamobrem ad probabilia coniicienda ſe habere eius eſt, qui ſimiliter etiam ſe habeat ad veritatem. Igitur alios quidem [etiam] ea, quae ſunt extra rem, praecipere, & qua de cauſa magis deflexerint ad iuris diſputationem, patet. 12 Utilis vero eſt Rhetorica, propterea quod naturâ ſunt meliora vera & iuſta contrariis; quare, niſi prout convenit iudicia fiant, neceſſe eſt, ut nobis per ipſa detrahatur; atque hoc reprehenſione dignum eſt. Praeterea apud nonnullos, nec ſi exquiſitiſſimam haberemus ſcientiam, facile eſt per illam dicendo perſuadere; inſtitutionis enim eſt oratio a ſcientia proficiſcens; id autem fieri nequit; ſed neceſſe eſt, ex communibus duci probationes, & argumenta; quemadmodum etiam in Topicis dicebamus de collocutione cum imperita hominum multitudine. Deinde vero oportet poſſe contraria

ἐν τοῖς συλλογισμοῖς, οὐχ ὅπως ἀμφότερα πράττωμεν· οὐ γὰρ δεῖ τὰ φαῦλα πείθειν· ἀλλ' ἵνα μήτε λανθάνῃ, πῶς ἔχει, καὶ ὅπως, ἄλλου χρωμένου τοῖς λόγοις αὐτοῖς μὴ δικαίως, λύειν ἔχωμεν. τῶν μὲν οὖν ἄλλων τεχνῶν οὐδεμία τἀναντία συλλογίζεται· ἡ δὲ Διαλεκτικὴ καὶ ἡ Ῥητορικὴ μόναι τοῦτο ποιοῦσιν· ὁμοίως γὰρ εἰσιν ἀμφότεραι τῶν ἐναντίων. τὰ μέντοι ὑποκείμενα πράγματα οὐχ ὁμοίως ἔχει, ἀλλ' αἰεὶ τἀληθῆ καὶ τὰ βελτίω τῇ φύσει εὐσύλλογιστότερα καὶ πιθανώτερα, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. πρὸς δὲ τούτοις ἄτοπον, εἰ τῷ σώματι μὲν αἰσχρὸν μὴ δύνασθαι βοηθεῖν ἑαυτῷ, λόγῳ δ' οὐκ αἰσχρόν· ὃ μᾶλλον ἰδιόν ἐστιν ἀνθρώπου τῆς τοῦ σώματος χρείας. 13 Εἰ δὲ, ὅτι μεγάλα βλάψειεν ἂν ὁ χρώμενος ἀδίκως τῇ τοιαύτῃ δυνάμει τῶν λόγων, τοῦτό τε κοινόν ἐστι κατὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν, πλὴν ἀρετῆς, καὶ μάλιστα κα-

persuadere, quemadmodum etiam in syllogismis, non ut utraque faciamus; non enim oportet mala persuadere; sed ut ne lateat nos, quomodo ea se habent, &, alio utente ipsis rationibus minus iuste, eas solvere possimus. Ac ex aliis quidem artibus nulla syllogismo contraria concludit; Dialectica vero & Rhetorica solae id faciunt; aeque enim sunt ambae contrariorum. At quae subiectae sunt res non aeque se habent, sed semper verae & meliores naturâ aptiores ad syllogismum & magis idoneae ad persuasionem sunt, ut simpliciter dicam. Praeterea vero absurdum est, si corpore quidem turpe sit non posse sibi ipsi opitulari, oratione vero turpe non sit; quae magis propria est hominis, quam corporis usus. 13 Si vero (*obiiciatur*), quod valde nocitura sit iniuste huiusmodi facultate rationum utens, id aeque valet adversus omnia bona, praeter virtutem,

τὰ τῶν χρησιμωτάτων, οἷον ἰσχύος, ὑγιείας, πλούτου, στρατηγίας. τοιούτοις γὰρ ἄν τις ὠφελήσειε τὰ μέγιστα, χρώμενος δικαίως, καὶ βλάψειεν, ἀδίκως. 14 Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν οὔτε ἑνός τινος γένους ἀφωρισμένου ἡ Ῥητορικὴ, ἀλλὰ καθάπερ ἡ Διαλεκτικὴ, καὶ ὅτι χρήσιμος, φανερόν· καὶ ὅτι οὐ τὸ πεῖσαι ἔργον αὐτῆς, ἀλλὰ τὸ ἰδεῖν τὰ ὑπάρχοντα πιθανὰ περὶ ἕκαστον, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τέχναις πάσαις· οὐδὲ γὰρ Ἰατρικῆς τὸ ὑγιᾶ ποιῆσαι, ἀλλὰ μέχρις οὗ ἐνδέχεται, μέχρι τούτου προαγαγεῖν· ἔστι γὰρ καὶ τοὺς ἀδυνάτους μεταλαβεῖν ὑγιείας ὅμως θεραπεῦσαι καλῶς. πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τῆς αὐτῆς, τό, τε πιθανὸν, καὶ τὸ φαινόμενον ἰδεῖν πιθανὸν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς Διαλεκτικῆς συλλογισμόν τε, καὶ φαινόμενον συλλογισμόν. ὁ γὰρ σοφιστικὸς οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει· πλὴν ἐνταῦθα μὲν ἔσται

& maxime adverſus utiliſſima, ut robur, valetudinem, divitias, peritiam militarem. His enim aliquis profuerit maxime, ſi utatur iuſte, & nocuerit, ſi iniuſte. 14 Non eſſe igitur Rhetoricam alicuius generis definiti, ſed talem, qualis eſt Dialectica, & eſſe eam utilem, patet; neque eſſe perſuadere munus ipſius, ſed videre, quae ſint apta ad perſuadendum in quaque re, quemadmodum etiam in aliis artibus omnibus; neque enim artis medicae eſt ſanum facere, ſed quouſque fieri poteſt, eouſque perducere; licet enim quoque illos, qui ſanitatem recuperare non poſſunt, tamen bene curare. Praeterea vero, eiuſdem eſſe, probabile, & quod videtur probabile perſpicere, ut etiam in Dialectica tum ſyllogiſmum, tum, qui videtur, ſyllogiſmum. Nam ſophiſticus non eſt ex facultate, ſed ex conſilio; praeterquam

ὁ μὲν κατὰ τὴν ἐπιστήμην, ὁ δὲ κατὰ τὴν προαίρεσιν ῥήτωρ· ἐκεῖ δὲ σοφιστὴς μὲν κατὰ τὴν προαίρεσιν, διαλεκτικὸς δὲ οὐ κατὰ τὴν προαίρεσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν δύναμιν. 15 Περὶ δὲ αὐτῆς ἤδη τῆς μεθόδου πειρώμεθα λέγειν, πῶς τε, καὶ ἐκ τίνων δυνησόμεθα τυγχάνειν τῶν προκειμένων. πάλιν οὖν, οἷον ἐξ ὑπάρχης, ὁρισάμενοι αὐτὴν, τίς ἐστι, λέγωμεν τὰ λοιπά.

ΚΕΦ. β'.

ΤΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗ, ΚΑΙ ΤΙ ΕΙΚΟΣ ΕΣΤΙ, ΚΑΙ ΤΙ ΣΗΜΕΙΟΝ ΚΑΙ ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ, ΚΑΙ ΤΙ ΔΙΑΦΕΡΟΥΣΙ· ΚΑΙ ΤΙ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ.

Ἔστω δ' ἡ Ῥητορικὴ δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν. τοῦτο γὰρ οὐδεμιᾶς ἑτέρας ἐστὶ τέχνης ἔργον· τῶν γὰρ ἄλλων ἑκάστη περὶ τὸ αὐτῇ ὑποκείμενόν ἐστι διδασκαλικὴ καὶ πιστική·

quod hîc erit orator partim ſecundum ſcientiam, partim ex conſilio; illic vero Sophiſta quidem ex conſilio; Dialecticus autem non ex conſilio, ſed ex facultate. 15 Iam vero de ipſa methodo conemur dicere, & quomodo, & ex quibus poterimus conſequi ea, quae propoſita ſunt. Rurſus igitur, tanquam de integro ordientes, poſtquam definierimus ipſam, quid ſit, reliqua dicamus.

CAP. II.

Quid Rhetorica, & quid ſit imago, & quid ſignum, & quonam haec differant: & quid ſit exemplum.

Sit autem Rhetorica facultas in quaque re videndi, quod contingit eſſe idoneum ad faciendam fidem. Hoc enim nullius alterius artis eſt munus; nam ex aliis unaquaeque exercet in re ſibi ſubiecta vim docendi & per-

οἷον Ἰατρικὴ περὶ ὑγιεινὸν καὶ νοσερόν· καὶ Γεωμετρία περὶ τὰ συμβεβηκότα πάθη τοῖς μεγέθεσι· καὶ Ἀριθμητικὴ περὶ ἀριθμόν· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν. ἡ δὲ Ῥητορικὴ περὶ τοῦ δοθέντος, ὡς εἰπεῖν, δοκεῖ δύνασθαι θεωρεῖν τὸ πιθανόν· διὸ καὶ φαμὲν αὐτὴν οὐ περί τι γένος ἴδιον ἀφωρισμένον ἔχειν τὸ τεχνικόν. 2 Τῶν δὲ πίστεων αἱ μὲν ἄτεχνοί εἰσιν· αἱ δὲ ἔντεχνοι. ἄτεχνα δὲ λέγω, ὅσα μὴ δι' ἡμῶν πεπόρισται, ἀλλὰ προϋπῆρχεν· οἷον μάρτυρες, βασανοι, συγγραφαὶ, [καὶ ὅσα τοιαῦτα·] ἔντεχνα δὲ, ὅσα διὰ τῆς μεθόδου καὶ δι' ἡμῶν κατασκευασθῆναι δυνατόν· ὥστε δεῖ τούτων τοῖς μὲν χρήσασθαι, τὰ δὲ εὑρεῖν. 3 Τῶν δὲ διὰ τοῦ λόγου ποριζομένων πίστεων τρία εἴδη ἐστίν· αἱ μὲν γὰρ εἰσὶν ἐν τῷ ἤθει τοῦ λέγοντος· αἱ δὲ ἐν τῷ τὸν ἀκροατὴν διαθεῖναί πως· αἱ δὲ ἐν

ſuadendi; quemadmodum ars medica in ſanabili & morboſo; & Geometria in affectionibus, quae accidunt magnitudinibus; & Arithmetica in numero; ſimiliter vero etiam reliquae artes & ſcientiae. At Rhetorica in re ſibi data, ut ita dicam, videtur poſſe intueri idoneum ad faciendam fidem; quamobrem etiam contendimus, ipſam non circa aliquod genus proprium definitum vim artificii exercere. 2 Probationum autem aliae non artificioſae ſunt, aliae vero artificioſae. Non artificioſa voco, quaecunque non a nobis comparata ſunt, ſed ante erant; ut teſtes, quaeſtiones, ſyngraphae, [& quaecunque ſunt eiuſmodi]; artificioſa vero, quaecunque ut methodo & opera noſtra comparentur fieri poteſt; quare oportet illis quidem uti, haec vero invenire. 3 Probationum ratione comparatarum tres ſpecies ſunt; aliae enim conſiſtunt in moribus dicentis; aliae in eo, ut audiens aliquo modo afficiatur; aliae denique in ipſa ratione, quod

αὐτῷ τῷ λόγῳ, διὰ τοῦ δεικνύναι ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι. 4 Διὰ μὲν οὖν τοῦ ἤθους, ὅταν οὕτω λεχθῇ ὁ λόγος, ὥστε ἀξιόπιστον ποιῆσαι τὸν λέγοντα. τοῖς γὰρ ἐπιεικέσι πιστεύομεν μᾶλλον καὶ θᾶττον, περὶ πάντων μὲν ἁπλῶς· ἐν οἷς δὲ τὸ ἀκριβὲς μή ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἀμφιδοξεῖν, καὶ παντελῶς. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο συμβαίνειν διὰ τὸν λόγον, ἀλλὰ μὴ διὰ τὸ προδεδοξάσθαι, ποῖόν τινα εἶναι τὸν λέγοντα. οὐ γὰρ, ὥσπερ ἔνιοι τῶν τεχνολογούντων τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ [καὶ] τὴν ἐπιείκειαν τοῦ λέγοντος, ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην πρὸς τὸ πιθανόν· * ἀλλὰ σχεδόν, ὡς εἰπεῖν, κυριωτάτην ἔχει πίστην τὸ ἦθος. 5 Διὰ δὲ τῶν ἀκροατῶν, ὅταν εἰς πάθος ὑπὸ τοῦ λόγου προαχθῶσιν· οὐ γὰρ ὁμοίως ἀποδίδομεν τὰς κρίσεις λυπούμενοι καὶ χαίροντες, ἢ φιλοῦντες καὶ μισοῦντες· πρὸς ὃ καὶ μόνον πειρᾶσθαι φαμὲν πραγματεύεσθαι τοὺς νῦν τεχνολο-

demonſtret, aut demonſtrare videatur. 4 Ac quoad mores quidem, quando ſic dicta fuerit oratio, ut fide dignum reddat dicentem. Probis enim magis & celerius credimus, in omnibus quidem ſimpliciter; in iis vero, quibus certi nihil inſit, verum de quibus opinio dubia eſt, etiam praecipue. Oportet autem hoc quoque evenire per orationem, ſed non quia opinione anticipatum ſit, cuiuſdammodi eſſe dicentem. Non enim (*verum eſt*), quod nonnulli artis dicendi magiſtri praecipiunt in arte, quaſi probitas dicentis nihil conferat ad faciendam fidem; ſed propemodum, ut ita dicam, potentiſſimam continent fidem mores. 5 Quoad auditores autem, quando oratione ad affectum perducti fuerint; non enim ſimiliter iudicia ferimus, dum moeremus & gaudemus, aut amamus & odio habemus; qua de re etiam ſola conari dicimus praecepta tradere hodiernos artis

γοῦντας. περὶ μὲν οὖν τούτων δηλωθήσεται καθ' ἕκαστον, ὅταν περὶ τῶν παθῶν λέγωμεν. 6 Διὰ δὲ τῶν λόγων πιστεύουσιν, ὅταν ἀληθὲς ἢ φαινόμενον δείξωμεν ἐκ τῶν περὶ ἕκαστα πιθανῶν. 7 Ἐπεὶ δ' αἱ πίστεις διὰ τούτων εἰσὶ, φανερὸν, ὅτι ταῦτά τρία ἐστὶ λαβεῖν τοῦ συλλογίσασθαι δυναμένου, καὶ τοῦ θεωρῆσαι [τὰ] περὶ τὰ ἤθη καὶ τὰς ἀρετὰς, καὶ τρίτον τὰ περὶ τὰ πάθη, τί τε ἕκαστόν ἐστι τῶν παθῶν, καὶ ποῖόν τι, καὶ ἐκ τίνων ἐγγίνεται, καὶ πῶς· ὥστε συμβαίνει τὴν Ῥητορικὴν οἷον παραφυές τι τῆς Διαλεκτικῆς εἶναι, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας, ἣν δίκαιόν ἐστι προσαγορεύειν Πολιτικήν. διὸ καὶ ὑποδύεται ὑπὸ τὸ σχῆμα τὸ τῆς Πολιτικῆς ἡ Ῥητορική· καὶ οἱ ἀντιποιούμενοι ταύτης τὰ μὲν δι' ἀπαιδευσίαν, τὰ δὲ δι' ἀλαζονείαν, τὰ δὲ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας ἀνθρωπικάς.

dicendi magiſtros. Atque haec quidem declarabuntur ſigillatim, cum de affectibus dicemus. 6 Rationibus denique fides habetur, quando verum, aut id, quod verum videtur, demonſtraverimus ex iis, quae in quaque re ad fidem faciendam idonea ſunt. 7 Quoniam vero probationes ex his fiunt, manifeſtum eſt, tria haec conſequi eius eſſe, qui concludere ſyllogiſmo, & qui ſpeculari de moribus & virtutibus poſſit, & tertio loco, qui de affectibus, nempe quid unuſquiſque affectuum ſit, & qualis, & ex quibus excitetur, & quomodo; quo fit, ut Rhetorica tanquam agnatum quiddam ſit Dialecticae, & doctrinae morum, quam iuſtum eſt appellare Politicen. Quare etiam formam Politicae ſubit Rhetorica, ut & ii, qui hanc ſibi vindicant partim propter inſcitiam, partim propter arrogantiam, partim etiam propter alias cauſas humanas. Eſt enim particula quae-

ἔστι γὰρ μόριόν τι τῆς Διαλεκτικῆς καὶ ὁμοίωμα, καθάπερ καὶ ἀρχόμενοι εἴπομεν· περὶ οὐδενὸς γὰρ ὡρισμένου οὐδετέρα αὐτῶν ἐστιν ἐπιστήμη, πῶς ἔχει, ἀλλὰ δυνάμεις τινὲς τοῦ πορίσαι λόγους. περὶ μὲν οὖν τῆς δυνάμεως αὐτῶν, καὶ πῶς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας, εἴρηται σχεδὸν ἱκανῶς. 8 Τῶν δὲ διὰ τοῦ δεικνύναι, ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς Διαλεκτικοῖς τὸ μὲν ἐπαγωγή ἐστι· τὸ δὲ συλλογισμός· [τὸ δὲ φαινόμενος συλλογισμός·] καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως. ἔστι γὰρ τὸ μὲν παράδειγμα ἐπαγωγή· τὸ δὲ ἐνθύμημα συλλογισμός. καλῶ δ' ἐνθύμημα μὲν, ῥητορικὸν συλλογισμόν· παράδειγμα δὲ, ἐπαγωγὴν ῥητορικήν. πάντες δὲ τὰς πίστεις ποιοῦνται διὰ τοῦ δεικνύναι, ἢ παραδείγματα λέγοντες, ἢ ἐνθυμήματα· καὶ παρὰ ταῦτα οὐδέν πως· ὥστ', εἴπερ καὶ ὅλως ἀνάγκη, συλλο-

dam & assimilatio Dialecticae, quemadmodum etiam in exordio dicebamus; nam neutra ipsarum est scientia alicuius definiti, quomodo se habeat, sed utraque est facultas quaedam rationes parandi. Ac de facultate ipsarum, & quomodo se habeant inter se, dictum est propemodum satis. 8 Quae autem cernuntur in eo, quod demonstrent, aut demonstrare videantur, quemadmodum etiam in Dialecticis unum quidem est inductio; alterum vero syllogismus; [tertium denique fallax syllogismus;] ita ea hic quoque similiter se habent. Nam exemplum quidem est inductio; enthymema vero syllogismus. Voco autem enthymema quidem, oratorium syllogismum; exemplum vero inductionem oratoriam. Omnes autem fidem faciunt demonstrando, aut exempla proferentes, aut enthymemata; & praeter haec nihil quodammodo; quare, si quoque omnino necesse est

γιζόμενον ἢ ἐπάγοντα δεικνύναι ὁτιοῦν, ἢ ὀντινοῦν· (δῆλον δ' ἡμῖν τοῦτο ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν·) ἀναγκαῖον, ἑκάτερον αὐτῶν ἑκατέρῳ τούτων τὸ αὐτὸ εἶναι. 9 Τίς δ' ἐστὶ διαφορὰ παραδείγματος καὶ ἐνθυμήματος, φανερὸν ἐκ τῶν Τοπικῶν· ἐκεῖ γὰρ περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἐπαγωγῆς εἴρηται πρότερον, ὅτι τὸ μὲν ἐπὶ τῶν πολλῶν καὶ ὁμοίων δείκνυσθαι, ὅτι οὕτως ἔχει· ἐκεῖ μὲν ἐπαγωγή ἐστιν, ἐνταῦθα δὲ παράδειγμα· τὸ δὲ, τινῶν ὄντων, ἕτερόν τι διὰ ταῦτα συμβαίνειν παρὰ ταῦτα τῷ ταῦτα εἶναι, ἢ καθόλου, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· ἐκεῖ μὲν συλλογισμὸς, ἐνταῦθα δὲ ἐνθύμημα καλεῖται. 10 Φανερὸν δὲ, ὅτι καὶ ἑκάτερον ἔχει ἀγαθὸν τὸ εἶδος τῆς Ῥητορικῆς· καθάπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς εἴρηται, καὶ ἐν τούτοις ὁμοίως ἔχει· εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν παραδειγματώδεις ῥητορεῖαι, αἱ δὲ ἐνθυμηματικαί· καὶ ῥήτορες ὁμοίως οἱ μὲν παραδειγματώδεις, οἱ

syllogiſmo aut inductione demonſtrare quodcunque, aut quemcunque; (manifeſtum vero id nobis eſt ex Analyticis;) neceſſario utrumque ipſorum cum utroque horum idem eſt. 9 Quaenam autem ſit differentia exempli & enthymenatis, ex Topicis patet; ibi enim de ſyllogiſmo & inductione dictum eſt prius, viz. ſi apud vulgus eiuſque ſimiles demonſtratur, rem ita ſe habere, ibi quidem inductionem eſſe, hîc vero exemplum; at ſi, quibuſdam poſitis, aliud quid ex his evenit praeter haec, propterea quod haec ſint, vel in univerſum, vel plerumque, ibi quidem ſyllogiſmum, hîc vero enthymema vocari. 10 Manifeſtum vero eſt, Rhetoricen utroque bono frui; nam, quemadmodum etiam in Methodicis dictum eſt, in his quoque ſimiliter res ſe habet; ſunt enim aliae quidem orationes exemplorum plenae, aliae vero enthymematicae; & oratores ſimiliter alii

δὲ ἐνθυμηματικοί. πιθανοὶ μὲν οὖν οὐχ ἧττον οἱ λόγοι οἱ διὰ τῶν παραδειγμάτων· θορυβοῦνται δὲ μᾶλλον οἱ ἐνθυμηματικοί. 11 Τὴν δ' αἰτίαν αὐτῶν, καὶ πῶς ἑκατέρῳ χρηστέον, ἐροῦμεν ὕστερον· νῦν δὲ περὶ αὐτῶν τούτων μᾶλλον διορίσωμεν καθαρῶς. ἐπεὶ γὰρ τὸ πιθανὸν τινὶ πιθανόν ἐστι, καὶ τὸ μὲν εὐθὺς ὑπάρχει δι' αὐτὸ πιθανὸν καὶ πιστόν· τὸ δὲ τῷ δείκνυσθαι δοκεῖν διὰ τοιούτων· οὐδεμία δὲ τέχνη σκοπεῖ τὸ καθέκαστον, οἷον ἡ Ἰατρικὴ, τί Σωκράτει τὸ ὑγιεινόν ἐστιν, ἢ Καλλίᾳ· ἀλλὰ τί τῷ τοιῷδε, ἢ τοῖς τοιοῖσδε· τοῦτο γὰρ ἔντεχνον· τὸ δὲ καθέκαστον ἄπειρον, καὶ οὐκ ἐπιστητόν· οὐδὲ ἡ Ῥητορικὴ τὸ καθ' ἕκαστον ἔνδοξον θεωρήσει, οἷον Σωκράτει ἢ Ἱππίᾳ· ἀλλὰ τὸ τοιοῖσδε, καθάπερ καὶ ἡ Διαλεκτική· καὶ γὰρ ἐκείνη συλλογίζεται, οὐκ ἐξ ὧν ἔτυχε· φαίνεται γὰρ ἄττα καὶ τοῖς παρα-

quidem exemplis, alii vero enthymematibus magis utuntur. Et ad perſuadendum quidem non minus valent orationes, quae exemplis utuntur; perturbant vero magis enthymematicae. 11 Cauſam autem ipſorum, & quomodo utroque utendum ſit, poſterius dicemus; nunc vero de his ipſis apertius & diſtinctius differemus. Quoniam enim probabile eſt alicui probabile, & illud quidem ſtatim per ſe eſt probabile & fide dignum; alterum vero propterea, quod demonſtrari videatur ex talibus; nulla vero ars conſiderat ſingulare, velut ars medica, quid Socrati ſalubre ſit, vel Calliae; ſed quid tali, vel talibus; hoc enim arti propoſitum eſt; ſingulare autem eſt infinitum, nec ſub ſcientiam cadit; nec Rhetorica, quid *ſigillatim* ſit probabile conſiderabit, velut Socrati vel Hippiae; ſed quid *talibus*, quemadmodum etiam Dialectica; nam & haec ſyllogiſmo concludit non ex quibuslibet; etenim videntur nonnulla etiam delirantibus;

λειροῦσιν· ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἐκ τῶν λόγου δεομένων· ἡ δὲ Ῥητορικὴ ἐκ τῶν ἤδη βουλεύεσθαι εἰωθότων. 12 Ἔστι δὲ τὸ ἔργον αὐτῆς περί τε τοιούτων, περὶ ὧν βουλευόμεθα, καὶ τέχνας μὴ ἔχομεν, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀκροαταῖς, οἳ οὐ δύνανται διὰ πολλῶν συνορᾶν, οὐδὲ λογίζεσθαι πόρρωθεν. Βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν φαινομένων ἐνδέχεσθαι ἀμφοτέρως ἔχειν· περὶ γὰρ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἢ γενέσθαι, ἢ ἔσεσθαι, ἢ ἔχειν, οὐδεὶς βουλεύεται, οὕτως ὑπολαμβάνων· οὐδὲν γὰρ πλέον ἢ οὕτως ἐνδέχεται συμβουλεύειν. 13 Ἐνδέχεται δὲ συλλογίζεσθαι καὶ συνάγειν τὰ μὲν ἐκ συλλελογισμένων πρότερον· τὰ δὲ ἐξ ἀσυλλογίστων μὲν, δεομένων δὲ συλλογισμοῦ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἔνδοξα. ἀνάγκη δὲ, τούτων τὸ μὲν μὴ εἶναι εὐεπακολούθητον διὰ τὸ μῆκος· ὁ γὰρ κριτὴς ὑπόκειται εἶναι ἁπλοῦς· τὰ δὲ μὴ πιθανὰ, διὰ

sed illa quidem ex iis (*argumentatur*), quae ratione indigent; Rhetorica vero ex iis, quae in consultationem venire consueverunt. 12 Est autem munus ipsius & circa eiusmodi res, de quibus consultamus, neque artes habemus, & apud eiusmodi auditores, qui non possunt multa perspicere, neque ex longinquo ratiocinari. Consultamus autem de iis, quae utroque modo se habere posse videntur; nam de iis, quae fieri non potest, ut aliter vel facta sint, vel futura sint, vel se habeant, nemo consultat, sic (*ea esse*) existimans; nullo enim alio modo nisi sic contingit consultare. 13 Contingit vero concludere syllogismo & colligere alia quidem ex syllogismo conclusis prius; alia vero ex non conclusis quidem, sed syllogismo indigentibus, propterea quod probabilia non sint. Necesse autem est, illud haud facile quempiam assequi propter longitudinem; nam iudex supponitur esse simplex; haec vero non esse probabi-

τὸ μὴ ἐξ ὁμολογουμένων εἶναι, μηδ' ἐνδόξων· ὥστε ἀναγκαῖον, τό, τε ἐνθύμημα εἶναι καὶ τὸ παράδειγμα περὶ τῶν ἐνδεχομένων ὡς τὰ πολλὰ ἔχειν καὶ ἄλλως· τὸ μὲν παράδειγμα ἐπαγωγήν· τὸ δ' ἐνθύμημα συλλογισμόν· καὶ ἐξ ὀλίγων τε, καὶ πολλάκις ἐλαττόνων, ἢ ἐξ ὧν ὁ πρῶτος συλλογισμός. ἐὰν γὰρ ᾖ τι τούτων γνώριμον, οὐδὲ δεῖ λέγειν· αὐτὸς γὰρ τοῦτο προστίθησιν ὁ ἀκροατής· οἷον, ὅτι Δωριεὺς στεφανίτην ἀγῶνα νενίκηκεν, ἱκανὸν εἰπεῖν, ὅτι Ὀλύμπια νενίκηκε· τὸ δε, ὅτι στεφανίτης τὰ Ὀλύμπια, οὐδὲ δεῖ προσθεῖναι· γινώσκουσι γὰρ πάντες. 14 Ἐπεὶ δέ ἐστιν ὀλίγα μὲν τῶν ἀναγκαίων, ἐξ ὧν οἱ ῥητορικοὶ συλλογισμοί εἰσι· τὰ γὰρ πολλὰ, περὶ ὧν αἱ κρίσεις καὶ αἱ σκέψεις, ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν· περὶ ὧν μὲν γὰρ πράττουσι, βουλεύονται καὶ σκοποῦσι· τὰ δὲ πρατ-

lia, quoniam nec ex confeſſis, nec ex veriſimilibus deducta ſunt; quare neceſſarium eſt, enthymema eſſe & exemplum de iis, quae contingit plerumque ut etiam aliter ſe habeant; exemplum quidem inductionem, enthymema vero ſyllogiſmum; & ex paucis, & ſaepe paucioribus, quam ex quibus eſt primus ſyllogiſmus. Si enim ſit horum aliquid notum, ne oportet quidem illud dicere; nam ipſe auditor hoc ſupplet; velut, ſi Dorienſis coronarium certamen vicerit, ſufficit dicere, eum ludis Olympiacis viciſſe, coronarium autem eſſe certamen in Olympiacis, non opus eſt addere; ſciunt enim omnes. 14 Quoniam autem ſunt pauca neceſſaria, ex quibus oratorii ſyllogiſmi conficiuntur; multa enim, de quibus iudicia & deliberationes fiunt, contingit etiam aliter ſe habere; quae enim agunt (*homines*), de iis conſultant & deliberant; quae autem aguntur, omnia

τόμενα πάντα τοιούτου γένους ἐστί· καὶ οὐδέν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐξ ἀνάγκης τούτων· τὰ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαίνοντα καὶ ἐνδεχόμενα ἐκ τοιούτων ἀνάγκη ἑτέρων συλλογίζεσθαι· τὰ δ' ἀναγκαῖα ἐξ ἀναγκαίων· (δῆλον δ' ἡμῖν καὶ τοῦτο ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν·) φανερὸν, ὅτι, ἐξ ὧν τὰ ἐνθυμήματα λέγεται, τὰ μὲν ἀναγκαῖα ἔσται, τὰ δὲ πλεῖστα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. λέγεται γὰρ ἐνθυμήματα ἐξ εἰκότων καὶ σημείων· ὥστε ἀνάγκη, τούτων ἑκάτερον ἑκατέρῳ ταὐτὸ εἶναι. 15 Τὸ μὲν γὰρ εἰκὸς ἔστιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γιγνόμενον· οὐχ ἁπλῶς δὲ, καθάπερ ὁρίζονταί τινες· ἀλλὰ τὸ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν οὕτως ἔχον πρὸς ἐκεῖνο, πρὸς ὃ εἰκὸς, ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατὰ μέρος. 16 Τῶν δὲ σημείων τὸ μὲν οὕτως ἔχει, ὡς τῶν καθέκαστόν τι πρὸς τὸ καθόλου· τὸ δὲ, ὡς τῶν καθόλου τι πρὸς τὸ κατὰ μέρος. τούτων δὲ τὸ μὲν ἀναγκαῖον, τεκμήριον· τὸ δὲ

huiuſce generis ſunt, & nihil horum, ut verbo dicam, ex neceſſitate eſt; quae autem plerumque accidunt & contingunt, ex talibus neceſſe eſt aliis ſyllogiſmo concludi; neceſſaria vero ex neceſſariis; (conſtat vero hoc quoque nobis ex Analyticis;) apparet, ex quibus enthymemata ducuntur, alia quidem neceſſaria futura eſſe, plurima vero, quae plerumque ita ſe habent. Ducuntur enim enthymemata ex veriſimilibus & ſignis; ut neceſſe ſit, horum utrumque cum utroque idem eſſe. 15 Nam veriſimile eſt id, quod plerumque fit, non ſimpliciter autem, quemadmodum definiunt nonnulli, ſed quod in iis, quae contingit aliter ſe habere, ſic ſe habet ad illud, cui eſt veriſimile, ut univerſale ad particulare. 16 Signorum autem unum quidem ita ſe habet, ut ſingularium aliquid ad univerſale; alterum vero, ut univerſalium aliquid ad ſingulare. Atque ex his neceſ-

μὴ ἀναγκαῖον, ἀνώνυμόν ἐστι κατὰ τὴν διαφοράν. 17 Ἀναγκαῖα μὲν οὖν λέγω, ἐξ ὧν γίγνεται συλλογισμός· διὸ καὶ τεκμήριον τὸ τοιοῦτον τῶν σημείων ἐστίν. ὅταν γὰρ μὴ ἐνδέχεσθαι οἴωνται λῦσαι τὸ λεχθὲν, τότε φέρειν οἴονται τεκμήριον ὡς δεδειγμένον καὶ πεπερασμένον· τὸ γὰρ τέκμαρ καὶ πέρας ταὐτόν ἐστι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν. 18 Ἔτι δὲ τῶν σημείων τὸ μὲν ὡς τὸ καθ' ἕκαστον πρὸς τὸ καθόλου ὧδε· οἷον εἴ τις εἴπειε σημεῖον εἶναι, ὅτι οἱ σοφοὶ δίκαιοι, Σωκράτης γὰρ σοφὸς ἦν καὶ δίκαιος. τοῦτο μὲν οὖν σημεῖόν ἐστι· λυτὸν δὲ, κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ εἰρημένον· ἀσυλλόγιστον γάρ. τὸ δὲ, οἷον εἴ τις εἴπειε σημεῖον, ὅτι νοσεῖ, πυρέττει γάρ· ἢ τέτοκεν, ὅτι γάλα ἔχει· ἀναγκαῖον· ὅπερ τῶν σημείων τεκμήριον μόνον ἐστί· μόνον

sarium quidem *tecmerion* est; non necessarium autem nomine caret, quo distingui possit. 17 Ac necessaria quidem voco, ex quibus fit syllogismus; quamobrem etiam tecmerion ex signis tale est. Cum enim non contingere arbitrantur, ut solvatur id, quod dictum est, tunc se afferre putant tecmerion tanquam demonstratum & terminatum; nam τέκμαρ & terminus idem sunt secundum antiquam linguam. 18 Praeterea vero ex signis id, quod se habet ut singulare ad universale, ita comparatum est: velut, si quis diceret, signum esse, sapientes esse iustos, quia Socrates sapiens erat & iustus. Atque hoc quidem signum est; sed solvi potest, etiamsi verum sit, quod dictum est; non enim cadit in syllogismum. Hoc autem, velut si quis diceret, signum esse, aliquem aegrotare, quia febrem habeat; vel aliquam peperisse, quia lac habeat; necessarium est; quod ex signis tecmerion solum est; solum enim, si verum sit,

γὰρ, ἂν ἀληθὲς ᾖ, ἀλυτόν ἐστι. τὸ δὲ ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατὰ μέρος ἔχον· οἷον εἴ τις εἴπειεν, ὅτι πυρέττει, σημεῖον εἶναι, πυκνὸν γὰρ ἀναπνεῖ· λυτὸν δὲ καὶ τοῦτο, κἂν ἀληθὲς ᾖ· ἐνδέχεται γὰρ, καὶ μὴ πυρέττοντα πνευστιᾶν. τί μὲν οὖν εἰκός ἐστι, καὶ τί σημεῖον, καὶ τί τεκμήριον, καὶ τί διαφέρουσιν, εἴρηται μὲν καὶ νῦν· μᾶλλον δὲ φανερῶς καὶ περὶ τούτων, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν τὰ μὲν ἀσυλλόγιστά ἐστι, τὰ δὲ συλλελογισμένα, ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς διώρισται περὶ αὐτῶν. 19 Παράδειγμα δὲ, ὅτι μέν ἐστι ἐπαγωγὴ, καὶ περὶ ποῖα ἐπαγωγὴ, εἴρηται· ἔστι δὲ οὔτε ὡς μέρος πρὸς ὅλον, οὔθ' ὡς ὅλον πρὸς μέρος, οὔθ' ὡς ὅλον πρὸς ὅλον· ἀλλ' ὡς μέρος πρὸς μέρος, ὅμοιον πρὸς ὅμοιον, ὅταν ἄμφω μὲν ᾖ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος, γνωριμώτερον δὲ θάτερον ᾖ θατέρου, παράδειγμά ἐστιν· οἷον, ὅτι ἐπεβούλευε τυραννίδι Διονύσιος, αἰτῶν τὴν φυλακήν· καὶ γὰρ

solvi nequit. Illud vero se habet ut universale ad singulare; velut si quis diceret, aliquem febri laborare, signum esse, quia frequenter anhelet; solvi autem potest hoc quoque, etiamsi verum sit; contingit enim febri etiam non laborantem anhelare. Quid igitur verisimile sit, & quid signum, & quid tecmerion, & quo differant, dictum est adhuc; clarius vero etiam de his, & quam ob causam alia syllogismo concludi non possint, alia possint, in Analyticis disceptatum est. 19 Iam vero exemplum esse inductionem, & in qualibus sit inductio, dictum est; est autem illud neque ut pars ad totum, neque ut totum ad partem, neque ut totum ad totum; sed ut pars ad partem, simile ad simile, cum ambo sub eodem genere sint, sit autem alterum notius altero, exemplum est; velut, Dionysium affectasse tyrannidem, cum postularet custodiam; etenim Pisistra-

Πεισίστρατος πρότερον ἐπιβουλεύων, ἠτει τὴν Φυλακὴν, καὶ λαβὼν ἐτυράννησε· καὶ Θεαγένης ἐν Μεγάροις· καὶ ἄλλοι, ὅσους ἴσασι, παράδειγμα πάντες γίγνονται τοῦ Διονυσίου, ὃν οὐκ ἴσασί πω, εἰ διὰ τοῦτο αἰτεῖ. πάντα δὲ ταῦτα ὑπὸ τὸ αὐτὸ καθόλου, ὅτι ὁ ἐπιβουλεύων τυραννίδι Φυλακὴν αἰτεῖ. ἐξ ὧν μὲν οὖν λέγονται αἱ δοκοῦσαι εἶναι πίστεις ἀποδεικτικαὶ, εἴρηται. 20 Τῶν δὲ ἐνθυμημάτων μεγάλη διαφορὰ, καὶ μάλιστα λεληθυῖα σχεδὸν πάντας ἐστὶν, ἥπερ καὶ περὶ τὴν διαλεκτικὴν μέθοδον τῶν συλλογισμῶν. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστι κατὰ τὴν Ῥητορικὴν, ὥσπερ καὶ κατὰ τὴν διαλεκτικὴν μέθοδον τῶν συλλογισμῶν· τὰ δὲ κατ' ἄλλας τέχνας καὶ δυνάμεις τὰς μὲν οὔσας, τὰς δὲ οὔπω κατειλημμένας. διὸ καὶ λανθάνουσι τοὺς ἀκροατὰς, καὶ μᾶλλον ἁπτόμενοι κατὰ τρόπον μεταβαίνουσιν ἐξ αὐτῶν· * μᾶλλον δὲ σαφὲς ἔσται τὸ λεγό-

tus quoque, prius affectans tyrannidem, cuſtodiam poſtulavit, & cum obtinuiſſet, tyrannus evaſit; & Theagenes Megaris; & alii, quoſcunque ſciunt, exemplum omnes fiunt Dionyſii, quem nondum ſciunt hanc ob cauſam poſtulare. Omnia autem haec ſub eodem univerſali ſunt, quod tyrannidem affectat cuſtodiam petens. Ex quibus igitur ducantur probationes, quae videntur eſſe demonſtrativae, dictum eſt. 20 Enthymematum vero magna eſt differentia, & maxime latet fere omnes, quae etiam eſt in dialectica methodo ſyllogiſmorum. Alia enim eorum ſunt in Rhetorica, ut etiam in dialectica methodo ſyllogiſmorum; alia vero in aliis artibus & facultatibus partim exſtantibus, partim non compertis & deſcriptis. Quamobrem haec etiam latent Rhetoricae ſtudioſos, & oratores ſupra modum in his excedentes artificio ſuo excidunt; clarius autem erit quod

μενον διὰ πλειόνων ῥηθέν. 21 Λέγω γὰρ διαλεκτικούς τε καὶ ῥητορικοὺς συλλογισμοὺς εἶναι, περὶ ὧν τοὺς τόπους λέγομεν· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ κοινῇ περὶ δικαίων καὶ φυσικῶν, καὶ περὶ πολιτικῶν, καὶ περὶ πολλῶν διαφερόντων τῷ εἴδει· οἷον, ὁ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον τόπος· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον ἔσται ἐκ τούτου συλλογίσασθαι, ἢ ἐνθύμημα εἰπεῖν περὶ δικαίων ἢ φυσικῶν, ἢ περὶ ὁτουοῦν· καί τοι ταῦτα εἴδει διαφέρει· ἴδια δὲ, ὅσα ἐκ τῶν περὶ ἕκαστον εἶδος καὶ γένος προτάσεών ἐστιν· οἷον, περὶ φυσικῶν εἰσι προτάσεις, ἐξ ὧν οὔτε ἐνθύμημα, οὔτε συλλογισμός ἐστι περὶ τῶν ἠθικῶν· καὶ περὶ τούτων ἄλλαι, ἐξ ὧν οὐκ ἔσται περὶ τῶν φυσικῶν· ὁμοίως δὲ τοῦτο ἔχει ἐπὶ πάντων. κἀκεῖνα μὲν οὐ ποιήσει περὶ οὐδὲν γένος ἔμφρονα· περὶ οὐδὲν γὰρ ὑποκείμενόν ἐστι· ταῦτα δὲ, ὅσῳ τις ἂν βελτίους ἐκλέγη-

diximus, ſi pluribus id fuerit explicatum. 21 Dico enim dialecticos & rhetoricos ſyllogiſmos eſſe, de quibus locos dicimus; hi vero ſunt communiter de iuſtis, & de naturalibus, & de civilibus, & de multis ſpecie differentibus; velut, de maiori & minori locus; nihil enim magis licebit ſyllogiſmo concludere ex hoc, quam enthymema dicere de iuſtis vel naturalibus, vel quacunque re; atque haec ſpecie differunt; propria vero (*enthymemata ſunt*), quaecunque ex propoſitionibus unicuique ſpeciei & generi inſitis fiunt; ut, de naturalibus ſunt propoſitiones, ex quibus neque enthymema, neque ſyllogiſmus fit de moralibus; & de his aliae, ex quibus non erit (*vel enthymema vel ſyllogiſmus*) de naturalibus; ſimiliter autem id ſe habet in omnibus. Atque illa quidem non efficient in aliquo genere prudentem; de nullo enim certo ſubiecto ſunt; haec vero, quo

ται τὰς προτάσεις, λήσει ποιήσας ἄλλην ἐπιστήμην τῆς Διαλεκτικῆς καὶ Ῥητορικῆς· ἂν γὰρ ἐντύχῃ ἀρχαῖς, οὐκ ἔτι Διαλεκτικὴ, οὐδὲ Ῥητορικὴ, ἀλλ' ἐκείνη ἔσται, ἧς ἔχει τὰς ἀρχάς. 22 Ἔστι δὲ τὰ πλεῖστα τῶν ἐνθυμημάτων ἐκ τούτων τῶν εἰδῶν λεγόμενα τῶν κατὰ μέρος καὶ ἰδίων· ἐκ δὲ τῶν κοινῶν ἐλάττω. καθάπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς Τοπικοῖς, καὶ ἐνταῦθα διαιρετέον τῶν ἐνθυμημάτων τά τε εἴδη, καὶ τοὺς τόπους, ἐξ ὧν ληπτέον. λέγω δὲ εἴδη μὲν τὰς καθέκαστον γένος ἰδίας προτάσεις· τόπους δὲ τοὺς κοινοὺς ὁμοίως πάντων. πρότερον οὖν εἴπωμεν περὶ τῶν εἰδῶν· πρῶτον δὲ λάβωμεν τὰ γένη τῆς Ῥητορικῆς, ὅπως διελόμενοι, πόσα ἐστὶ, περὶ τούτων χωρὶς λαμβάνωμεν τὰ στοιχεῖα καὶ τὰς προτάσεις.

quis meliores ſeligat propoſitiones, clam efficiet diverſam ſcientiam a Dialectica & Rhetorica; nam ſi incidat in principia, non amplius Dialectica, neque Rhetorica, ſed illa erit, cuius habet principia. 22 Sunt autem plurima enthymemata ex his ſpeciebus ducta, quae ſingulares ſunt & propriae; ex communibus vero pauciora. Quemadmodum igitur etiam in Topicis, ita quoque hîc diſtinguere oportet enthymematum & ſpecies & locos, e quibus aſſumendum eſt. Voco autem *ſpecies* quidem uniuſcuiuſque generis proprias propoſitiones; locos vero communes ſimiliter omnium. Prius igitur dicamus de ſpeciebus; ante omnia vero explicemus genera Rhetorices, ut, cum diſtinxerimus, quot ſint, de his ſeparatim aſſumamus elementa & propoſitiones.

ΚΕΦ. γ'.

ΟΤΙ ΤΡΙΑ ΤΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ ΕΙΔΗ· ΚΑΙ ΤΙ ΤΕΛΟΣ ΕΚΑΣΤΟΥ· ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΩΝ ΔΕΙ ΛΑΒΕΙΝ ΤΑΣ ΠΡΟΤΑΣΕΙΣ.

Ἔστι δὲ τῆς Ῥητορικῆς εἴδη τρία τὸν ἀριθμόν· τοσοῦτοι γὰρ καὶ οἱ ἀκροαταὶ τῶν λόγων ὑπάρχουσιν ὄντες· σύγκειται μὲν γὰρ ἐκ τριῶν ὁ λόγος, ἔκ τε τοῦ λέγοντος, καὶ περὶ οὗ λέγει, καὶ πρὸς ὅν· καὶ τὸ τέλος πρὸς τοῦτόν ἐστιν, λέγω δὲ τὸν ἀκροατήν. 2 Ἀνάγκη δὲ, τὸν ἀκροατὴν ἢ θεωρὸν εἶναι, ἢ κριτήν· κριτὴν δὲ ἢ τῶν γεγενημένων, ἢ τῶν μελλόντων. ἔστι δ' ὁ μὲν περὶ τῶν μελλόντων κρίνων, οἷον ἐκκλησιαστής· ὁ δὲ περὶ τῶν γεγενημένων, οἷον ὁ δικαστής· ὁ δὲ περὶ τῆς δυνάμεως, οἷον ὁ θεωρός. 3 Ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη τρία γένη τῶν λόγων τῶν ῥητορικῶν, συμβουλευτικὸν, δικανικὸν, ἐπιδεικτικόν. συμβουλῆς δὲ τὸ μὲν προτροπὴ τὸ

CAP. III.

De tribus Rhetoricae ſpeciebus; & quis ſit cuiuſque finis; & de quibus oporteat aſſumere propoſitiones.

Sunt vero Rhetoricae ſpecies numero tres; totidem enim auditores ſunt orationum; nam conſtat ex tribus oratio, tum ex dicente, tum ex eo, de quo dicit, tum ex eo, ad quem; & finis ad hunc refertur, viz. auditorem. 2 Neceſſe autem eſt, auditorem vel auſcultatorem eſſe, vel iudicem; iudicem vero aut praeteritorum, aut futurorum. Eſt autem diſceptator de futuris, e. c. concionator; de praeteritis vero, e. c. iudex; de facultate, e. c. auſcultator. 3 Quare ex neceſſitate ſunt tria genera orationum rhetoricarum, deliberativum, iudiciale, demonſtrativum. Ac deliberationis quidem una pars eſt ſuaſio; altera vero diſſuaſio; ſemper

δὲ ἀποτροπή· ἀεὶ γὰρ καὶ οἱ ἰδίᾳ συμβουλεύοντες, καὶ οἱ κοινῇ δημηγοροῦντες, τούτων θάτερον ποιοῦσι. δίκης δὲ τὸ μὲν κατηγορία· τὸ δὲ ἀπολογία· τούτων γὰρ ἑτεροκοῦν ποιεῖν ἀνάγκη τοὺς ἀμφισβητοῦντας. ἐπιδεικτικοῦ δὲ τὸ μὲν ἔπαινος· τὸ δὲ ψόγος. 4 Χρόνοι δὲ ἑκάστου τούτων εἰσὶ τῷ μὲν συμβουλεύοντι ὁ μέλλων· περὶ γὰρ τῶν ἐσομένων συμβουλεύει ἢ προτρέπων, ἢ ἀποτρέπων· τῷ δὲ δικαζομένῳ ὁ γενόμενος· περὶ γὰρ τῶν πεπραγμένων ἀεὶ ὁ μὲν κατηγορεῖ, ὁ δὲ ἀπολογεῖται· τῷ δ' ἐπιδεικτικῷ κυριώτατος μὲν ὁ παρών· κατὰ γὰρ τὰ ὑπάρχοντα ἐπαινοῦσιν ἢ ψέγουσι πάντες· προσχρῶνται δὲ πολλάκις καὶ τὰ γενόμενα ἀναμιμνήσκοντες, καὶ τὰ μέλλοντα προεικάζοντες. 5 Τέλος δὲ ἑκάστοις τούτων ἕτερόν ἐστι· καὶ τρισὶν οὖσι τρία· τῷ μὲν συμβουλεύοντι τὸ συμφέρον καὶ βλαβερόν· ὁ μὲν γὰρ προτρέπων ὡς βέλτιον συμβουλεύει· ὁ δὲ ἀπο-

enim tum privatim deliberantes, tum publice concionantes, horum alterum faciunt. Iudicii autem una pars accusatio est; altera defensio; horum enim alterum facere controversantes necesse est. At demonstrativi generis una pars est laus; altera reprehensio. 4 Est vero unicuique horum tempus suum; deliberanti quidem futurum; nam de futuris deliberat aut suadens, aut dissuadens; ius dicenti vero praeteritum; nam de factis semper unus accusat, alter defendit; at demonstrativo generi maxime quidem proprium est praesens; nam secundum ea, quae insunt, omnes laudant, aut vituperant; sed assumunt saepe etiam praeterita, quae in memoriam revocant, & futura, quae coniectant. 5 Finis praeterea singulis horum diversus est; cum tribus sint tres; deliberanti quidem utile & pernicioſum; etenim suadens aliquid ut melius suadet; dissuadens vero ali-

τρέπων ὡς χεῖρον ἀποτρέπει· τὰ δὲ ἄλλα πρὸς τοῦτο συμπαραλαμβάνει, ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, ἢ καλὸν ἢ αἰσχρόν. τοῖς δὲ δικαζομένοις τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον· τὰ δ' ἄλλα καὶ οὗτοι συμπαραλαμβάνουσι πρὸς ταῦτα. τοῖς δὲ ἐπαινοῦσι καὶ ψέγουσι τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρόν· τὰ δ' ἄλλα καὶ οὗτοι πρὸς ταῦτα ἐπαναφέρουσι. 6 Σημεῖον δέ, ὅτι τὸ εἰρημένον ἑκάστοις τέλος· περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἐνίοτε οὐκ ἂν ἀμφισβητήσαιεν· οἷον ὁ δικαζόμενος, ὡς οὐ γέγονεν, ἢ ὡς οὐκ ἔβλαψεν· ὅτι δ' ἀδικεῖ, οὐδέποτε ἂν ὁμολογήσειεν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἔδει δίκης. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ συμβουλεύοντες τὰ μὲν ἄλλα πολλάκις προΐενται· ὡς δὲ ἀσύμφορα συμβουλεύουσιν, ἢ ἀπ' ὠφελίμων ἀποτρέπουσιν, οὐκ ἂν ὁμολογήσαιεν· ὡς δ' οὐκ ἄδικον, τοὺς ἀστυγείτονας καταδουλοῦσθαι, καὶ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας, πολλάκις οὐδὲν φροντίζουσιν. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ

quid ut peius diſſuadet; alia autem ad hoc ſimul aſſumit, vel iuſtum vel iniuſtum, vel honeſtum vel turpe. Ius vero dicentibus iuſtum & iniuſtum; alia autem hi quoque ad haec aſſumunt. At laudantibus & vituperantibus honeſtum & turpe; alia vero & hi ad haec referunt. 6 Signum autem eſt, finem, quem diximus, ſingulis eſſe; quod de aliis interdum non controverſabuntur; velut ius dicens, aliquid non factum eſſe, vel ſe non nocuiſſe; at ſe iniuſte feciſſe, numquam confitebitur; nihil enim opus eſſet iudicio. Similiter etiam deliberantes alia quidem ſaepenumero dimittunt; ſe vero inutilia ſuadere, aut ab utilibus dehortari, non confitebuntur; non eſſe autem iniuſtum, finitimos in ſervitutem redigere, & nullam iniuriam inferentes, ſaepe non cogitant. Eodem modo quoque laudantes & vi-

ἐπαινοῦντες καὶ οἱ ψέγοντες οὐ σκοποῦσιν, εἰ συμφέροντα ἔπραξεν, ἢ βλαβερά· ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπαίνῳ πολλάκις τιθέασιν, ὅτι ὀλιγωρήσας τοῦ αὐτῷ λυσιτελοῦντος ἔπραξέ τι καλόν· οἷον Ἀχιλλέα ἐπαινοῦσιν, ὅτι ἐβοήθησε τῷ ἑταίρῳ Πατρόκλῳ, εἰδὼς, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀποθανεῖν, ἐξὸν ζῆν. τούτῳ δὲ ὁ μὲν τοιοῦτος θάνατος κάλλιον· τὸ δὲ ζῆν συμφέρον. 7 Φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἀναγκη, περὶ τούτων ἔχειν πρῶτον τὰς προτάσεις· τὰ γὰρ τεκμήρια, καὶ τὰ εἰκότα, καὶ τὰ σημεῖα, προτάσεις εἰσὶ ῥητορικαί. ὅλως μὲν γὰρ συλλογισμὸς ἐκ προτάσεών ἐστι· τὸ δ' ἐνθύμημα συλλογισμός ἐστι συνεστηκὼς ἐκ τῶν εἰρημένων προτάσεων. 8 Ἐπεὶ δὲ οὔτε πραχθῆναι οἷόν τε, οὔτε πραχθήσεσθαι τὰ ἀδύνατα, ἀλλὰ τὰ δυνατά· οὐδὲ τὰ μὴ γενόμενα, ἢ μὴ ἐσόμενα, οὐχ οἷόν τε, τὰ μὲν πεπράχθαι, τὰ δὲ πραχθήσεσθαι· ἀναγκαῖον καὶ τῷ συμβουλεύοντι,

tuperantes non conſiderant, utiliane egerit, an perniciosa; ſed etiam in laude ſaepe ponunt, aliquem neglecto eo, quod ſibi prodeſſet, aliquid honeſti feciſſe; quemadmodum Achillem laudant, quod opem tulerit ſodali Patroclo, cum ſciret, ſe mori oportere, & licere vivere. At huic eiuſmodi quidem mors honeſtius aliquid fuit; vivere vero utile. 7 Manifeſtum autem ex dictis eſt, neceſſe eſſe, ut prius de his habeamus propoſitiones; nam tecmeria, & veriſimilia, & ſigna, propoſitiones ſunt oratoriae. Omnino enim ſyllogiſmus ex propoſitionibus conſtat; enthymema vero ſyllogiſmus eſt ex dictis propoſitionibus conſtitutus. 8 Quoniam vero fieri non poteſt, ut facta ſint, vel in futurum fiant, quae fieri non poſſunt, ſed, quae poſſunt; neque ea, quae non facta ſunt, nec erunt, fieri poteſt, ut facta ſint, neque ut in futurum fiant; neceſſarium eſt tum delibe-

καὶ τῷ δικαζομένῳ, καὶ τῷ ἐπιδεικτικῷ, ἔχειν προτάσεις περὶ δυνατοῦ καὶ ἀδυνάτου· καὶ εἰ γέγονεν, ἢ μή· καὶ εἰ ἔσται, ἢ μή. 9 Ἔτι δὲ, ἐπεὶ ἅπαντες καὶ ἐπαινοῦντες καὶ ψέγοντες, καὶ προτρέποντες καὶ ἀποτρέποντες, καὶ κατηγοροῦντες καὶ ἀπολογούμενοι, οὐ μόνον τὰ εἰρημένα δεικνύναι πειρῶνται, ἀλλὰ καὶ ὅτι μέγα ἢ μικρὸν, ἢ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ κακὸν, ἢ τὸ καλὸν ἢ τὸ αἰσχρὸν, ἢ τὸ δίκαιον ἢ τὸ ἄδικον, ἢ καθ' αὑτὰ λέγοντες, ἢ πρὸς ἄλληλα ἀντιπαραβάλλοντες· δῆλον, ὅτι δέοι ἂν περὶ μεγέθους καὶ σμικρότητος, καὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος, προτάσεις ἔχειν, καὶ καθόλου καὶ περὶ ἑκάστου· οἷον, τί μεῖζον ἀγαθὸν ἢ ἔλαττον, ἢ ἀδίκημα ἢ δικαίωμα· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων. περὶ ὧν μὲν οὖν ἐξ ἀνάγκης δεῖ λαβεῖν τὰς προτάσεις, εἴρηται. μετὰ δὲ ταῦτα διαιρετέον ἰδίᾳ περὶ

ranti, tum ius dicenti, tum enarranti, ut in promtu habeat propoſitiones de eo, quod fieri, & non fieri poteſt; & an factum ſit, necne; & an erit, necne. 9 Praeterea vero, quoniam omnes tum laudantes tum vituperantes, & ſuadentes & diſſuadentes, & accuſantes & defendentes, non ſolum ea, quae dicta ſunt, demonſtrare conantur, ſed etiam rem magnam eſſe vel parvam, vel bonam vel malam, vel honeſtam vel turpem, vel iuſtam vel iniuſtam, ſive per ſe dicant, ſive invicem ex altera parte comparent; patet, oportere etiam de magno & parvo, & maiori & minori, propoſitiones habere, tam in univerſum, quam de ſingulis; velut, quodnam ſit bonum maius vel minus, aut iniuria vel ius; & ſimiliter etiam de aliis. De quibus igitur neceſſario ſumere oporteat propoſitiones, dictum eſt. Poſt haec vero diſtinguendum eſt ſeparatim unumquodque

ἑκάστου τούτων· οἷον, περὶ ὧν συμβουλὴ, καὶ περὶ ὧν οἱ ἐπιδεικτικοὶ λόγοι· τρίτον δὲ, περὶ ὧν αἱ δίκαι.

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΩΝ ΕΧΕΙΝ ΔΕΙ ΤΑΣ ΠΡΟΤΑΣΕΙΣ ΤΟΝ ΜΕΛΛΟΝΤΑ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΕΙΝ ΤΑ ΜΕΓΙΣΤΑ.

Πρῶτον μὲν οὖν ληπτέον, περὶ ποῖα ἀγαθὰ ἢ κακὰ ὁ συμβουλεύων συμβουλεύει· ἐπειδὴ οὐ περὶ ἅπαντα, ἀλλ' ὅσα ἐνδέχεται καὶ γενέσθαι καὶ μή. 2 Ὅσα δὲ ἐξ ἀνάγκης ἢ ἔστιν ἢ ἔσται, ἢ ἀδύνατον εἶναι ἢ γενέσθαι, περὶ τούτων οὐκ ἔστι συμβουλή. 3 Οὐδὲ δὴ περὶ τῶν ἐνδεχομένων ἁπάντων· ἔστι γὰρ καὶ φύσει ἔνια καὶ ἀπὸ τύχης γιγνόμενα ἀγαθὰ, τῶν ἐνδεχομένων καὶ γίγνεσθαι καὶ μὴ, περὶ ὧν οὐδὲν πρὸ ἔργου τὸ συμβουλεύειν· ἀλλὰ δῆλον, ὅτι, περὶ ὅσων ἐστὶ τὸ βουλεύεσθαι, τοιαῦτά ἐστιν, ὅσα πέφυκεν

horum; velut, de quibus deliberatio ſit, & de quibus ſint orationes oſtentativae; tertio autem, de quibus iudicia.

CAP. IV.

De quibus potiſſimum deliberantem habere oporteat propoſitiones.

Primum quidem ſumendum eſt, de cuiuſmodi bonis aut malis deliberans deliberat; ſiquidem non de omnibus, ſed de iis, quaecunque contingit & fieri & non fieri, (*deliberatio inſtituitur*). 2 Quaecunque autem ex neceſſitate vel ſunt vel erunt, vel non poſſunt eſſe vel fieri, de his non eſt deliberatio. 3 Neque vero etiam de iis omnibus, quae fieri contingit; nam ſunt etiam bona quaedam naturâ, & quae a fortuna fiunt, quae contingit & fieri & non fieri, de quibus deliberare nihil iuvat; ſed patet, de iis deliberandum eſſe, quae

ἀνάγεσθαι εἰς ἡμᾶς, καὶ ὧν ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως ἐφ' ἡμῖν ἐστι· μέχρι γὰρ τούτου σκοποῦμεν, ἕως ἂν εὕρωμεν, εἰ ἡμῖν δυνατὰ ἢ ἀδύνατα πρᾶξαι. 4 Καθέκαστον μὲν οὖν ἀκριβῶς διαριθμήσασθαι καὶ διαλαβεῖν εἰς εἴδη, περὶ ὧν εἰώθασι χρηματίζειν, ἔτι δ', ὅσον ἐνδέχεται, περὶ αὐτῶν διορίσαι κατὰ τὴν ἀλήθειαν, οὐ δεῖ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ζητεῖν, διὰ τὸ μήτε τῆς ῥητορικῆς εἶναι τέχνης, ἀλλ' ἐμφρονεστέρας καὶ μᾶλλον ἀληθινῆς· πολλῷ δὲ πλείω δεδόσθαι καὶ νῦν αὐτῇ τῶν οἰκείων θεωρημάτων. 5 Ὅπερ γὰρ καὶ πρότερον εἰρηκότες τυγχάνομεν, ἀληθές ἐστιν, ὅτι ἡ Ῥητορικὴ σύγκειται μὲν ἔκ τε τῆς ἀναλυτικῆς ἐπιστήμης, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πολιτικῆς· ὁμοία δ' ἐστὶ τὰ μὲν τῇ Διαλεκτικῇ, τὰ δὲ τοῖς σοφιστικοῖς λόγοις. 6 Ὅσῳ δ' ἄν τις ἢ τὴν Διαλεκτικὴν, ἢ ταύτην, μὴ καθάπερ ἂν δυνάμεις, ἀλλ' ἐπιστήμας πει-

talia sint, ut ad nos referri queant, & quorum principium, ut oriantur, in nostra potestate est; nam usque eo considerabimus, donec invenerimus, possimusne ea facere, an non possimus. 4 Ac ut singula quidem exacte enumerentur & in species dispescantur, de quibus vulgo solent negotia fieri, praeterea vero, ut, quantum licet, de ipsis disputetur ex veritate, non oportet in praesentia quaerere, quoniam id non est artis rhetoricae, sed eruditioris & severioris disquisitionis, & quia nunc multo plures ipsi datae sunt contemplationes peculiares. 5 Quod enim prius quoque diximus, verum est, Rhetoricam compositam esse tum ex analytica scientia, tum ex politica, quae circa mores versatur; similis vero est partim Dialecticae, partim sermonibus sophisticis. 6 Quod si quis vel Dialecticam, vel hanc, non tanquam facultates, sed tanquam scientias conetur

ῥᾶται κατασκευάζειν, λήσεται τὴν φύσιν αὐτῶν ἀφανίσας τῷ μεταβαίνειν [ἐπισκευάζων] εἰς ἐπιστήμας ὑποκειμένων τινῶν πραγμάτων, ἀλλὰ μὴ μόνον λόγων. 7 Ὅμως δὲ, ὅσα πρὸ ἔργου μέν ἐστι διελεῖν, ἔτι δ' ὑπολείπει σκέψιν τῇ πολιτικῇ ἐπιστήμῃ, εἴπωμεν καὶ νῦν· σχεδὸν γὰρ, περὶ ὧν βουλεύονται πάντες, καὶ περὶ ἃ ἀγορεύουσιν οἱ συμβουλεύοντες, τὰ μέγιστα τυγχάνει πέντε τὸν ἀριθμὸν ὄντα· ταῦτα δ' ἐστὶ περί τε πόρων, καὶ πολέμου, καὶ εἰρήνης· ἔτι δὲ περὶ φυλακῆς τῆς χώρας, καὶ τῶν εἰσαγομένων καὶ ἐξαγομένων· καὶ περὶ νομοθεσίας. 8 Ὥστε περὶ μὲν πόρων τὸν μέλλοντα συμβουλεύσειν δέοι ἂν τὰς προσόδους τῆς πόλεως εἰδέναι, τίνες, καὶ πόσαι· ὅπως, εἴ τέ τις παραλείπεται, προστεθῇ· καὶ εἴ τις ἐλάττων, αὐξηθῇ. ἔτι δὲ τὰς δαπάνας τῆς πόλεως ἁπάσας· ὅπως, εἴ τις περίεργος, ἀφαιρεθῇ· καὶ εἴ τις μείζων, ἐλάττων γέ-

instruere, ignarus naturam ipsarum demolietur eo, quod transeat [concinnans] in scientias subiectarum quarundam rerum, sed non solummodo rationum. 7 Verumtamen, quaecunque melius est, ut explicentur, ac praeterea relinquunt meditationem scientiae politicae, etiamnum dicamus; fere enim ea, de quibus consultant omnes, & de quibus concionantur deliberantes, sunt maxime quinque numero; haec vero sunt de reditibus, de bello & pace; praeterea vero de custodia regionis, & de iis, quae importantur & exportantur; & de legumlatione. 8 Igitur qui de reditibus deliberaturus fuerit, eum oportet scire civitatis proventus, quinam, & quanti sint; ut, si quis desit, adiungatur; &, si quis minor sit, augeatur. Praeterea vero sumtus civitatis omnes; ut, si quis supervacaneus sit, tollatur; &, si

νηται. οὐ γὰρ μόνον πρὸς τὰ ὑπάρχοντα προστιθέντες πλουσιώτεροι γίγνονται, ἀλλὰ καὶ ἀφαιροῦντες τῶν δαπανημάτων. ταῦτα δ' οὐ μόνον ἐκ τῆς περὶ τὰ ἴδια ἐμπειρίας ἐνδέχεται συνορᾶν, ἀλλ' ἀναγκαῖον, καὶ τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένων ἱστορικὸν εἶναι, πρὸς τὴν περὶ τούτων συμβουλήν. 9 Περὶ δὲ πολέμου καὶ εἰρήνης, τὴν δύναμιν εἰδέναι τῆς πόλεως, ὁπόση τε ὑπάρχει ἤδη, καὶ πόσην ἐνδέχεται ὑπάρξαι· καὶ ποιά τις ἥ τε ὑπάρχουσά ἐστι, καὶ ἥ τις ἐνδέχεται προσγενέσθαι. ἔτι δὲ, πολέμους τίνας, καὶ πῶς πεπολέμηκεν. οὐ μόνον δὲ τῆς οἰκείας πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῶν ὁμόρων ταῦτα ἀναγκαῖον εἰδέναι· ἢ καὶ πρὸς οὓς ἐπίδοξον πολεμεῖν· ὅπως πρὸς μὲν τοὺς κρείττους εἰρηνεύηται· πρὸς δὲ τοὺς ἥττους ἐφ' αὑτοῖς ᾖ τὸ πολεμεῖν. καὶ τὰς δυνάμεις, πότερον ὁμοίαι ἢ ἀνόμοιαι· ἔστι γὰρ καὶ

quis maior ſit, efficiatur minor. Non enim ſolum addendo iis, quae adſunt, ditiores fiunt, ſed etiam detrahendo de ſumtibus. Haec vero non ſolum ex rerum privatarum experientia contingit perſpicere, ſed neceſſarium eſt, inventorum ab aliis quoque gnarum eſſe, ad deliberationem de his. 9 De bello autem & pace (*deliberantem*) ſcire oportet civitatis facultatem, quanta iam adſit, & quanta adeſſe poſſit, & qualis ſit ea, quae habeatur, & quaenam poſſit adiungi. Praeterea vero, quaenam bella illa geſſerit, & quomodo. Ac non ſolum de propria civitate, ſed etiam de finitimis haec ſcire neceſſe eſt; vel etiam quibuſcum glorioſum eſt bellare; ut cum potentioribus quidem pax exerceatur; cum minoribus vero in ipſorum arbitrio ſit, an bellare velint. Et facultates (*cognoſcere deliberantem oportet*), utrum ſint ſimiles an diſſimiles; licet enim etiam ab hac parte

ταύτῃ πλεονεκτεῖν ἢ ἐλαττοῦσθαι. ἀναγκαῖον δὲ καὶ πρὸς ταῦτα, μὴ μόνον τοὺς οἰκείους πολέμους τεθεωρηκέναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ἄλλων, πῶς ἀποβαίνουσιν· ἀπὸ γὰρ τῶν ὁμοίων τὰ ὅμοια γίγνεσθαι πέφυκεν. 10 Ἔτι δὲ, περὶ φυλακῆς τῆς χώρας μὴ λανθάνειν, πῶς φυλάττεται· ἀλλὰ καὶ τὸ πλῆθος εἰδέναι τῆς φυλακῆς, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τοὺς τόπους τῶν φυλακτηρίων. τοῦτο δ' ἀδύνατον, μὴ ἔμπειρον ὄντα τῆς χώρας· ἵν', εἴ τ' ἐλάττων ἡ φυλακὴ, προστεθῇ· καὶ, εἴ τις περίεργος, ἀφαιρεθῇ· καὶ τοὺς ἐπιτηδείους τόπους τηρῶσι μᾶλλον. 11 Ἔτι δὲ, περὶ τροφῆς, πόση δαπάνη ἱκανὴ τῇ πόλει, καὶ ποία ἡ αὐτοῦ τε γιγνομένη, καὶ εἰσαγώγιμος· καὶ τίνων τ' ἐξαγωγῆς δέονται, καὶ τίνων εἰσαγωγῆς· ἵνα πρὸς τούτους καὶ συνθῆκαι καὶ συμβολαὶ γίγνωνται. πρὸς δύο γὰρ διαφυλάττειν ἀναγκαῖον ἀνεγκλήτους τοὺς πολίτας, πρός

ſuperari aut vinci. Neceſſarium vero eſt quoque ad haec, non ſolum propria bella conſideraſſe, ſed etiam aliorum, qualem eventum habent; nam ex ſimilibus ſimilia oriuntur. 10 Porro, de cuſtodia regionis non latere (*deliberantem*) oportet, quomodo cuſtodiatur; ſed & multitudinem ſcire cuſtodiae, & conditionem, & loca praeſidiorum. Hoc autem eſſe non poteſt, niſi quis ſit regionis peritus; ut, ſi minor ſit cuſtodia, augeatur; &, ſi qua ſit ſupervacanea, minuatur; & opportuna loca ſervent (*praeſidiarii*) magis. 11 Praeterea, de annona (*ſcire deliberantem oportet*), quantus ſumtus civitati ſufficiat, & qualis ſit proventus ipſius terrae, & qui importatur; & quorum exportatione indigeant (*cives*), & quorum importatione; ut pactiones & conventiones cum civibus fiant. Adverſus duo enim (*hominum genera*) cuſtodire neceſſe eſt cives innoxios, tum

τε τοὺς κρείττους, καὶ πρὸς τοὺς εἰς ταῦτα χρησίμους. 12 Εἰς δ' ἀσφάλειαν ἅπαντα μὲν ταῦτα ἀναγκαῖον δύνασθαι θεωρεῖν· οὐκ ἐλάχιστον δὲ περὶ νομοθεσίας ἐπαίειν· ἐν γὰρ τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως. ὥστ' ἀναγκαῖον εἰδέναι, πόσα τέ ἐστι πολιτειῶν εἴδη, καὶ ποῖα συμφέρει ἑκάστῃ, καὶ ὑπὸ τίνων φθείρεσθαι πέφυκε, καὶ οἰκείων τῆς πολιτείας, καὶ ἐναντίων. λέγω δὲ τὸ ὑπὸ οἰκείων φθείρεσθαι, ὅτι ἔξω τῆς βελτίστης πολιτείας αἱ ἄλλαι πᾶσαι καὶ ἀνιέμεναι καὶ ἐπιτεινόμεναι φθείρονται. οἷον, δημοκρατία οὐ μόνον ἀνιεμένη ἀσθενεστέρα γίγνεται, ὥστε τέλος ἥξει εἰς ὀλιγαρχίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτεινομένη σφόδρα· ὥσπερ καὶ ἡ γρυπότης καὶ ἡ σιμότης οὐ μόνον ἀνιέμενα ἔρχεται εἰς τὸ μέσον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα γρυπὰ γιγνόμενα ἢ σιμὰ οὕτω διατίθεται τὴν ῥῖνα, ὥστε μηδὲ

adverſus potentiores, tum eos, qui ad haec (*ad annonam comparandam*) ſunt utiles. 12 Ad ſecuritatem autem omnia quidem haec neceſſe eſt poſſe perſpicere; non minimum tamen eſt, legumlationem intelligere; in legibus enim ſalus civitatis poſita eſt. Quare neceſſe eſt ſcire, quot ſint rerumpublicarum formae, & quae proſint cuique, & a quibus poſſint corrumpi, tum civitati propriis, tum contrariis. Dico autem a propriis corrumpi, quoniam praeter optimam rempublicam aliae omnes, tam ſi remittantur, quam ſi intendantur, corrumpuntur. Quemadmodum democratia non ſolum, ſi remittatur, fit debilior, ut tandem in oligarchiam tranſeat, ſed etiam, ſi intendatur nimis; ſicut quoque naſi aduncitas & ſimitas non ſolum, ſi remittantur, ad medium perveniunt, ſed etiam, ſi naſus nimis fit aduncus & ſimus, ita diſponitur, ut ne nares quidem eſſe

μυκτῆρα δοκεῖν εἶναι. 13 Χρήσιμον δὲ πρὸς τὰς νομοθεσίας τὸ μὴ μόνον ἐπαίειν, τίς πολιτεία συμφέρει, ἐκ τῶν παρεληλυθότων θεωροῦντι· ἀλλὰ καὶ τὰς παρὰ τοῖς ἄλλοις εἰδέναι, αἱ ποῖαι τοῖς ποίοις ἁρμόττουσιν. ὥστε δῆλον, ὅτι πρὸς μὲν τὴν νομοθεσίαν αἱ τῆς γῆς περίοδοι χρήσιμοι· ἐντεῦθεν γὰρ λαβεῖν ἐστι τοὺς τῶν ἐθνῶν νόμους· πρὸς δὲ τὰς πολιτικὰς συμβουλὰς τὰς τῶν περὶ τὰς πράξεις γραφόντων ἱστορίας· ἅπαντα δὲ ταῦτα Πολιτικῆς, ἀλλ' οὐ Ῥητορικῆς ἔργον ἐστί. περὶ ὧν μὲν οὖν ἔχειν δεῖ τὸν μέλλοντα συμβουλεύειν τὰ μέγιστα, τοσαῦτά ἐστιν. ἐξ ὧν δὲ δεῖ καὶ περὶ τούτων, καὶ περὶ τῶν ἄλλων, προτρέπειν, ἢ ἀποτρέπειν, λέγωμεν πάλιν.

videantur. 13 Utile vero eſt ad legumlationes, ut non modo intelligamus, quae reipublicae forma profit, ſi ex praeteritis id aliquis comtemplatur; ſed etiam ut ſciamus, quae (*formae*) ſint apud alios, & quales qualibus conveniant. Quare manifeſtum eſt, ad legumlationem peregrinationes utiles eſſe; hinc enim cognoſcere licet gentium leges; ad politicas vero deliberationes eorum, qui de actionibus ſcribunt, hiſtorias; omnia autem haec ad Politices, ſed non ad Rhetorices munus pertinent. Quae igitur potiſſimum tenere oportet deliberaturum, haec ſunt. Ex quibus autem locis oporteat tam de his, quam de aliis, ſuadere, aut diſſuadere, iam dicamus.

ΚΕΦ. ε'.

ΩΝ ΔΕΙ ΣΤΟΧΑΖΕΣΘΑΙ ΠΡΟΤΡΕΠΟΝΤΑΣ Η ΑΠΟΤΡΕΠΟΝΤΑΣ· ΤΙ ΕΣΤΙΝ Η ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑ, ΚΑΙ ΕΚ ΤΙΝΩΝ ΤΑ ΜΟΡΙΑ ΑΥΤΗΣ.

Σχεδὸν δὲ καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καὶ κοινῇ πᾶσι σκοπός τίς ἐστιν, οὗ στοχαζόμενοι καὶ αἱροῦνται καὶ φεύγουσι· καὶ τοῦτό ἐστιν, ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, ἥ τ' εὐδαιμονία, καὶ τὰ μόρια αὐτῆς. 2 Ὥστε παραδείγματος χάριν λάβωμεν, τί ἐστιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ εὐδαιμονία, καὶ ἐκ τίνων τὰ μόρια ταύτης· περὶ γὰρ ταύτης, καὶ τῶν εἰς ταύτην συντεινόντων, καὶ τῶν ἐναντίων ταύτῃ, αἵ τε προτροπαὶ καὶ αἱ ἀποτροπαὶ πᾶσαί εἰσι. τὰ μὲν γὰρ παρασκευάζοντα ταύτην ἢ τῶν μορίων τι, ἢ μεῖζον ἀντ' ἐλάττονος ποιοῦντα, δεῖ πράττειν· τὰ δὲ φθείροντα, ἢ ἐμποδίζοντα, ἢ τὰ ἐναντία ποιοῦντα, μὴ πράττειν. 3 Ἔστω δὴ εὐδαιμονία εὐπραξία μετὰ ἀρε-

CAP. V.

Quis debeat esse finis suadentium vel dissuadentium. Quid sit felicitas, & unde eius partes proficiscantur.

Fere autem & privatim cuique, & communiter omnibus finis quidam est, quem spectantes & eligunt & fugiunt; isque est, ut summatim dicam, felicitas, eiusque partes. 2 Quare exempli causa sumamus, quid sit omnino felicitas, & ex quibus constent particulae ipsius; nam de hac, & de iis, quae ad hanc referuntur, & quae huic contraria sunt, tum suasiones tum dissuasiones omnes sunt. Quae enim parant hanc, vel particularum aliquam, vel maius ex minori efficiunt, ea oportet facere; quae autem corrumpunt, vel impediunt, vel contraria efficiunt, non facere. 3 Sit igitur felici-

τῆς· ἢ αὐτάρκεια ζωῆς· ἢ ὁ βίος ὁ μετὰ ἀσφαλείας ἥδιστος· ἢ εὐγενία κτημάτων καὶ σωμάτων, μετὰ δυνάμεως φυλακτικῆς τε καὶ πρακτικῆς τούτων· σχεδὸν γὰρ τούτων ἓν, ἢ πλείω, τὴν εὐδαιμονίαν ὁμολογοῦσιν εἶναι ἅπαντες. 4 Εἰ δή ἐστιν ἡ εὐδαιμονία τοιοῦτον, ἀνάγκη, αὐτῆς εἶναι μέρη εὐγένειαν, πολυφιλίαν, χρηστοφιλίαν, πλοῦτον, εὐτεκνίαν, πολυτεκνίαν, εὐγηρίαν· ἔτι τὰς τοῦ σώματος ἀρετὰς, οἷον ὑγίειαν, κάλλος, ἰσχὺν, μέγεθος, δύναμιν ἀγωνιστικήν· δόξαν, τιμὴν, εὐτυχίαν· ἀρετὴν, ἢ καὶ τὰ μέρη αὐτῆς, φρόνησιν, ἀνδρείαν, δικαιοσύνην, σωφροσύνην. οὕτω γὰρ ἂν αὐταρκέστατος εἴη, εἰ ὑπάρχει αὐτῷ τά τ' ἐν αὐτῷ, καὶ τὰ ἐκτὸς ἀγαθά· οὐ γάρ ἐστιν ἄλλα παρὰ ταῦτα. ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ μὲν τὰ περὶ ψυχὴν, καὶ τὰ ἐν σώ-

tas fortuna fecunda cum virtute; vel animus sua sorte contentus; vel vita cum securitate iucundissima; vel abundantia possessionum & corporum, cum facultate haec conservandi & efficiendi; ferme enim horum unum, vel plura, felicitatem confitentur esse omnes. 4 Si igitur felicitas est eiusmodi, necesse est, partes ipsius esse nobilitatem, amicorum copiam, bonorum amicitiam, divitias, bonam prolem, multam prolem, commodam senectutem; praeterea corporis virtutes, ut sanitatem, pulchritudinem, robur, magnitudinem, facultatem certandi; gloriam, honorem, bonam fortunam; virtutem, sive etiam eius partes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam. Sic enim sua sorte maxime contentus aliquis fuerit, si adsint ipsi tum quae in ipso, tum quae externa bona sunt; non enim sunt praeter haec alia. Sunt autem in ipso quidem, quae ad animam spectant, & quae in corpore

ματι· ἔξω δὲ εὐγένεια, καὶ φίλοι, καὶ χρήματα, καὶ τιμή. ἔτι δὲ προσήκειν οἰόμεθα, δυνάμεις ὑπάρχειν καὶ τύχην· οὕτω γὰρ ἂν ἀσφαλέστατος ὁ βίος εἴη. λάβωμεν τοίνυν ὁμοίως καὶ τούτων ἕκαστον, τί ἐστιν. 5 Εὐγένεια μὲν οὖν ἐστιν ἔθνει μὲν καὶ πόλει τὸ αὐτόχθονας ἢ ἀρχαίους εἶναι, καὶ ἡγεμόνας τοὺς πρώτους ἐπιφανεῖς, καὶ πολλοὺς ἐπιφανεῖς γεγονέναι ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τοῖς ζηλουμένοις· ἰδίᾳ δὲ εὐγένεια ἢ ἀπ' ἀνδρῶν, ἢ ἀπὸ γυναικῶν, καὶ γνησιότης ἀπ' ἀμφοῖν, καὶ ὥσπερ ἐπὶ πόλεως τούς τε πρώτους γνωρίμους ἢ ἐπ' ἀρετῇ, ἢ πλούτῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τῶν τιμωμένων, καὶ πολλοὺς ἐπιφανεῖς ἐκ τοῦ γένους, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ νέους καὶ πρεσβυτέρους. 6 Εὐτεκνία δὲ καὶ πολυτεκνία, οὐκ ἄδηλα· ἔστι δὲ τῷ κοινῷ μὲν εὐτεκνία, νεότης ἂν ᾖ πολλὴ καὶ ἀγαθή· ἀγαθὴ δὲ κατ' ἀρετὴν

sunt; externa vero nobilitas, & amici, & opes, & honor. Praeterea vero huc convenire arbitramur, ut facultates adsint & fortuna; ita enim vita maxime secura fuerit. Sumamus igitur similiter & horum unumquodque, quid sit. 5 Nobilitas quidem est genti & civitati, si indigenae aut antiqui sint, & duces primi illustres, & multi nati sint ex ipsis illustres in iis, quae aemulantur; privatim vero nobilitas proficiscitur vel a viris, vel a feminis, & est legitima origo ab utrisque, & quemadmodum in civitate, si primi clari sint vel in virtute, vel in divitiis, vel aliâ earum rerum, quae honorantur, & multi illustres sint ex genere, cum viri tum mulieres, cum iuvenes tum senes. 6 Bona proles vero & multa proles (*quid sint*), non est ignotum; reipublicae bona proles est, si iuventus sit numerosa & bona; bona vero quoad virtutem corporis, velut magnitudi-

σώματος, οἷον μέγεθος, κάλλος, ἰσχὺν, δύναμιν ἀγωνιστικήν· ψυχῆς δὲ σωφροσύνη καὶ ἀνδρεία, νέου ἀρεταί· ἰδίᾳ δὲ εὐτεκνία καὶ πολυτεκνία τὸ τὰ ἴδια τέκνα πολλὰ, καὶ τοιαῦτα εἶναι, καὶ θήλεα καὶ ἄῤῥενα. θηλειῶν δὲ ἀρετὴ σώματος μὲν κάλλος καὶ μέγεθος· ψυχῆς δὲ σωφροσύνη καὶ φιλεργία ἄνευ ἀνελευθερίας. ὁμοίως δὲ καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ, καὶ κατ' ἄνδρας καὶ κατὰ γυναῖκας, δεῖ ζητεῖν, ἕκαστον ὑπάρχειν τῶν τοιούτων· ὅσοις γὰρ τὰ κατὰ γυναῖκας φαῦλα, ὥσπερ Λακεδαιμονίοις, σχεδὸν κατὰ τὸ ἥμισυ οὐκ εὐδαιμονοῦσι. 7 Πλούτου δὲ μέρη νομίσματα, πλῆθος γῆς, χωρίων κτήσεις· ἔτι δὲ ἐπίπλων κτήσεις καὶ βοσκημάτων καὶ ἀνδραπόδων πλήθει καὶ μεγέθει καὶ κάλλει διαφερόντων. ταῦτα δὲ πάντα καὶ ἀσφαλῆ καὶ ἐλευθέρια καὶ χρήσιμα. ἔστι δὲ χρήσιμα μὲν μᾶλλον τὰ κάρ-

nem, pulchritudinem, robur, facultatem certandi; animi autem virtutes in iuvene ſunt temperantia & fortitudo; privato vero bona & multa proles eſt, ſi proprii liberi multi & tales ſint, cum feminae tum mares. Feminarum autem virtus eſt quoad corpus quidem pulchritudo & magnitudo; quoad animum vero temperantia & induſtria abſque illiberalitate. Similiter vero etiam & privatim & communiter, cum quoad viros tum quoad feminas, oportet quaerere, ut unumquodque talium inſit; nam quibuſcunque ea, quae ad feminas pertinent, vitioſa ſunt, ut Lacedaemoniis, illi fere ex dimidio non felices ſunt. 7 Divitiarum vero partes ſunt nummi, agrorum multitudo, praediorum poſſeſſiones; praeterea multae ſupellectilis poſſeſſiones & pecorum & ſervorum multitudine & magnitudine & pulchritudine praecellentium. Haec autem omnia & ſecura & libera & utilia (*eſſe oportet*). Utilia quidem ſunt magis fru-

πιμα· ἐλευθέρια δὲ τὰ πρὸς ἀπόλαυσιν. κάρπιμα δὲ λέγω, ἀΦ' ὧν αἱ πρόσοδοι· ἀπολαυστικὰ δὲ, ἀΦ' ὧν μηδὲν παρὰ τὴν χρῆσιν γίγνεται, ὅ, τι καὶ ἄξιον. ὅρος δὲ ἀσΦαλείας μὲν τὸ ἐνταῦθα καὶ οὕτω κεκτῆσθαι, ὥστ' ἐΦ' αὑτῷ εἶναι τὴν χρῆσιν· τοῦ δὲ οἰκεῖον εἶναι ἢ μὴ, ὅταν ἐΦ' αὑτῷ ἢ ἀπαλλοτριῶσαι· λέγω δὲ ἀπαλλοτρίωσιν δόσιν καὶ πρᾶσιν. ὅλως δὲ τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι· καὶ γὰρ ἡ ἐνέργειά ἐστι τῶν τοιούτων καὶ ἡ χρῆσις πλοῦτος. 8 Εὐδοξία δὲ ἔστι τὸ ὑπὸ πάντων σπουδαῖον ὑπολαμβάνεσθαι, ἢ τοιοῦτόν τι ἔχειν, οὗ πάντες ἐΦίενται ἢ οἱ πολλοὶ, ἢ οἱ ἀγαθοὶ, ἢ οἱ Φρόνιμοι. 9 Τιμὴ δὲ ἔστι μὲν σημεῖον εὐεργετικῆς δόξης· τιμῶνται δὲ δικαίως μὲν καὶ μάλιστα οἱ εὐεργετηκότες· οὐ μὴν ἀλλὰ τιμᾶται καὶ ὁ δυνάμενος εὐεργετεῖν. εὐεργεσία δὲ ἡ εἰς

ctuosa; libera vero sunt quoad usum. Fructuosa autem dico, a quibus sunt proventus; ad usum solum idonea, a quibus nihil praeter usum provenit, quod aestimandum sit. Definitio vero securitatis est eo in loco & ita possidere, ut in potestate alicuius ipsius sit rerum usus; proprietatis vero vel non proprietatis, quando in alicuius ipsius potestate sit rem alienare; dico autem alienationem donationem & venditionem. Omnino vero divitem esse consistit magis in eo, ut aliquis utatur, quam in eo, ut possideat; etenim usurpatio quoque talium & usus sunt divitiae. 8 Bona fama est, si quis ab omnibus virtute praeditus existimetur, vel tale quid habere, quod omnes appetunt vel plurimi, vel boni, vel prudentes. 9 Honor est signum, quod aliquis existimetur beneficus; honorantur autem iuste quidem & maxime illi, qui aliis benefecerunt; verumtamen honoratur etiam, qui potest benefacere. Beneficium autem spectat

σωτηρίαν, καὶ ὅσα αἴτια τοῦ εἶναι, ἢ εἰς πλοῦτον, ἢ εἴς τι τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὧν μὴ ῥᾳδία ἡ κτῆσις· ἢ ὅλως, ἢ ἐνταῦθα, ἢ ποτέ. πολλοὶ γὰρ διὰ μικρὰ δοκοῦντα τιμῆς τυγχάνουσιν· ἀλλ' οἱ τρόποι καὶ οἱ καιροὶ αἴτιοι. μέρη δὲ τιμῆς θυσίαι, μνῆμαι ἐν μέτροις καὶ ἄνευ μέτρων, γέρα, τεμένη, προεδρίαι, τάφοι, εἰκόνες, τροφαὶ δημόσιαι· τὰ βαρβαρικὰ, οἷον προσκυνήσεις καὶ ἐκστάσεις· δῶρα τὰ παρ' ἑκάστοις τίμια. καὶ γὰρ τὸ δῶρον ἔστι κτήματος δόσις, καὶ τιμῆς σημεῖον· διὸ καὶ οἱ φιλοχρήματοι καὶ οἱ φιλότιμοι ἐφίενται αὐτῶν. ἀμφοτέροις γὰρ ἔχει, ὧν δέονται· καὶ γὰρ κτῆμά ἐστιν, οὗ ἐφίενται οἱ φιλοχρήματοι· καὶ τιμὴν ἔχει, οὗ οἱ φιλότιμοι. 10 Σώματος δὲ ἀρετὴ ὑγίεια· αὕτη δὲ οὕτως, ὥστε ἀνόσους εἶναι χρωμένους τοῖς σώμα-

vel ad conservationem, & ad omnia, quae causa sunt, ut vivamus, vel ad divitias, vel ad aliquod ex aliis bonis, quorum haud facilis est possessio; vel omnino, vel eo loco, vel aliquando. Multi enim ob illa, quae parvi existimantur, honorem consequuntur; sed modi & occasiones causae sunt. Partes vero honoris sunt sacrificia, monumenta cum inscriptionibus metricis & sine metris, praemia, agri portiones dedicatae, ius praesidendi, sepulcra, statuae, alimenta ex publico; barbarica, velut adorationes, & si assurgendum, aut loco cedendum est; dona apud quosque magnifica. Nam donum est possessionis donatio, & honoris signum; quamobrem etiam & pecuniae & honoris cupidi dona appetunt. Utrisque enim habet (*donum*) ea, quorum indigent; nam & possessio est, quam cupiunt studiosi pecuniae, & honorem habet, cuius (*avidi sunt*) honoris studiosi. 10 Corporis virtus est sanitas; eaque sic, ut morbi expertes

σι· πολλοὶ γὰρ ὑγιαίνουσιν, ὥσπερ Ἡρόδικος λέγεται, οὓς οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονήσειε τῆς ὑγιείας, διὰ τὸ πάντων ἀπέχεσθαι τῶν ἀνθρωπίνων, ἢ τῶν πλείστων. 11 Κάλλος δὲ ἕτερον καθ' ἑκάστην ἡλικίαν ἐστί. νέου μὲν οὖν κάλλος τὸ πρὸς τοὺς πόνους χρήσιμον ἔχειν τὸ σῶμα, τούς τε πρὸς δρόμον καὶ πρὸς βίαν, ἡδὺν ὄντα ἰδεῖν πρὸς ἀπόλαυσιν· διὸ οἱ πένταθλοι κάλλιστοι, ὅτι πρὸς βίαν καὶ πρὸς τάχος ἅμα πεφύκασιν. ἀκμάζοντος δὲ, πρὸς μὲν πόνους τοὺς πολεμικοὺς, ἡδὺν δὲ εἶναι δοκεῖν μετὰ σωφροσύνης. γέροντος δὲ, πρὸς μὲν πόνους τοὺς ἀναγκαίους ἱκανὸν, ἄλυπον δὲ, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν, ὧν τὸ γῆρας λωβᾶται. 12 Ἰσχὺς δέ ἐστι μὲν δύναμις τοῦ κινεῖν ἕτερον, ὡς βούλεται· ἀνάγκη δὲ, κινεῖν ἕτερον ἢ ἕλκοντα, ἢ ὠθοῦντα, ἢ αἴροντα, ἢ πιέζοντα, ἢ συνθλίβοντα· ὥστε ὁ ἰσχυρὸς ἢ πᾶσιν, ἢ

sint, qui corporibus utuntur; multi enim valent, ſicut Herodicus dicitur, quos nemo felices dixerit ſanitatis cauſa, quoniam omnibus abſtinent humanis, aut plurimis. 11 Pulchritudo diverſa eſt ſecundum unamquamque aetatem. Ac iuvenis quidem pulchritudo eſt, ſi ad labores utile habeat corpus, & ad curſum & ad vim, ſimulque iucundus ſit viſu ad voluptatem; quare quinquertiones pulcherrimi ſunt, quod ſimul ad vim & ad velocitatem comparati ſunt. Vigentis vero, ſi ad labores bellicos (*corpus idoneum habeat*), ac iucundus eſſe videatur cum terrore. At ſenis, ſi laboribus neceſſariis par ſit, nec doleat, quoniam nihil cadit in eum, quibus ſenectus offenditur. 12 Robur autem eſt facultas movendi alterum, quomodo aliquis velit; neceſſe vero eſt movere alterum vel trahendo, vel pellendo, vel tollendo, vel deprimendo, vel collidendo; ita ut robuſtus vel omnibus, vel horum aliquibus robuſtus ſit.

τούτων τισίν ἐστιν ἰσχυρός. 13 Μεγέθους δὲ ἀρετὴ τὸ ὑπερέχειν κατὰ τὸ μῆκος καὶ βάθος καὶ πλάτος τῶν πολλῶν τοσούτῳ μείζονι, ὥστε μὴ βραδυτέρας ποιεῖν τὰς κινήσεις διὰ τὴν ὑπερβολήν. 14 Ἀγωνιστικὴ δὲ τοῦ σώματος ἀρετὴ σύγκειται ἐκ μεγέθους καὶ ἰσχύος καὶ τάχους· καὶ γὰρ ὁ ταχὺς ἰσχυρός ἐστιν. ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥιπτεῖν πως καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόρρω, δρομικός· ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός· ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πυκτικός· ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός· ὁ δὲ πᾶσι, πένταθλος. 15 Εὐγηρία δὲ ἔστι βραδυτὴς γήρως μετ' ἀλυπίας· οὔτε γὰρ, εἰ ταχὺ γηράσκει, εὐγήρως· οὔτ', εἰ μόγις μὲν, λυπηρῶς δέ· ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν, καὶ τύχης. μὴ ἄνοσος γὰρ ὢν, μηδὲ ἰσχυρὸς, οὐκ ἔσται ἀπαθὴς, οὐδ' ἄλυπος καὶ πολυ-

13 Magnitudinis virtus est, superare longitudine & profunditate & latitudine multos tanto magis, quanto minus hoc non tardiores efficiat motiones propter exsuperantiam. 14 Certandi virtus corporis constat ex magnitudine & robore & velocitate; nam velox quoque robustus est. Qui enim potest crura proiicere quodammodo & movere celeriter & longe, cursor est; qui autem stringere & tenere, luctator; qui autem pellere plagâ, pugil; qui autem utrisque his, pancratiasticus; qui denique omnibus, quinquertio. 15 Bona senectus est tarditas senectutis cum indolentia; neque enim, si quis velociter senescat, bonam senectutem habet; neque, si vix quidem, sed dolenter; est vero hoc & ex iis virtutibus, quae sunt corporis, & (*ex iis, quae sunt*) fortunae. Nam qui expers morbi non sit, neque robustus, non erit perturbationis expers, neque indolens

χρόνιος ἄνευ τύχης διαμείνειεν ἄν. ἔστι δέ τις καὶ χωρὶς ἰσχύος καὶ ὑγιείας ἄλλη δύναμις μακροβιότητος· πολλοὶ γὰρ ἄνευ τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν μακρόβιοί εἰσιν. ἀλλ' οὐδὲν ἡ ἀκριβολογία χρήσιμος ἡ περὶ τούτων εἰς τὰ νῦν. 16 Πολυφιλία δὲ καὶ χρηστοφιλία, οὐκ ἄδηλα, τοῦ φίλου ὡρισμένου, ὅτι ἔστιν ὁ τοιοῦτος φίλος, ὅστις, ἃ οἴεται ἀγαθὰ εἶναι ἐκείνῳ, πρακτικός ἐστιν αὐτῶν δι' ἐκεῖνον· ᾧ δὴ πολλοὶ τοιοῦτοι, πολύφιλος· ᾧ δὲ καὶ ἐπιεικεῖς ἄνδρες, χρηστόφιλος. 17 Εὐτυχία δὲ ἔστιν, ὧν ἡ τύχη ἀγαθῶν αἰτία, ταῦτα γίγνεσθαι καὶ ὑπάρχειν ἢ πάντα, ἢ τὰ πλεῖστα, ἢ τὰ μέγιστα. αἰτία δέ ἐστιν ἡ τύχη ἐνίων μὲν, ὧν καὶ αἱ τέχναι, πολλῶν δὲ καὶ ἀτέχνων, οἷον ὅσων ἡ φύσις· ἐνδέχεται δὲ καὶ παρὰ φύσιν εἶναι· ὑγιείας μὲν γὰρ τέχνη αἰτία· κάλλους δὲ καὶ μεγέθους φύσις.

& longaevus absque fortuna esse poterit. Est vero etiam separatim a robore & a sanitate alia facultas diu vivendi; multi enim sine corporis virtutibus longaevi sunt. Verum exquisita de his disputatio non utilis est ad ea, quae nunc agimus. 16 Multorum vero & bonorum amicitia (*quid sit*), non incertum est, amico definito, ut sit amicus talis, quicunque, quae arbitratur bona esse illi, ea efficit propter illum; iam cui multi sunt tales, is multos amicos habet; cui vero etiam sunt honesti viri, is bonos amicos habet. 17 Bona fortuna vero est, quorum fortuna bonorum causa est, ea effici & adesse vel omnia, vel plurima, vel maxima. Causa autem est fortuna nonnullorum quidem, quorum etiam artes sunt, multorum vero etiam non artificiosorum, velut, quorum (*causa*) est natura; contingit quoque, ut praeter naturam sint; nam sanitatis quidem ars est causa; at pulchritudinis & magnitudinis natura. Omnino autem ta-

ὅλως δὲ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν ἐστιν ἀπὸ τύχης, ἐφ' οἷς ἐστιν ὁ φθόνος. ἔστι δὲ καὶ τῶν παραλόγων ἀγαθῶν αἰτία τύχη· οἷον, εἰ οἱ ἄλλοι αἰσχροὶ ἀδελφοὶ, ὁ δὲ καλός· ἢ οἱ ἄλλοι μὴ εἶδον τὸν θησαυρὸν, ὁ δ' εὗρεν· ἢ εἰ τοῦ πλησίον ἔτυχε τὸ βέλος, τούτου δὲ μή· ἢ εἰ μὴ ἦλθε μόνος ἀεὶ φοιτῶν· οἱ δὲ ἅπαξ ἐλθόντες διεφθάρησαν· πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα εὐτυχήματα δοκεῖ εἶναι. 18 Περὶ δὲ ἀρετῆς, ἐπείπερ οἰκειότατος ὁ περὶ τοὺς ἐπαίνους τόπος, ὅταν περὶ ἐπαίνου ποιώμεθα τὸν λόγον, τότε διοριστέον. ὧν μὲν οὖν δεῖ στοχάζεσθαι προτρέποντας, ὡς ἐσομένων ἢ ὑπαρχόντων, καὶ ὧν ἀποτρέποντας, φανερόν· τὰ γὰρ ἐναντία τούτων ἐστίν.

ΚΕΦ. στ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΑΘΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΣΥΜΦΕΡΟΝΤΟΣ.

Ἐπεὶ δὲ πρόκειται τῷ συμβουλεύοντι σκοπὸς τὸ

lia ex bonis sunt a fortuna, quae invidentur. Fortuna quoque est causa bonorum, quae praeter rationem adsunt; velut, si ceteri fratres deformes sunt, hic vero pulcher; aut alii non viderunt thesaurum, hic vero invenit; aut si prope adstantem attigit telum, hunc vero non; aut si non venit solus semper (*alias*) frequentans; hi vero semel venientes perierunt; omnia enim eiusmodi bonae fortunae eventus videntur esse. 18 De virtute autem, quoniam maxime idoneus hic locus ad laudes est, cum de laude agemus, differendum erit. Quae igitur oportet intueri suadentes, tanquam futura aut praesentia, & quae dissuadentes, manifestum est; nam contraria horum sunt.

CAP. VI.

De bono & utili.

Quoniam autem deliberanti finis propositus est utile;

συμφέρον· βουλεύονται δὲ οὐ περὶ τοῦ τέλους, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὸ τέλος· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ συμφέροντα κατὰ τὰς πράξεις· τὸ δὲ συμφέρον ἀγαθόν· λεπτέον ἂν στοιχεῖα περὶ ἀγαθοῦ καὶ συμφέροντος ἁπλῶς. 2 Ἔστω δὴ ἀγαθόν, ὃ ἂν αὐτὸ ἑαυτοῦ ἕνεκα ᾖ αἱρετόν· καὶ οὗ ἕνεκα ἄλλο αἱρούμεθα· καὶ οὗ ἐφίεται πάντα, ἢ πάντα τὰ αἴσθησιν ἔχοντα, ἢ νοῦν, ἢ εἰ λάβοι νοῦν· καὶ ὅσα ὁ νοῦς ἂν ἑκάστῳ ἀποδοίη· καὶ ὅσα ὁ περὶ ἕκαστον νοῦς ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ, τοῦτό ἐστιν ἑκάστῳ ἀγαθόν· καὶ οὗ παρόντος εὖ διάκειται καὶ αὐτάρκως ἔχει· καὶ τὸ αὔταρκες· καὶ τὸ ποιητικὸν ἢ φυλακτικὸν τῶν τοιούτων· καὶ ᾧ ἀκολουθεῖ τὰ τοιαῦτα· καὶ τὰ κωλυτικὰ τῶν ἐναντίων, καὶ τὰ φθαρτικά. 3 Ἀκολουθεῖ δὲ διχῶς· ἢ γὰρ ἅμα, ἢ ὕστερον· οἷον, τῷ μὲν μανθάνειν τὸ ἐπίστασθαι ὕστερον· τῷ δὲ ὑγιαί-

consultant vero non de fine, sed de facientibus ad finem; & haec sunt utilia in actionibus; & utile est bonum; sumenda sunt principia de bono & utili simpliciter. 2 Iam vero sit bonum, quod ipsum sui causa eligendum est; & cuius causa aliud eligimus; & quod appetunt omnia, omnia aut sensum habentia, aut mentem, aut si mentem assumerent; & quaecunque mens unicuique dictaverit, & quaecunque de unoquoque mens dictet unicuique, horum quodque est unicuique bonum; & quo praesente aliquis bene dispositus & secum ipso contentus est; & quod sibi sufficit; & idoneum ad talia efficienda & tuenda; & quod talia consequuntur; & quae idonea sunt ad contraria prohibenda & corrumpenda. 3 Consequitur autem (*bonum*) dupliciter; aut enim simul, aut posterius; velut, disciplinam quidem scientia posterius; sanitatem vero vita si-

νειν τὸ ζῆν ἅμα. καὶ τὰ ποιητικὰ τριχῶς· τὰ μὲν, ὡς τὸ ὑγιαίνειν ὑγιείας· τὰ δὲ, ὡς σιτία ὑγιείας· τὰ δὲ, ὡς τὸ γυμνάζεσθαι, ὅτι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ποιεῖ ὑγίειαν. 4 Τούτων δὲ κειμένων, ἀνάγκη, τάς τε λήψεις τῶν ἀγαθῶν ἀγαθὰς εἶναι, καὶ τὰς τῶν κακῶν ἀποβολάς· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ μὲν τὸ μὴ ἔχειν τὸ κακὸν ἅμα· τῷ δὲ τὸ ἔχειν τὸ ἀγαθὸν ὕστερον. 5 Καὶ ἡ ἀντ' ἐλάττονος ἀγαθοῦ μείζονος λῆψις· καὶ ἀντὶ μείζονος κακοῦ ἐλάττονος· ᾧ γὰρ ὑπερέχει τὸ μεῖζον τοῦ ἐλάττονος, τοῦτο γίγνεται τοῦ μὲν λῆψις, τοῦ δ' ἀποβολή. 6 Καὶ τὰς ἀρετὰς δὲ ἀνάγκη ἀγαθὸν εἶναι· κατὰ γὰρ ταύτας εὖ τε διάκεινται οἱ ἔχοντες, καὶ ποιητικαὶ τῶν ἀγαθῶν εἰσι καὶ πρακτικαί· περὶ ἑκάστης δὲ, καὶ τίς, καὶ ποία, χωρὶς ῥητέον. 7 Καὶ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι· πάντα γὰρ ἐφίεται τὰ ζῶα αὐτῆς τῇ φύσει. ὥστε

mul. Ac (*bona*) ad efficiendum idonea tripliciter (*operantur*); alia quidem, ut ſanum eſſe ſanitatem; alia, ut cibus ſanitatem; alia denique, ut exercitatio, quae plerumque ſanitatem efficit. 4 His autem poſitis, neceſſe eſt, ſumtiones bonorum bonas eſſe, & malorum depulſiones; conſequitur enim illud (*bonum*), ut non habeamus malum ſimul; hoc vero, ut habeamus bonum poſterius. 5 Et ſumtio maioris boni pro minore (*bona eſt*); & minoris mali pro maiori; quo enim ſuperat maius id, quod minus eſt, hoc fit illius quidem ſumtio, huius vero depulſio. 6 Et virtutes neceſſe eſt, ut bonum ſint; nam iis inſtructi quoad has bene diſpoſiti ſunt, & idoneae ſunt ad bona efficienda & peragenda; de unaquaque autem, & quaenam, & cuiuſmodi ſit, ſeparatim dicendum eſt. 7 Et voluptatem bonum eſſe (*neceſſe eſt*); omnia enim animalia naturâ ſuâ eam appetunt. Quare etiam iucunda & honeſta neceſ-

καὶ τὰ ἡδέα καὶ τὰ καλὰ ἀνάγκη ἀγαθὰ εἶναι· τὰ μὲν γὰρ ἡδονῆς ποιητικά· τῶν δὲ καλῶν τὰ μὲν ἡδέα· τὰ δὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ αἱρετά ἐστιν. 8 Ὡς δὲ κατὰ ἓν εἰπεῖν, ἀνάγκη, ἀγαθὰ εἶναι τάδε· Εὐδαιμονία· καὶ γὰρ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν, καὶ αὐτάρκες, καὶ ἕνεκα αὐτοῦ πολλὰ αἱρούμεθα. 9 Δικαιοσύνη, ἀνδρεία, σωφροσύνη, μεγαλοψυχία, μεγαλοπρέπεια, καὶ αἱ ἄλλαι αἱ τοιαῦται ἕξεις· ἀρεταὶ γὰρ ψυχῆς. 10 Καὶ ὑγίεια, καὶ κάλλος, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἀρεταὶ γὰρ σώματος, καὶ ποιητικαὶ πολλῶν· οἷον ὑγίεια καὶ ἡδονῆς καὶ τοῦ ζῆν. διὸ καὶ ἄριστον δοκεῖ εἶναι· ὅτι δύο τῶν τοῖς πολλοῖς τιμιωτάτων αἴτιόν ἐστιν, ἡδονῆς καὶ τοῦ ζῆν. 11 Πλοῦτος· ἀρετὴ γὰρ κτήσεως, καὶ ποιητικὸν πολλῶν. 12 Φίλος καὶ φιλία· καὶ γὰρ καθ' αὑτὸν αἱρετὸν ὁ φίλος, καὶ ποιητικὸν πολλῶν. 13 Τιμὴ, δόξα· καὶ γὰρ ἡδέα καὶ ποιητικὰ πολλῶν· καὶ

se est bona esse; illa enim· voluptatem efficiunt; honesta vero partim iucunda; partim ipsa per se eligenda sunt. 8 Ut autem de singulis dicam, necesse est, bona esse haec: Felicitas; nam & propter se eligenda est, & sibi sufficit, eiusque causa multa eligimus. 9 Iustitia, fortitudo, temperantia, magnanimitas, magnificentia, & alii habitus eiusmodi; virtutes enim animi sunt. 10 Et sanitas, & pulchritudo, & talia; nam virtutes corporis sunt, & multa efficiunt; velut sanitas & voluptatem & vitam. Quapropter haec etiam optimum videtur esse, quia duorum, quae a plurimis maxime honorantur, causa est, voluptatis & vitae. 11 Divitiae; virtus enim sunt possessionis, & multa efficiunt. 12 Amicus & amicitia; nam & per se amicus bonum eligendum est, & multa efficiens. 13 Honor, bona laus; nam dulcia sunt & multa efficiunt; & con-

ἀκολουθεῖ αὐτοῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ ὑπάρχειν, ἐφ' οἷς τιμῶνται. 14 Δύναμις τοῦ λέγειν, τοῦ πράττειν· ποιητικὰ γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀγαθῶν. 15 Ἔτι εὐφυΐα, μνῆμαι, εὐμάθεια, ἀγχίνοια, πάντα τὰ τοιαῦτα· ποιητικαὶ γὰρ αὗται ἀγαθῶν αἱ δυνάμεις εἰσίν· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἐπιστῆμαι πᾶσαι, καὶ αἱ τέχναι. 16 Καὶ τὸ ζῆν· εἰ γὰρ μηδὲν ἄλλο ἔποιτο ἀγαθὸν, καθ' αὐτὸ αἱρετόν ἐστι. 17 Καὶ τὸ δίκαιον· συμφέρον γάρ τι κοινῇ ἐστι. ταῦτα μὲν οὖν σχεδὸν τὰ ὁμολογούμενα ἀγαθά ἐστιν. 18 Ἐν δὲ τοῖς ἀμφισβητησίμοις ἐκ τῶνδε οἱ συλλογισμοί· ᾧ τὸ ἐναντίον κακὸν, τοῦτ' ἀγαθόν. 19 Καὶ οὗ τὸ ἐναντίον τοῖς ἐχθροῖς συμφέρει· οἷον, εἰ τὸ δειλοὺς εἶναι μάλιστα συμφέρει τοῖς ἐχθροῖς, δῆλον, ὅτι ἀνδρεία μάλιστα ὠφέλιμον τοῖς πολίταις. 20 Καὶ ὅλως, ὃ οἱ ἐχθροὶ βούλονται, ἢ ἐφ' ᾧ χαίρουσι, τοὐναντίον τούτῳ ὠφέλιμον φαίνεται· διὸ εὖ εἴρηται,

sequitur ipsa plerumque, ut adsint, ob quae (*homines*) honorantur. 14 Facultas dicendi, agendi; nam efficiunt haec omnia talia bona. 15 Praeterea ingenium, memoria, docilitas, sagacitas, omnia eiusmodi; facultates enim hae idoneae sunt ad bona efficienda; similiter vero etiam omnes scientiae & artes. 16 Et vita; si enim nullum aliud bonum eam consequeretur, per se illa eligenda est. 17 Et iustum; est enim utile quid communiter. Atque haec quidem fere confessa bona sunt. 18 In controversis autem ex his syllogismi fiunt; cuius contrarium malum est, id est bonum. 19 Et cuius contrarium hostibus utile est; velut, si maxime utile est hostibus, ut timidi sint (*adversarii*), patet, fortitudinem civibus maxime utilem esse. 20 Et omnino, quod hostes volunt, aut de quo gaudent, huic contrarium videtur utile; quare bene dictum est,

Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος.

ἔστι δ' οὐκ ἀεὶ τοῦτο, ἀλλ' ὡς ἐπιτοπολύ· οὐδὲν γὰρ κωλύει, ἐνίοτε ταὐτὸ συμφέρειν τοῖς ἐναντίοις· ὅθεν λέγεται, ὡς τὰ κακὰ συνάγει τοὺς ἀνθρώπους, ὅταν ᾖ ταὐτὸ βλαβερὸν ἀμφοῖν. 21 Καὶ οὗ μή ἐστιν ὑπερβολή, τοῦτο ἀγαθόν· ὃ δὲ ἂν ᾖ μεῖζον, ἢ δεῖ, κακόν. 22 Καὶ οὗ ἕνεκα πολλὰ πεπόνηται, ἢ δεδαπάνηται· φαινόμενον γὰρ ἀγαθὸν ἤδη· καὶ ὡς τέλος ἤδη τὸ τοιοῦτον ὑπολαμβάνεται, καὶ τέλος πολλῶν· τὸ δὲ τέλος ἀγαθόν· ὅθεν ταῦτ' εἴρηται·

Καδδέκεν εὐχωλὴν Πριάμῳ·

καὶ,

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν.

καὶ ἡ παροιμία δὲ, τὸ „ἐπὶ θύραις τὴν ὑδρίαν.„ 23 Καὶ οὗ πολλοὶ ἐφίενται, καὶ τὸ περιμάχητον φαινόμενον· οὗ γὰρ πάντες ἐφίενται, τοῦτ' ἀγαθὸν ἦν· οἱ

Sane laetabitur Priamus.

Non vero ſemper hoc valet, ſed ut plurimum; nihil enim impedit, quominus nonnunquam idem proſit contrariis; unde dicitur, Mala homines conciliare, quando ſit idem pernicioſum ambobus. 21 Et cuius non eſt exſuperantia, id bonum eſt; quod autem eſt maius, quam oportet, malum. 22 Et cuius cauſa multi labores exhauſti, multi ſumtus facti ſunt; hoc enim videtur iam bonum eſſe; & ut finis iam tale habetur, & ut finis multorum; finis vero bonum eſt; unde haec dicta ſunt:

Et certe gloriam Priamo;

&

Turpe manere diu.

Et proverbium hoc, »*in foribus urceum.*» 23 Et quod multi appetunt, pugnaque dignum apparet; nam quod omnes appetunt, id bonum erat; plurimi autem inſtar

δὲ πολλοὶ ὥσπερ πάντες φαίνονται. 24 Καὶ τὸ ἐπαινετόν· οὐδεὶς γὰρ τὸ μὴ ἀγαθὸν ἐπαινεῖ. καὶ ὃ οἱ ἐχθροὶ καὶ οἱ φαῦλοι ἐπαινοῦσιν· ὥσπερ γὰρ πάντες ἤδη ὁμολογοῦσιν, εἰ καὶ οἱ κακῶς πεπονθότες· διὰ γὰρ τὸ φανερὸν ὁμολογήσειαν ἄν· ὥσπερ καὶ φαῦλοι, οὓς οἱ φίλοι ψέγουσι· καὶ ἀγαθοὶ, οὓς οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι· διὸ λελοιδορῆσθαι ὑπέλαβον Κορίνθιοι ὑπὸ Σιμωνίδου ποιήσαντος,

Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον.

25 Καὶ ὃ τῶν φρονίμων τις, ἢ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, προέκρινεν· οἷον, Ὀδυσσέα Ἀθηνᾶ, καὶ Ἑλένην Θησεὺς, καὶ Ἀλέξανδρον αἱ Θεαὶ, καὶ Ἀχιλλέα Ὅμηρος. 26 Καὶ ὅλως τὰ προαιρετά. προαιροῦνται δὲ πράττειν τά τε εἰρημένα, καὶ τὰ τοῖς ἐχθροῖς κακὰ, καὶ τὰ τοῖς φίλοις ἀγαθά. 27 Καὶ τὰ δυνατά· ταῦτα δὲ διχῶς ἐστι, τά τε γενόμενα ἂν, καὶ

omnium videntur. 24 Et laudabile; nemo enim laudat id, quod non bonum eſt. Et quod inimici & improbi laudant; nam quodammodo omnes iam conſentiunt, ſi illi quoque, qui male affecti ſunt; nam confitentur propterea, quod manifeſtum ſit; ſicut etiam improbi ſunt, quos amici vituperant; & boni, quos inimici non vituperant; quamobrem convicio ſe affectos eſſe exiſtimarunt Corinthii a Simonide, qui cecinit,

Corinthiis vero non ſuccenſet Ilium.

25 Et quod ex prudentibus aliquis, vel bonis viris aut mulieribus, praetulit; velut Ulyſſem Minerva, & Helenam Theſeus, & Alexandrum Deae, & Achillem Homerus. 26 Et omnino quae praeeligenda ſunt. Praeeligunt autem, ut agant & quae dicta ſunt, & inimicis mala, & amicis bona. 27 Et poſſibilia; haec vero duobus modis ſunt, & quae fiunt, & quae facile fiunt;

τὰ ῥᾳδίως γιγνόμενα· ῥᾴδια δὲ, ὅσα ἢ ἄνευ λύπης, ἢ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ· τὸ γὰρ χαλεπὸν ὁρίζεται ἢ λύπῃ, ἢ πλήθει χρόνου. καὶ ἐὰν ὡς βούλονται· βούλονται δὲ ἢ μηδὲν κακὸν, ἢ ἔλαττον τοῦ ἀγαθοῦ· τοῦτο δ' ἔσται, ἐὰν ἢ λανθάνῃ ἡ τιμωρία, ἢ μικρὰ ᾖ. 28 Καὶ τὰ ἴδια. καὶ ἃ μηδείς. καὶ τὰ περιττά· τιμὴ γὰρ οὕτω μᾶλλον. καὶ τὰ ἁρμόττοντα αὐτοῖς· τοιαῦτα δὲ τά τε προσήκοντα κατὰ γένος καὶ δύναμιν. καὶ ὧν ἐλλείπειν οἴονται, κἂν μικρὰ ᾖ· οὐδὲν γὰρ ἧττον προαιροῦνται ταῦτα πράττειν. 29 Καὶ τὰ εὐκατέργαστα· δυνατὰ γὰρ, ὡς ῥᾴδια· εὐκατέργαστα δὲ, καὶ ἃ πάντες, ἢ οἱ πολλοὶ, ἢ οἱ ὅμοιοι, ἢ οἱ ἧττους κατώρθωσαν. καὶ ἃ χαριοῦνται τοῖς φίλοις, ἢ ἃ ἀπεχθήσονται τοῖς ἐχθροῖς. καὶ ὅσα, οὓς θαυμάζουσι, προαιροῦνται πράττειν. καὶ πρὸς ἃ εὐφυεῖς εἰσι καὶ ἔμπειροι· ῥᾷον γὰρ

facilia autem ſunt, quaecunque vel ſine moleſtia, vel brevi tempore fiunt; difficile enim definitur vel moleſtia, vel longitudine temporis. Et ſi (*aliquid fuerit*), ut volunt; volunt autem vel nullum malum, vel minus bono; hoc vero erit, ſi vel lateat poena, vel parva ſit. 28 Et propria. Et quae nemo. Et eximia; honor ſic enim magis (*accreſcit*). Et congruentia ipſis; talia autem ſunt, quae conveniunt in genere & facultate. Et quae deficere arbitrantur, etiamſi parva ſint; nihilo enim minus haec agere malunt. 29 Et quae facile perfici poſſunt; fieri enim poſſunt, utpote facilia; perfici autem facile poſſunt, quae etiam omnes, vel multi, vel ſimiles, vel viribus minores exſequantur. Et quae grata erunt amicis, & quae odioſa inimicis. Et quaecunque illi, quos admirantur, praeeligunt, ut agant. Et in quibus ingenioſi ſunt, & experti; facilius enim ſe exſe-

κατορθώσειν οἴονται. καὶ ἃ μηδεὶς φαῦλος· ἐπαινετὰ γὰρ μᾶλλον. καὶ ὧν ἐπιθυμοῦντες τυγχάνουσιν· οὐ γὰρ μόνον ἡδύ, ἀλλὰ καὶ βέλτιον φαίνεται. 30 Καὶ μάλιστα ἕκαστοι πρὸς ἃ τοιοῦτοι· οἷον, οἱ φιλόνικοι, εἰ νίκη ἔσται· οἱ φιλότιμοι, εἰ τιμή· οἱ φιλοχρήματοι, εἰ χρήματα· καὶ οἱ ἄλλοι ὡσαύτως. περὶ μὲν οὖν ἀγαθοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος ἐκ τούτων ληπτέον τὰς πίστεις.

ΚΕΦ. ζ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΕΙΖΟΝΟΣ ΑΓΑΘΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΜΑΛΛΟΝ ΣΥΜΦΕΡΟΝΤΟΣ.

Ἐπεὶ δὲ πολλάκις ὁμολογοῦντες, ἄμφω συμφέρειν, περὶ τοῦ μᾶλλον ἀμφισβητοῦσιν, ἐξῆς ἂν εἴη λεκτέον περὶ τοῦ μείζονος ἀγαθοῦ, καὶ τοῦ μᾶλλον συμφέροντος. 2 Ἔστω δὴ ὑπερέχον μὲν τοσοῦτον, καὶ ἔτι ὑπερεχόμενον δὲ τὸ ἐνυπάρχον. καὶ μεῖζον μὲν ἀεὶ

cuturos esse arbitrantur. Et quae nemo improbus (*eligit*); nam laudabilia magis sunt. Et quae cupientes assequuntur; non enim solum iucundum, sed & melius apparet. 30 Et in quibus maxime sunt singuli tales; velut, victoriae cupidi, ut victoria adsutura sit; honoris cupidi, ut honor; pecuniae cupidi, ut opes; & alii eodem modo. Ac de bono quidem & utili ex his argumenta sumenda sunt.

CAP. VII.

De Bono maiori & Utili maiori.

Quoniam autem saepe confitentes, utrumque utile esse, de eo, quod est utilius, controversantur, deinceps de bono maiori & utili maiori dicendum est. 2 Sit igitur τὸ superans *Tantum, & amplius;* quod autem superatur id, quod inest. Et Maius quidem Semper &

καὶ πλεῖον πρὸς ἔλαττον· μέγα δὲ καὶ μικρὸν καὶ πολὺ καὶ ὀλίγον πρὸς τὸ τῶν πολλῶν μέγεθος· καὶ ὑπερέχον μὲν τὸ μέγα· τὸ δὲ ἐλλεῖπον μικρόν· καὶ πολὺ καὶ ὀλίγον ὡσαύτως. 3 Ἐπεὶ οὖν ἀγαθὸν λέγομεν τό, τε αὐτὸ αὑτοῦ ἕνεκα καὶ μὴ ἄλλου αἱρετόν· καὶ οὗ πάντα ἐφίεται· καὶ ὃ νοῦν ἂν καὶ φρόνησιν λαβόντα ἕλοιτο· καὶ τὸ ποιητικὸν καὶ τὸ φυλακτικὸν, ἢ ᾧ ἕπεται τὰ τοιαῦτα· τὸ δ' οὗ ἕνεκα τὸ τέλος ἐστί· τέλος δ' ἐστὶν, οὗ ἕνεκα τὰ ἄλλα· αὐτῷ δὲ ἀγαθὸν τὸ πρὸς αὐτὸν ταῦτα πεπονθός· ἀνάγκη, τά τε πλείω τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν ἐλαττόνων, συναριθμουμένου τοῦ ἑνὸς ἢ τῶν ἐλαττόνων, μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι· ὑπερέχει γάρ· τὸ δὲ ἐνυπάρχον ὑπερέχεται. 4 Καὶ ἐὰν τὸ μέγιστον τοῦ μεγίστου ὑπερέχῃ, καὶ αὐτὰ αὐτῶν, καὶ ὅσα αὐτὰ αὐτῶν, καὶ τὸ μέγιστον τοῦ μεγίστου· οἷον, εἰ ὁ

Plus (*ſe habet*) ad Minus; Magnum vero & Parvum & Multum & Paucum ad multorum Magnitudinem; & τὸ Superans quidem eſt Magnum; at τὸ Deficiens Parvum; & Multum & Paucum ſimiliter. 3 Quoniam igitur bonum dicimus id, quod ipſum propter ſe, nec propter aliud eligendum eſt; & quod omnia appetunt; & quod quidquid mentem & prudentiam acceperit eligeret; & quod idoneum eſt ad efficiendum & cuſtodiendum, aut quod conſequuntur talia; id autem, cuius cauſa res eſt, finis eſt; finis vero eſt, cuius cauſa alia ſunt; alicui autem bonum eſt, quod reſpectu ad ipſum habito ita affectum eſt: neceſſe eſt, plura uno & paucioribus, addito uno vel paucioribus, maius bonum eſſe; nam ſuperant; quod autem ineſt, ſuperatur. 4 Et maximum ſi maximo praeſtat, ipſa quoque ipſis (*praeſtant*), & ſi quaecunque ipſa ipſis, etiam maximum maximo (*prae-*

μέγιστος ἀνὴρ γυναικὸς τῆς μεγίστης μείζων, καὶ ὅλως οἱ ἄνδρες τῶν γυναικῶν μείζους· καὶ εἰ οἱ ἄνδρες τῶν γυναικῶν ὅλως μείζους, καὶ ἀνὴρ ὁ μέγιστος τῆς μεγίστης γυναικὸς μείζων· ἀνάλογον γὰρ ἔχουσιν αἱ ὑπεροχαὶ τῶν γενῶν καὶ τῶν μεγίστων ἐν αὐτοῖς. 5 Καὶ ὅταν τόδε μὲν τῷδε ἕπηται, ἐκεῖνο δὲ τούτῳ μή· ἕπεται δὲ ἢ τῷ ἅμα, ἢ τῷ ἐφεξῆς, ἢ τῇ δυνάμει· ἐνυπάρχει γὰρ ἡ χρῆσις ἡ τοῦ ἑπομένου ἐν τῇ θατέρου. ἕπεται δὲ ἅμα μὲν τῷ ὑγιαίνειν τὸ ζῆν, τούτῳ δὲ ἐκεῖνο οὔ· ὕστερον δὲ τῷ μανθάνειν τὸ ἐπίστασθαι· δυνάμει δὲ τῷ ἱεροσυλεῖν τὸ ἀποστερεῖν· ὁ γὰρ ἱεροσυλήσας κἂν ἀποστερήσειε. 6 Καὶ τὰ ὑπερέχοντα τοῦ αὐτοῦ μείζονι μείζω· ἀνάγκη γὰρ, ὑπερέχειν καὶ τοῦ μείζονος. 7 Καὶ τὰ μείζονος ἀγαθοῦ ποιητικὰ μείζω· ταὐτὸ γὰρ ἂν ἦν τῷ μείζονος ποιητικῷ εἶναι. καὶ οὗ τὸ ποιητικὸν μεῖζον, ὡσαύτως· εἰ γὰρ τὸ ὑγιεινὸν αἱ-

ſtat); velut ſi maximus vir muliere maxima maior eſt, etiam omnino viri mulieribus maiores ſunt; & ſi viri omnino mulieribus maiores ſunt, etiam maximus vir muliere maxima maior erit; proportionem enim habent exſuperantiae generum & maximorum in ipſis. 5 Et quando hoc quidem illi conſequens eſt, illud vero huic nequaquam; conſequens vero eſt vel ſimul, vel deinceps, vel facultate; ineſt enim uſus conſequentis in (*uſu*) alterius. Conſequens autem eſt *ſimul* quidem ſanitati vita, huic vero illa nequaquam; *deinceps* autem τῷ diſcere τὸ ſcire; facultate denique ſacrilego τὸ ſurripere; nam qui ſacrilegus fuerit, etiam ſurripiet. 6 Et quae ſuperant maius ipſo, maiora ſunt; neceſſe enim eſt, ſuperare ea etiam maius. 7 Et quae maius bonum efficiunt, maiora ſunt; idem enim erat, quod maioris efficiens eſſe. Et cuius efficiens maius eſt, itidem; nam

ρετώτερον τοῦ ἡδέος καὶ μεῖζον ἀγαθὸν, καὶ ἡ ὑγίεια τῆς ἡδονῆς μείζων. 8 Καὶ τὸ αἱρετώτερον καθ' αὑτὸ τοῦ μὴ καθ' αὑτό· οἷον, ἰσχὺς ὑγιεινοῦ· τὸ μὲν γὰρ οὐχ αὑτοῦ ἕνεκα· τὸ δὲ αὑτοῦ, ὅπερ ἦν τὸ ἀγαθόν. 9 Κἂν ᾖ τὸ μὲν τέλος, τὸ δὲ μὴ τέλος· τὸ μὲν γὰρ ἄλλου ἕνεκα· τὸ δὲ αὑτοῦ· οἷον, τὸ γυμνάζεσθαι τοῦ εὖ ἔχειν τὸ σῶμα. 10 Καὶ τὸ ἧττον προσδεόμενον θατέρου, ἢ ἑτέρων· αὐταρκέστερον γάρ· ἧττον δὲ προσδεῖται τὸ ἐλαττόνων ἢ ῥᾳόνων προσδεόμενον. 11 Καὶ ὅταν τόδε μὲν ἄνευ τοῦδε μὴ ᾖ, ἢ μὴ δυνατὸν ἢ γενέσθαι, θάτερον δὲ ἄνευ τούτου· αὐταρκέστερον δὲ τὸ μὴ δεόμενον· ὥστε φαίνεται μεῖζον ἀγαθόν. 12 Κἂν ᾖ ἀρχὴ, τὸ δὲ μὴ ἀρχή. κἂν ᾖ αἴτιον, τὸ δ' οὐκ αἴτιον, διὰ τὸ αὐτό· ἄνευ γὰρ αἰτίου καὶ ἀρχῆς ἀδύνατον εἶναι, ἢ γενέ-

si ſalubre magis eligendum eſt, quam iucundum, & maius bonum, etiam ſanitas voluptate maior eſt. 8 Et quod magis eligendum eſt per ſe (*maius bonum eſt eo*), quod non per ſe (*magis eligendum eſt*); velut, robur (*maius bonum*) quam ſalubre; hoc enim non propter ſe; illud vero propter ſe, id quod erat bonum. 9 Et ſi alterum quidem ſit finis, alterum vero non finis; hoc enim alius cauſa; illud vero propter ſe; velut, Exerceri, ut corpus bene ſe habeat. 10 Et quod minus indiget altero, vel aliis; nam maxime ſibi ſufficit; minus vero indiget paucioribus vel facilioribus indigens. 11 Et quando unum quidem ſine hoc non ſit, vel fieri non poſſit, alterum vero ſine hoc; magis vero ſibi ſufficit non indigens; unde apparet, maius bonum eſſe. 12 Et quando unum ſit principium, alterum vero non principium. Et quando unum cauſa ſit, alterum vero non cauſa, ob eandem rationem; nam ſine cauſa & principio ni-

σθαι. καὶ δυοῖν ἀρχαῖν τὸ ἀπὸ τῆς μείζονος ἀρχῆς μεῖζον· καὶ δυοῖν αἰτίοιν τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος αἰτίου μεῖζον. καὶ ἀνάπαλιν δὴ δυοῖν ἀρχαῖν ἡ τοῦ μείζονος ἀρχὴ μείζων· καὶ δυοῖν αἰτίοιν τὸ τοῦ μείζονος αἴτιον μεῖζον. 13 Δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἀμφοτέρως μεῖζόν ἐστι φαίνεσθαι· καὶ γὰρ, εἰ ἀρχὴ τόδε, τὸ δὲ μὴ ἀρχὴ, δόξει μεῖζον εἶναι· καὶ εἰ μὴ ἀρχὴ, τὸ δὲ ἀρχή· τὸ γὰρ τέλος μεῖζον, καὶ οὐκ ἀρχή. ὥσπερ ὁ Λεωδάμας κατηγορῶν ἔφη Καλλιστράτου, τὸν βουλεύσαντα τοῦ πράξαντος μᾶλλον ἀδικεῖν· οὐ γὰρ ἂν πραχθῆναι, μὴ βουλευσαμένου. πάλιν δὲ καὶ Χαβρίου, τὸν πράξαντα τοῦ βουλεύσαντος· οὐ γὰρ ἂν γενέσθαι, εἰ μὴ ἦν ὁ πράξων· τούτου γὰρ ἕνεκα ἐπιβουλεύουσιν, ὅπως πράξωσι. 14 Καὶ τὸ σπανιώτερον τοῦ ἀφθόνου· οἷον, χρυσὸς σιδήρου, ἀχρηστότερος ὤν· μείζων γὰρ ἡ κτῆσις,

hil poteſt eſſe vel fieri. Et ex duobus principiis id, quod eſt a maiori principio, maius eſt; & ex duabus cauſis ea, quae eſt a maiori cauſa, maior eſt. Et rurſus ex duobus principiis maioris principium maius eſt; & ex duabus cauſis maioris cauſa maior eſt. 13 Manifeſtum igitur eſt ex dictis, quod utroque modo maius videri poſſit; nam &, hocce ſi principium, illud vero non principium eſt, videbitur maius eſſe; & ſi illud non principium, hoc vero principium eſt; finis enim maius eſt, nec principium. Quemadmodum Leodamas dixit accuſans Calliſtratum, eum, qui conſuluerit, iniuſtius egiſſe, quam qui fecerit; quod non actum fuiſſet, niſi conſuluiſſet. Rurſus vero etiam Chabriam, eum, qui egerit, quam qui conſulerit; quod non factum eſſet, niſi fuiſſet, qui ageret; nam propterea conſulunt, ut agant. 14 Et rarius (*maius bonum eſt*), quam copioſum; velut, aurum quam ferrum, cum minus utile ſit;

διὰ τὸ χαλεπωτέραν εἶναι. ἄλλον δὲ τρόπον, τὸ ἄφθονον τοῦ σπανίου, ὅτι ἡ χρῆσις ὑπερέχει· τὸ γὰρ πολλάκις τοῦ ὀλιγάκις ὑπερέχει· ὅθεν λέγεται, „Ἄριστον μὲν ὕδωρ.„ 15 Καὶ ὅλως τὸ χαλεπώτερον τοῦ ῥᾴονος· σπανιώτερον γάρ. ἄλλον δὲ τρόπον, τὸ ῥᾷον τοῦ χαλεπωτέρου· ἔχει γὰρ, ὡς βουλόμεθα. 16 Καὶ ᾧ τὸ ἐναντίον μεῖζον. καὶ οὗ ἡ στέρησις μείζων. καὶ ἀρετὴ μὴ ἀρετῆς, καὶ κακία μὴ κακίας μείζων· τὰ μὲν γὰρ τέλη· τὰ δὲ οὐ τέλη. 17 Καὶ, ὧν τὰ ἔργα καλλίω, ἢ αἰσχίω, μείζω αὐτά. καὶ ὧν αἱ κακίαι καὶ αἱ ἀρεταὶ μείζους, καὶ τὰ ἔργα μείζω· ἐπείπερ, ὡς τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαὶ, καὶ τὰ ἀποβαίνοντα· καὶ ὡς τὰ ἀποβαίνοντα, καὶ τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαί. 18 Καὶ ὧν ἡ ὑπεροχὴ αἱρετωτέρα ἢ καλλίων· οἷον, τὸ ἀκριβῶς ὁρᾶν αἱρετώτερον τοῦ ὀσφραίνεσθαι· καὶ γὰρ ὄψις

maior enim eſt poſſeſſio, propterea quod difficilior ſit. Alio autem modo, copioſum quam rarum, quia uſus ſuperat; nam quod ſaepe, ſuperat id, quod raro habetur; unde dicitur, » *Optimum quidem aqua.*» 15 Et omnino difficilius, quam facilius, nam rarius eſt. Alio autem modo, facilius quam difficilius; nam ſe habet, ſicut volumus. 16 Et cuius contrarium maius eſt. Et cuius privatio maior eſt. Et virtus, quam non virtus, & turpitudo, quam non turpitudo, maius eſt; nam illa ſunt fines; haec vero non fines. 17 Et quorum opera honeſtiora vel turpiora, maiora ipſa ſunt. Et quorum vitia & virtutes maiores ſunt, eorum opera quoque ſunt maiora; ſiquidem, ut cauſae & principia, etiam eventus; & ut eventus, etiam cauſae & principia ſe habent. 18 Et quorum exſuperantia magis eligenda vel honeſtior eſt; velut, accurate videre magis eligendum eſt, quam odorari; nam viſus, quam odoratus, & ſtu-

ὀσΦρήσεως καὶ τὸ Φιλεταῖρον εἶναι τοῦ Φιλοχρήματον μᾶλλον κάλλιον· ὥστε καὶ Φιλεταιρία Φιλοχρηματίας. καὶ ἀντικειμένως δὲ τῶν βελτιόνων αἱ ὑπερβολαὶ βελτίους, καὶ καλλιόνων καλλίους. 19 Καὶ ὧν αἱ ἐπιθυμίαι καλλίους ἢ βελτίους· αἱ γὰρ μείζους ὀρέξεις μειζόνων εἰσί· καὶ τῶν καλλιόνων δὲ ἢ καὶ βελτιόνων αἱ ἐπιθυμίαι βελτίους καὶ καλλίους διὰ τὸ αὐτό. 20 Καὶ ὧν αἱ ἐπιστήμαι καλλίους ἢ σπουδαιότεραι, καὶ τὰ πράγματα καλλίω καὶ σπουδαιότερα· ὡς γὰρ ἔχει ἡ ἐπιστήμη, καὶ τὸ ἀληθές· κελεύει δὲ τὸ αὑτῆς ἑκάστη. καὶ τῶν σπουδαιοτέρων δὲ καὶ καλλιόνων αἱ ἐπιστῆμαι ἀνάλογον διὰ ταῦτα. 21 Καὶ ὃ κρίνειεν ἂν ἢ κεκρίκασιν οἱ Φρόνιμοι, ἢ πάντες, ἢ οἱ πολλοὶ, ἢ οἱ πλείους, ἢ οἱ κράτιστοι, ἀγαθὸν μεῖζον, ἀνάγκη οὕτως ἔχειν ἢ ἁπλῶς, ἢ εἰ κατὰ τὴν Φρόνησιν ἔκρι-

dioſum amicorum, quam pecuniae ſtudioſum eſſe, honeſtius eſt; quare etiam ſtudium amicorum, quam pecuniae ſtudium. Et contra meliorum exſuperantiae meliores; & honeſtiorum honeſtiores ſunt. 19 Et quorum cupiditates honeſtiores vel meliores ſunt; maiores enim appetitiones maiorum ſunt; honeſtiorum vero vel etiam meliorum cupiditates meliores & honeſtiores ob eandem rationem. 20 Et quorum ſcientiae honeſtiores & graviores ſunt, eorum etiam res ſunt honeſtiores & graviores; ut enim ſcientia ſe habet, ita quoque verum; praecipit autem, quod ſuum eſt, unaquaeque. Graviorum vero & honeſtiorum ſcientiae ex proportione eadem de cauſa. 21 Et quod iudicarent aut iudicarunt prudentes, vel omnes, vel vulgus, vel plurimi, vel praeſtantiſſimi, maius bonum, id neceſſe eſt ſic ſe habere vel ſimpliciter, vel ſi prudenter iudica-

ναν. ἔστι δὲ τοῦτο κοινὸν καὶ κατὰ τῶν ἄλλων· καὶ γὰρ τί, καὶ ποσὸν, καὶ ποιὸν, οὕτως ἔχει, ὡς ἂν ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ Φρόνησις εἴποι· ἀλλ' ἐτ' ἀγαθῶν εἰρήκαμεν· ὥρισται γὰρ, ἀγαθὸν εἶναι, ὃ λαβόντα [τὰ πράγματα] Φρόνησιν ἕλοιτ' ἂν ἕκαστον· δῆλον οὖν, ὅτι καὶ μεῖζον, ὃ μᾶλλον ἡ Φρόνησις λέγει. 22 Καὶ τὸ τοῖς βελτίοσιν ὑπάρχον ἢ ἁπλῶς, ἢ ᾗ βελτίους· οἷον ἡ ἀνδρεία ἰσχύος. καὶ ὃ ἕλοιτ' ἂν ὁ βελτίων ἢ ἁπλῶς, ἢ ᾗ βελτίων· οἷον τὸ ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν· τοῦτο γὰρ ὁ δικαιότερος ἕλοιτ' ἄν. 23 Καὶ τὸ ἥδιον τοῦ ἧττον ἡδέος· τὴν γὰρ ἡδονὴν πάντα διώκει, καὶ αὐτοῦ ἕνεκα τοῦ ἥδεσθαι ὀρέγονται· ὥρισται δὲ τούτοις τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ τέλος· ἥδιον δὲ τό, τε ἀλυπότερον καὶ τὸ πολυχρονιώτερον ἡδύ. 24 Καὶ τὸ κάλλιον τοῦ ἧττον καλοῦ· τὸ γὰρ καλὸν ἐστιν ἤτοι τὸ ἡδὺ, ἢ τὸ καθ'

runt. Eſt vero hoc commune etiam in aliis; nam & Quid, & Quantum, & Quale, ſic ſe habet, ut ſcientia & prudentia affirmaverit; verum de bonis diximus; nam definitum eſt bonum eſſe id, quod quae acceperint [res] prudentiam earum unaquaeque eligeret; patet igitur, etiam maius eſſe, quod magis prudentia dicit. 22 Et quod melioribus ineſt vel ſimpliciter, vel quatenus meliores ſunt; ut fortitudo (*maius bonum eſt*) quam robur. Et quod eligeret melior vel ſimpliciter, vel quatenus melior eſt; velut malle iniuria affici, quam iniuria afficere; hoc enim iuſtior eligeret. 23 Et iucundius, quam minus iucundum; voluptatem enim omnia ſequuntur, & ut dulcedine perfundantur appetunt; definitum autem his eſt bonum, & finis; iucundius vero eſt cum minus moleſtum, tum diutius iucundum. 24 Et honeſtius, quam minus honeſtum; honeſtum enim eſt

αὐτὸ αἱρετόν. 25 Καὶ ὅσων αὐτοὶ αὑτοῖς ἢ φίλοις βούλονται αἴτιοι εἶναι μᾶλλον, ταῦτα μείζω ἀγαθά· ὅσων δὲ ἥκιστα, μείζω κακά. 26 Καὶ τὰ πολυχρονιώτερα τῶν ὀλιγοχρονιωτέρων· καὶ τὰ βεβαιότερα τῶν μὴ βεβαιοτέρων· ὑπερέχει γὰρ ἡ χρῆσις τῶν μὲν τῷ χρόνῳ· τῶν δὲ τῇ βουλήσει· ὅταν γὰρ βούλωνται, ὑπάρχει μᾶλλον ἡ τοῦ βεβαίου. 27 Καὶ ὡς ἂν ἐκ τῶν συστοίχων καὶ τῶν ὁμοίων πτώσεων, καὶ τἆλλα ἀκολουθεῖ· οἷον, εἰ τὸ ἀνδρείως κάλλιον καὶ αἱρετώτερον τοῦ σωφρόνως, καὶ ἀνδρεία σωφροσύνης αἱρετωτέρα, καὶ τὸ ἀνδρεῖον εἶναι τοῦ σωφρονεῖν. 28 Καὶ ὃ πάντες αἱροῦνται τοῦ, ὃ μὴ πάντες. καὶ ὃ οἱ πλείους, ἢ εἰ ἐλάττους· ἀγαθὸν γὰρ ἦν, οὗ πάντες ἐφίενται· ὥστε καὶ μεῖζον, οὗ μᾶλλον. καὶ ὃ οἱ ἀμφισβητοῦντες, ἢ οἱ ἐχθροὶ, ἢ οἱ κρίνοντες, ἢ οὓς οὗτοι κρίνουσι· τὸ

aut iucundum, aut propter ſe eligendum. 25 Et quorum ipſi ſibi vel amicis volunt cauſae eſſe magis, ea maiora ſunt bona; quorum autem minime, maiora mala. 26 Et diuturniora, quam minus diuturna; & firmiora, quam minus firma; ſuperat enim uſus illorum quidem tempore; horum vero voluntate. Nam quando volunt, adeſt magis (*uſus*) rei firmae. 27 Et ut ex coniugatis & ſimilibus caſibus, etiam alia conſequuntur; ut, ſi quod fortiter (*agitur*), honeſtius & magis eligendum eſt, quam quod temperanter, etiam fortitudo magis eligenda eſt, quam temperantia, & fortem eſſe, quam temperantem. 28 Et quod omnes eligunt, quam quod non omnes. Et quod plures, quam quod pauciores; nam bonum erat, quod omnes appetunt; quare etiam maius, quod magis. Et quod controverſantes, vel inimici, vel iudicantes, vel quos iſti diiudicant; illud enim

μὲν γὰρ, ὡς ἂν εἰ πάντες φαῖεν, ἐστί· τὸ δὲ, οἱ κύριοι καὶ οἱ εἰδότες. 29 Καὶ ὁτὲ μὲν, οὗ πάντες μετέχουσι, μεῖζον· ἀτιμία γὰρ τὸ μὴ μετέχειν· ὁτὲ δὲ, οὗ μηδεὶς, ἢ οὗ ὀλίγοι· σπανιώτερον γάρ. 30 Καὶ τὰ ἐπαινετώτερα· καλλίω γάρ. καὶ ὧν αἱ τιμαὶ μείζους, ὡσαύτως· ἡ γὰρ τιμὴ ὥσπερ ἀξία τίς ἐστι. καὶ ὧν αἱ ζημίαι μείζους. 31 Καὶ τὰ τῶν ὁμολογουμένων, ἢ φαινομένων μεγάλων, μείζω. καὶ διαιρούμενα δὲ εἰς τὰ μέρη τὰ αὐτὰ μείζω φαίνεται· πλειόνων γὰρ ὑπερoχὴ φαίνεται· ὅθεν καὶ ὁ ποιητής φησι, πεῖσαι [λέγουσαν] τὸν Μελέαγρον ἀναστῆναι,

Ὅσσα κάκ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἁλώῃ·
Λαοὶ μὲν φθινύθουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαύνει·
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι.

καὶ τὸ συντιθέναι δὲ καὶ „ἐποικοδομεῖν, „ ὥσπερ Ἐπί-

est, perinde ac si omnes affirmarent; hoc vero, perinde ac si potentes & scientes. 29 Et nonnunquam id, cuius omnes participes sunt, maius est; dedecus enim est, non esse participem; nonnunquam vero id, cuius nemo, aut cuius pauci; rarius enim est. 30 Et laudabiliora; nam honestiora sunt. Et quorum sunt maiores honores, itidem; nam honor tanquam pretium quoddam est; & quorum sunt poenae maiores. 31 Et quae sunt confessis, aut iis, quae magna apparent, maiora. Et quae in partes dividuntur, ea ipsa videntur maiora; nam plurium exsuperantia esse videtur, unde etiam poëta dicit, eam persuasisse Meleagro, ut assurgeret, [dicentem]

Quot mala homines premunt, quorum urbs capta est;
Pereunt incolae; urbem vero incendia vastant;
Et liberos alii rapiunt.

Et si componuntur »unumque super altero aedificatur,«

χαρμος· διά τε τὸ αὐτὸ τῇ διαιρέσει· ἡ γὰρ σύνθεσις ὑπεροχὴν δείκνυσι πολλήν· καὶ ὅτι ἀρχὴ φαίνεται μεγάλων καὶ αἴτιον. 32 Ἐπεὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον καὶ σπανιώτερον μεῖζον, καὶ οἱ καιροὶ, καὶ αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ τόποι, καὶ οἱ χρόνοι, καὶ αἱ δυνάμεις ποιοῦσι μεγάλα. εἰ γὰρ παρὰ δύναμιν, καὶ παρ' ἡλικίαν, καὶ παρὰ τοὺς ὁμοίους, καὶ εἰ οὕτως, ἢ ἐνταῦθα, ἢ τόθ', ἕξει μέγεθος καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ δικαίων, καὶ τῶν ἐναντίων. ὅθεν καὶ τὸ ἐπίγραμμα τῷ Ὀλυμπιονίκῃ·

Πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τραχεῖαν ἄστιλλαν,
Ἰχθῦς ἐξ Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον.

καὶ ὁ Ἰφικράτης αὐτὸν ἐνεκωμίαζε λέγων, „ἐξ ὧν ὑπῆρξε ταῦτα.„ 33 Καὶ τὸ αὐτοφυὲς τοῦ ἐπικτήτου· χαλεπώτερον γάρ· ὅθεν καὶ ὁ ποιητής φησιν, „Αὐτοδίδακτος δ' εἰμί.„ 34 Καὶ τὸ μεγάλου μέγιστον μέ-

ut Epicharmus (*faciebat*); tum propter idem, quod evenit diviſioni; nam compoſitio magnam exſuperantiam arguit; tum quod principium & cauſa magnorum apparet. 32 Quoniam vero maius difficilius & rarius eſt, etiam opportunitates, & aetates, & loci, & tempora, & facultates reddunt magna. Si enim ſupra facultatem, & ſupra aetatem, & ſupra ſimilia, & ſi ſic, vel ibi, vel tunc (*aliquid fuerit*), habebit magnitudinem & honeſtorum & bonorum & iuſtorum, & contrariorum. Unde quoque epigramma in Olympionicen:

Humeris antea ſcabram geſtans corbem
Piſces ex Argo Tegeam portabam.

Et Iphicrates ſe ipſum encomio ornavit dicens, »*ex quibus exſtiterint haec.*» 33 Et nativum (*maius bonum eſt*), quam adſcitum; difficilius enim eſt; unde etiam poëta dicit, »*ſine magiſtro didici.*» 34 Et magni pars maxima,

ρος· οἷον, Περικλῆς τὸν ἐπιτάφιον λέγων, τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι, ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰ ἐξαιρεθείη. 35 Καὶ τὰ ἐν χρείᾳ μείζονι χρήσιμα· οἷον τὰ ἐν γήρᾳ καὶ νόσοις. καὶ δυοῖν τὸ ἐγγύτερον τοῦ τέλους. καὶ τὸ αὐτῷ, ἢ ἁπλῶς. καὶ τὸ δυνατὸν τοῦ ἀδυνάτου· τὸ μὲν γὰρ αὐτῷ, τὸ δ' οὔ. καὶ τὰ ἐν τέλει τοῦ βίου· τέλη γὰρ μᾶλλον ἢ τὰ πρὸς τῷ τέλει. 36 Καὶ τὰ πρὸς ἀλήθειαν τῶν πρὸς δόξαν· ὅρος δὲ τοῦ πρὸς δόξαν, ὃ λανθάνειν μέλλων οὐκ ἂν ἕλοιτο. διὸ καὶ τὸ εὖ πάσχειν τοῦ εὖ ποιεῖν δόξειεν ἂν αἱρετώτερον εἶναι· τὸ μὲν γὰρ, κἂν λανθάνῃ, αἱρήσεται· ποιεῖν δ' εὖ λανθάνων οὐ δοκεῖ ἂν ἐλέσθαι. 37 Καὶ ὅσα εἶναι μᾶλλον, ἢ δοκεῖν, βούλονται· πρὸς ἀλήθειαν γὰρ μᾶλλον· διὸ καὶ τὴν δικαιοσύνην φασὶ μικρὸν εἶναι, ὅτι δο-

ut, Pericles funebrem orationem habens, *iuventutem ex civitate ſublatam eſſe, perinde ac ſi ver ex anno ſublatum ſit.* 35 Et in neceſſitate maiori utilia; velut in ſenectute & morbis. Et ex duobus quod propius ad finem accedit. Et quod ipſi, quam quod ſimpliciter (*utile eſt*). Et id, quod fieri poteſt, quam quod non poteſt; illud enim ipſi (*bonum eſt*); hoc vero nequaquam. Et quae ſunt in fine vitae; fines enim maius ſunt, quam quae ad finem ſpectant. 36 Et quae ſpectant ad veritatem, quam quae ad opinionem; terminus autem eius, quod ſpectat ad opinionem, eſt, quod latere cupiens non eligat. Quamobrem etiam beneficio affici, quam bene facere, videtur potius eligendum eſſe; illud enim, etiamſi lateat, aliquis eliget; benefacere vero, ſi lateat, non videtur electurus eſſe. 37 Et quaecunque eſſe magis, quam videri volunt; magis enim ad veritatem ſpectant; quamobrem etiam iuſtitiam aiunt rem parvam eſſe,

κεῖν, ἢ εἶναι, αἱρετώτερον· τὸ δὲ ὑγιαίνειν οὔ. 38 Καὶ τὸ πρὸς πολλὰ χρησιμώτερον· οἷον, τὸ πρὸς τὸ ζῆν, καὶ εὖ ζῆν, καὶ τὴν ἡδονὴν, καὶ πράττειν τὰ καλά· διὸ καὶ ὁ πλοῦτος καὶ ἡ ὑγίεια μέγιστα δοκεῖ εἶναι· ἅπαντα γὰρ ἔχει ταῦτα. 39 Καὶ τὸ ἀλυπότερον, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς· πλείω γὰρ ἑνός· ὥστε ὑπάρχει καὶ ἡ ἡδονὴ ἀγαθὸν καὶ ἡ ἀλυπία. 40 Καὶ δυοῖν ὁ τῷ αὐτῷ προστιθέμενον μεῖζον τὸ ὅλον ποιεῖ. καὶ ἃ μὴ λανθάνει παρόντα, ἢ ἃ λανθάνει· πρὸς ἀλήθειαν γὰρ τείνει ταῦτα· διὸ τὸ πλουτεῖν φανείη ἂν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ δοκεῖν. 41 Καὶ τὸ ἀγαπητόν· καὶ τοῖς μὲν μόνον, τοῖς δὲ μετ' ἄλλων· διὸ καὶ οὐκ ἴση ζημία, ἄν τις τὸν ἑτερόφθαλμον τυφλώσῃ, καὶ τὸν δύ' ἔχοντα· ἀγαπητὸν γὰρ ἀφῄρηται. ἐκ τίνων μὲν οὖν δεῖ τὰς πίστεις φέρειν ἐν τῷ προτρέπειν καὶ ἀποτρέπειν, σχεδὸν εἴρηται.

quia, ut quis (*iuſtus*) videatur, quam ut ſit, magis eligendum eſt; ſanitatem vero non (*rem parvam eſſe*). 38 Et quod ad multa utilius eſt; ut, quod ad vitam, & bonam vitam, & voluptatem pertinet, & τὸ honeſte agere; quare etiam divitiae & ſanitas maxima videntur eſſe; haec enim omnia continent. 39 Et minus moleſtum, & quod cum voluptate coniunctum eſt; plura enim ſunt uno; quare eſt etiam voluptas bonum & indolentia. 40 Et ex duobus quod eidem adiunctum maius totum efficit. Et quae non latent praeſentia, quam quae latent; ad veritatem enim illa tendunt; quamobrem divitem eſſe apparebit maius bonum, quam videri. 41 Et amabile; & nonnullis quidem ſolum, nonnullis vero cum aliis; quare etiam non aequalis poena eſt, ſi quis altero oculo utentem caecaverit, & duos habentem; nam amabile ablatum eſt. E quibuſnam igitur oporteat argumenta afferre in ſuadendo & diſſuadendo, ferme dictum eſt.

ΚΕΦ. η'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΩΝ, ΠΟΣΑΙ ΚΑΙ ΠΟΙΑΙ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΕΛΟΥΣ ΕΚΑΣΤΗΣ.

Μέγιστον δὲ καὶ κυριώτατον ἁπάντων πρὸς τὸ δύνασθαι πείθειν καὶ καλῶς συμβουλεύειν, τὰς πολιτείας ἁπάσας λαβεῖν, καὶ τὰ ἑκάστης ἔθη, καὶ νόμιμα, καὶ συμφέροντα διελεῖν. 2 Πείθονται γὰρ ἅπαντες τῷ συμφέροντι· συμφέρει δὲ τὸ σῶζον τὴν πόλιν. ἔτι δὲ κυρία μέν ἐστιν ἡ τοῦ κυρίου ἀπόφανσις· τὰ δὲ κύρια διῄρηται κατὰ τὰς πολιτείας· ὅσαι γὰρ αἱ πολιτεῖαι, τοσαῦτα καὶ τὰ κύριά ἐστιν. 3 Εἰσὶ δὲ πολιτεῖαι τέσσαρες, δημοκρατία, ὀλιγαρχία, ἀριστοκρατία, μοναρχία· ὥστε τὸ μὲν κύριον καὶ τὸ κρῖνον τούτων τι ἂν εἴη μόριον, ἢ ὅλον τούτων. 4 Ἔστι δὲ δημοκρατία μὲν πολιτεία, ἐν ᾗ κλήρῳ διανέμονται τὰς

CAP. VIII.

De civitatum conſtitutionibus, quot & quales ſint, & de uniuſcuiuſque fine.

Maximum autem & potentiſſimum omnium, ut poſſimus perſuadere & bene deliberare, eſt civitatum conſtitutiones omnes pernoſcere, & uniuſcuiuſque mores, & inſtituta & commoda diſtinguere. 2 Parent enim omnes Utili; utile vero eſt, quidquid civitatem conſervat. Praeterea dominatus quidem domini enuntiatio; dominatus vero ſecundum civitatum conſtitutiones diſtincti ſunt; quot enim civitatum conſtitutiones, tot etiam dominatus ſunt. 3 Sunt autem civitatum conſtitutiones quatuor, democratia, oligarchia, ariſtocratia, monarchia; quare dominatus & id, quod iudicat, harum erit particula quaedam, aut totum harum. 4 Eſt democratia quidem civitatis conſtitutio, in qua ſorte

ἀρχάς· ὀλιγαρχία δὲ, ἐν ᾗ οἱ ἀπὸ τιμημάτων· ἀριστοκρατία δὲ, ἐν ᾗ οἱ κατὰ παιδείαν· παιδείαν δὲ λέγω τὴν ὑπὸ τοῦ νόμου κειμένην· οἱ γὰρ ἐμμεμενηκότες ἐν τοῖς νομίμοις ἐν τῇ ἀριστοκρατίᾳ ἄρχουσιν· ἀνάγκη δὲ, τούτους φαίνεσθαι ἀρίστους· ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφε τοῦτο· μοναρχία δ' ἐστὶ κατὰ τοὔνομα, ἐν ᾗ εἷς ἁπάντων κύριός ἐστι· τούτων δὲ ἡ μὲν κατὰ τάξιν τινὰ, βασιλεία· ἡ δ' ἀόριστος, τυραννίς. 5 Τὸ δὴ τέλος ἑκάστης πολιτείας οὐ δεῖ λανθάνειν· αἱροῦνται γὰρ τὰ πρὸς τὸ τέλος. ἔστι δὲ δημοκρατίας μὲν τέλος ἐλευθερία· ὀλιγαρχίας δὲ πλοῦτος· ἀριστοκρατίας δὲ τὰ πρὸς παιδείαν καὶ τὰ νόμιμα· τυραννίδος δὲ φυλακή. δῆλον οὖν, ὅτι τὰ πρὸς τέλος ἑκάστης ἕξη, καὶ νόμιμα, καὶ συμφέροντα διαιρετέον, εἴπερ αἱροῦνται πρὸς τοῦτο ἐπανα-

magiſtratus diſtribuunt; oligarchia vero, in qua (*magiſtratibus funguntur*), qui cenſu valent; ariſtocratia, in qua diſciplina excellentes; diſciplinam autem dico a lege conſtitutam; nam legibus obtemperantes firmiter in ariſtocratia dominantur; neceſſe vero eſt, hos apparere *optimos;* unde & (*civitatis conſtitutio*) hoc nomen accepit; monarchia denique eſt ſecundum nomen, in qua unus omnium dominus eſt; illa quidem, quae ordinem quendam habet, *Regum* eſt; at nullis limitibus circumſcripta *Tyrannis.* 5 Iam finem cuiuſque conſtitutionis non latere nos oportet; eliguntur enim ea, quae ad finem ſpectant. Ac democratiae quidem finis eſt Libertas; oligarchiae vero Divitiae; ariſtocratiae ea, quae pertinent ad diſciplinam & ad leges; tyrannidis denique Cuſtodia. Paret igitur, diſtinguenda eſſe, quae faciunt ad finem cuiuſque, mores, & leges, & commoda, ſiquidem ſunt, qui eligant, reſpectu ad hunc

φέροντες. 6 Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον αἱ πίστεις γίγνονται δι' ἀποδεικτικοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ δι' ἠθικοῦ· τῷ γὰρ ποιόν τινα φαίνεσθαι τὸν λέγοντα πιστεύομεν· τοῦτο δ' ἐστὶν, ἂν ἀγαθὸς φαίνηται, ἢ εὔνους, ἢ ἄμφω· δέοι ἂν τὰ ἤθη τῶν πολιτειῶν ἑκάστης ἔχειν ἡμᾶς· τὸ μὲν γὰρ ἑκάστης ἦθος πιθανώτατον ἀνάγκη πρὸς ἑκάστην εἶναι. ταῦτα δὲ ληφθήσεται διὰ τῶν αὐτῶν· τὰ μὲν γὰρ ἤθη φανερὰ κατὰ τὴν προαίρεσιν· ἡ δὲ προαίρεσις ἀναφέρεται πρὸς τὸ τέλος. 7 Ὧν μὲν οὖν δεῖ ὁρέγεσθαι προτρέποντας, ὡς ἐσομένων, ἢ ὄντων· καὶ ἐκ τίνων δεῖ τὰς περὶ τοῦ συμφέροντος πίστεις λαμβάνειν· ἔτι δὲ περὶ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας ἠθῶν καὶ νομίμων· διὰ τίνων τε, καὶ πῶς εὐπορήσομεν, ἐφ' ὅσον ἦν τῷ παρόντι καιρῷ σύμμετρον, εἴρηται· διηκρίβωται γὰρ ἐν τοῖς Πολιτικοῖς περὶ τούτων.

habito. 6 Quoniam autem probationes fiunt non ſolum oratione demonſtrativa, ſed etiam morata; nam propterea, quod talis quidam apparet dicens, fidem habemus; id eſt, ſi bonus appareat, vel benevolus, vel utrumque; oportebit ſane nos mores cuiuſque conſtitutionis tenere; nam neceſſe eſt cuiuſque mores in unaquaque maxime idoneos eſſe ad faciendam fidem. Haec vero ſumentur ex iiſdem; nam mores manifeſtantur per praeelectionem; praeelectio autem refertur ad finem. 7 Quae igitur ſuadentes oporteat ſectari, tanquam futura vel praeſentia; & ex quibus oporteat de utili argumenta ſumere; praeterea de conſtitutionum moribus & legibus, e quibus & quomodo ea perſpiciemus, quantum huic praeſenti occaſioni convenit, dictum eſt; accurate in Politicis de his diſputatum eſt.

ΚΕΦ. Θ'.

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ, ΚΑΙ ΚΑΛΟΥ ΚΑΙ ΑΙΣΧΡΟΥ· ΕΞ ΩΝ ΤΑ ΕΓΚΩΜΙΑ ΓΙΓΝΕΤΑΙ ΚΑΙ ΤΑ ΟΝΕΙΔΗ.

Μετὰ δὲ ταῦτα λέγωμεν περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, καὶ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ· οὗτοι γὰρ σκοποὶ τῷ ἐπαινοῦντι καὶ ψέγοντι· συμβήσεται γὰρ ἅμα περὶ τούτων λέγοντας καὶκεῖνα δηλοῦν, ἐξ ὧν ποιοί τινες ὑπολη-φθησόμεθα κατὰ τὸ ἦθος, ὅπερ ἦν δευτέρα πίστις· ἐκ τῶν αὐτῶν γὰρ ἡμᾶς τε καὶ ἄλλον ἀξιόπιστον δυνη-σόμεθα ποιεῖν πρὸς ἀρετήν. 2 Ἐπεὶ δὲ συμβαίνει καὶ χωρὶς σπουδῆς καὶ μετὰ σπουδῆς ἐπαινεῖν πολλάκις οὐ μόνον ἄνθρωπον, ἢ Θεὸν, ἀλλὰ καὶ ἄψυχα, καὶ τῶν ἄλλων ζώων τὸ τυχόν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τούτων ληπτέον τὰς προτάσεις· ὥστε, ὅσον παραδείγ-ματος χάριν, εἴπωμεν καὶ περὶ τούτων. 3 Καλὸν μὲν

CAP. IX.

De virtute & vitio, honesto & turpi, ex quibus encomia & reprehensiones ortum ducunt.

Post haec autem dicamus de virtute & vitio, & de honesto & turpi; haec enim sunt fines laudanti & vituperanti propositi; & continget simul, ut de his dicentes etiam illa explicemus, e quibus tales quidam existimemur quoad mores, quae erat altera probatio; nam ex iisdem & nos & alium fide dignum efficere poterimus propter virtutem. 2 Quoniam autem saepe contingit, ut & fortuito & diligenter laudemus non solum hominem, vel Deum, sed etiam inanimata, & aliorum animalium quodlibet; eodem modo de his quoque sumendae sunt propositiones; quare, quodammodo illustrationis causa, de his etiam dicamus. 3 Honestum igi-

οὖν ἐστιν, ὃ ἂν δι' αὐτὸ αἱρετὸν ὂν ἐπαινετὸν ᾖ· ἢ ὃ ἂν ἀγαθὸν ὂν ἡδὺ ᾖ, ὅτι ἀγαθόν. εἰ δὲ τοῦτό ἐστι τὸ καλόν, ἀνάγκη, τὴν ἀρετὴν καλὸν εἶναι· ἀγαθὸν γὰρ ὂν ἐπαινετόν ἐστιν. 4 Ἀρετὴ δὲ ἔστι μὲν δύναμις, ὡς δοκεῖ, ποριστικὴ ἀγαθῶν καὶ φυλακτική· καὶ δύναμις εὐεργετικὴ πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ πάντων περὶ πάντα. 5 Μέρη δὲ ἀρετῆς δικαιοσύνη, ἀνδρεία, σωφροσύνη, μεγαλοπρέπεια, μεγαλοψυχία, ἐλευθεριότης, πραότης, φρόνησις, σοφία. 6 Ἀνάγκη δὲ, μεγίστας εἶναι ἀρετὰς τὰς τοῖς ἄλλοις χρησιμωτάτας, εἴπερ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ δύναμις εὐεργετική. διὰ τοῦτο τοὺς δικαίους καὶ ἀνδρείους μάλιστα τιμῶσιν· ἡ μὲν γὰρ ἐν πολέμῳ· ἡ δὲ καὶ ἐν εἰρήνῃ χρήσιμος αὐτοῖς. εἶτα ἡ ἐλευθεριότης· προΐενται γὰρ καὶ οὐκ ἀνταγωνίζονται περὶ τῶν χρημάτων, ὧν μάλιστα ἐφίενται ἄλλοι. 7 Ἔστι δὲ δικαιοσύνη μὲν ἀρετὴ, δι' ἣν τὰ αὑτῶν ἕκα-

tur eſt, quod, cum propter ſe eligendum ſit, laudabile eſt; aut quod, cum bonum ſit, iucundum eſt, quoniam bonum eſt. Quod ſi autem hoc eſt honeſtum, neceſſe eſt, virtutem Honeſtum eſſe; nam quod bonum eſt laudabile eſt. 4 Virtus vero eſt facultas, ut videtur, bona parans & conſervans; & facultas beneficia multa & magna & omnia omnibus conferens. 5 Partes autem virtutis ſunt iuſtitia, fortitudo, temperantia, magnificentia, magnanimitas, liberalitas, manſuetudo, prudentia, ſapientia. 6 Neceſſe vero eſt, maximas eſſe virtutes eas, quae aliis utiliſſimae ſunt, ſiquidem virtus eſt facultas bene faciens. Idcirco iuſti & fortes maxime in honore habentur; nam haec quidem (*virtus*) in bello; illa etiam in pace civibus utilis eſt. Deinde liberalitas; effundunt enim (*liberales*), nec certant de opibus, quas alii maxime appetunt. 7 Eſt autem iuſtitia quidem vir-

στοι ἔχουσι, καὶ ὡς ὁ νόμος· ἀδικία δὲ, δι' ἣν τὰ ἀλλότρια, οὐχ ὡς ὁ νόμος. 8 Ἀνδρεία δὲ, δι' ἣν πρακτικοί εἰσι τῶν καλῶν ἔργων ἐν τοῖς κινδύνοις, καὶ ὡς ὁ νόμος κελεύει, καὶ ὑπηρετικοὶ τῷ νόμῳ· δειλία δὲ τοὐναντίον. 9 Σωφροσύνη δὲ ἀρετὴ, δι' ἣν πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῦ σώματος οὕτως ἔχουσιν, ὡς ὁ νόμος κελεύει· ἀκολασία δὲ τοὐναντίον. 10 Ἐλευθεριότης δὲ περὶ χρήματα εὖ ποιητική· ἀνελευθερία δὲ τοὐναντίον. 11 Μεγαλοψυχία δὲ ἀρετὴ μεγάλων ποιητικὴ εὐεργετημάτων· μικροψυχία δὲ τοὐναντίον. 12 Μεγαλοπρέπεια δὲ ἀρετὴ ἐν δαπανήμασι μεγέθους ποιητική· μικροψυχία δὲ καὶ μικροπρέπεια τἀναντία. 13 Φρόνησις δὲ ἔστιν ἀρετὴ διανοίας, καθ' ἣν εὖ βουλεύεσθαι δύνανται περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τῶν εἰρημένων εἰς εὐδαιμονίαν. 14 Περὶ μὲν οὖν ἀρετῆς καὶ κακίας καθόλου, καὶ περὶ

tus, per quam ſua ſinguli habent, & ſecundum legem; iniuſtitia vero, per quam aliena, non ſecundum legem. 8 Fortitudo autem eſt, per quam homines honeſtas faciunt actiones in periculis, & ut lex iubet, & legem exercentes; timiditas vero eſt contrarium. 9 Temperantia autem eſt virtus, per quam ad voluptates corporis ſic ſe habent, ut lex praecipit; intemperantia vero contrarium. 10 Liberalitas autem eſt, quae opibus bene facit; illiberalitas contrarium. 11 Magnanimitas autem eſt virtus magnorum effectrix beneficiorum; puſillanimitas contrarium. 12. Magnificentia autem eſt virtus ſumtus magnos faciens; puſillanimitas vero & parvificentia ſunt contraria. 13 Prudentia autem eſt virtus rationis, per quam bene conſultare poſſunt de bonis & malis, quae dicta ſunt pertinere ad felicitatem. 14 De virtute igitur & vitio in univerſum, & de partibus di-

τῶν μορίων, εἴρηται κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν ἱκανῶς. περὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν· φανερὸν γὰρ, ὅτι ἀνάγκη, τά τε ποιητικὰ τῆς ἀρετῆς εἶναι καλά· πρὸς ἀρετὴν γάρ· καὶ τὰ ἀπ' ἀρετῆς γιγνόμενα· τοιαῦτα δὲ τά τε σημεῖα τῆς ἀρετῆς, καὶ τὰ ἔργα. 15 Ἐπεὶ δὲ τὰ σημεῖα καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα εἰσὶν ἀγαθοῦ ἔργα, ἢ πάθη, καλά· ἀνάγκη, ὅσα τε ἀνδρείας ἔργα, ἢ σημεῖα ἀνδρείας, ἢ ἀνδρείως πέπρακται, καλὰ εἶναι· καὶ τὰ δίκαια, καὶ τὰ δικαίως ἔργα· πάθη δὲ οὔ· ἐν μόνῃ γὰρ ταύτῃ τῶν ἀρετῶν οὐκ ἀεὶ τὸ δικαίως καλόν· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ζημιοῦσθαι αἰσχρὸν τὸ δικαίως μᾶλλον, ἢ τὸ ἀδίκως· καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δὲ ἀρετὰς ὡσαύτως. 16 Καὶ ἐφ' ὅσοις τὰ ἆθλα τιμὴ, καλά. καὶ ἐφ' ὅσοις τιμὴ μᾶλλον, ἢ χρήματα. καὶ ὅσα μὴ αὐτοῦ ἕνεκα πράττει τις τῶν αἱρετῶν. 17 Καὶ τὰ

ctum est satis in praesentem usum. De aliis vero non est difficile videre; apparet enim, necesse esse, ut quae virtutem efficiunt, sint honesta; nam ad virtutem referuntur; & quae a virtute proficiscuntur; eiusmodi autem sunt signa virtutis, & opera. 15 Quoniam vero signa, & talia, quae sunt boni vel opera vel affectiones, honesta sunt; necesse est, ut etiam, quaecunque sunt fortitudinis opera, aut fortitudinis signa, aut fortiter gesta, honesta sint; & iusta, & iuste facta; affectiones vero nequaquam; in sola enim hac inter virtutes non semper id, quod iuste fit, honestum est, sed si quis puniatur, turpius est, si id iuste fit, quam si iniuste; & quoad alias virtutes similiter. 16 Et in quibuscunque praemia sunt honor, ea honesta sunt. Et in quibuscunque honor magis, quam opes (*praemia sunt*). Et quaecunque non sui causa facit aliquis ex iis, quae eligenda sunt. 17 Et simpliciter bona, quaecunque pro

ἁπλῶς ἀγαθὰ, ὅσα ὑπὲρ τῆς πατρίδος τις ἐποίησε· παριδὼν τὸ αὑτοῦ. καὶ τὰ τῇ Φύσει ἀγαθά. καὶ ἃ μὴ αὐτῷ ἀγαθά· αὑτοῦ γὰρ ἕνεκα τὰ τοιαῦτα. 18 Καὶ ὅσα τεθνεῶτι ἐνδέχεται ὑπάρχειν μᾶλλον, ἢ ζῶντι· τὸ γὰρ αὐτοῦ ἕνεκα μᾶλλον ἔχει τὰ ζῶντι. 19 Καὶ ὅσα ἔργα τῶν ἄλλων ἕνεκα· ἧττον γὰρ αὐτοῦ. καὶ ὅσαι εὐπραγίαι περὶ ἄλλους, ἀλλὰ μὴ περὶ αὐτόν. καὶ περὶ τοὺς εὖ ποιήσαντας· δίκαιον γάρ. καὶ τὰ εὐεργετήματα· οὐ γὰρ εἰς αὐτόν. 20 Καὶ τὰ ἐναντία, ἢ ἐφ' οἷς αἰσχύνονται· τὰ γὰρ αἰσχρὰ αἰσχύνονται καὶ λέγοντες, καὶ ποιοῦντες, καὶ μέλλοντες· ὥσπερ καὶ Σαπφὼ πεποίηκεν, εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου,

Θέλω τί τ' εἰπῆν, ἀλλά με κωλύει
Αἰδώς·
Σ. Αἰ δ' ἶκέ σ' ἐσθλῶν ἵμερος ἢ καλῶν,

patria gesserit aliquis, commodo suo neglecto. Et quae naturâ bona sunt. Et quae non ipsi bona; nam sui ipsius causa talia sunt. 18 Et quaecunque mortuo contingit ut adsint magis, quam viventi; nam id, quod sui causa est, continent magis, (*quam*) quae viventi (*adsunt*). 19 Et quaecunque opera aliorum causa fiunt; nam minus ipsius (*agentis*) causa fiunt. Et quaecunque bonae actiones sunt erga alios, non erga ipsum (*agentem*). Et erga eos, qui benefecerunt; nam hoc iustum est. Et beneficia; non enim sunt erga ipsum (*agentem*). 20 Et contraria eorum, propter quae erubescunt; turpia enim & dicentes, & facientes, & meditantes erubescunt; quod & Sappho ostendit his versibus, dicente Alcaeo,

Fari volo; sed me prohibet
Pudor;
S. *Si quidquam honesti mens ferat ac boni,*

Καὶ μή τι εἰπῆν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,
Αἰδώς κε σεῦ οὐκ εἶχεν ὄμματ',
Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

21 Καὶ περὶ ὧν ἀγωνιῶσι μὴ φοβούμενοι· περὶ γὰρ τῶν πρὸς δόξαν φερόντων ἀγαθῶν τοῦτο πάσχουσι. 22 Καὶ αἱ τῶν φύσει σπουδαιοτέρων ἀρεταὶ καλλίους, καὶ τὰ ἔργα· οἷον, ἀνδρὸς, ἢ γυναικός. 23 Καὶ αἱ ἀπολαυστικαὶ ἄλλοις μᾶλλον, ἢ αὐτοῖς· διὸ τὸ δίκαιον καὶ ἡ δικαιοσύνη καλόν. 24 Καὶ τὸ τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι μᾶλλον, καὶ μὴ καταλλάττεσθαι· τό, τε γὰρ ἀνταποδιδόναι δίκαιον· τὸ δὲ δίκαιον καλόν· καὶ ἀνδρείου τὸ μὴ ἡττᾶσθαι. 25 Καὶ νίκη καὶ τιμὴ τῶν καλῶν· αἱρετά τε γὰρ ἄκαρπα ὄντα καὶ ὑπεροχὴν ἀρετῆς δηλοῖ. καὶ τὰ μνημονεύματα· καὶ τὰ μᾶλλον μᾶλλον. καὶ ἃ μὴ ζῶντι ἕπεται. καὶ οἷς τιμὴ ἀκολουθεῖ.

Nec lingua quidquam turpe paret tua,
Nullus oculos tuos impleret pudor,
Sed facile eloquerere honesta.

21 Et ea, pro quibus sine ullo timore decertant; nam propter bona, quae ad gloriam ferunt, ita afficiuntur. 22 Et naturâ praestantiorum virtutes & opera pulchriora sunt; ut, viri, quam mulieris. 23 Et quorum fructus ad alios potius, quam ad ipsos pervenit; unde iustum & iustitia pulchrum quiddam sunt. 24 Et ab inimicis poenas sumere potius, nec cum iis transigere; nam & iustum est, quod acceperis, vicissim referre; iustum vero pulchrum est; & fortis est, non vinci. 25 Et victoria, & honos in rebus pulchris sunt; nam expetenda sunt, cum nullum fructum afferant, & exsuperantiam virtutis ostendant. Et monumenta; & quae magis (*talia sunt*) magis. Et quae etiam post mortem sequuntur. Et qui-

καὶ τὰ περιττά. καὶ τὰ μόνῳ ὑπάρχοντα καλλίω· εὐμνημονευτότερα γάρ. καὶ κτήματα ἄκαρπα· ἐλευθεριώτερα γάρ. 26 Καὶ τὰ παρ' ἑκάστοις δὲ ἴδια καλά. καὶ ὅσα σημεῖά ἐστι τῶν παρ' ἑκάστοις ἐπαινουμένων· οἷον ἐν Λακεδαίμονι κομᾶν καλόν· ἐλευθερίας γὰρ σημεῖον· οὐ γάρ ἐστι κομῶντα ῥᾴδιον οὐδὲν ποιεῖν ἔργον θητικόν. 27 Καὶ τὸ μηδεμίαν ἐργάζεσθαι βάναυσον τέχνην· ἐλευθέρου γὰρ τὸ μὴ πρὸς ἄλλον ζῆν. 28 Ληπτέον δὲ καὶ τὰ σύνεγγυς τοῖς ὑπάρχουσιν, ὡς ταὐτὰ ὄντα καὶ πρὸς ἔπαινον, καὶ πρὸς ψόγον· οἷον τὸν εὐλαβῆ καὶ εὔψυχον δειλὸν καὶ ἐπίβουλον· καὶ τὸν ἠλίθιον χρηστόν· καὶ τὸν ἀνάλγητον πρᾷον. 29 Καὶ ἕκαστον δὲ ἐκ τῶν παρακολουθούντων ἀεὶ κατὰ τὸ βέλτιστον· οἷον, τὸν ὀργίλον καὶ τὸν μανικὸν ἁπλοῦν· καὶ τὸν αὐ-

bus honos coniunctus est. Et eximia. Et unius propria pulchriora sunt; facilius enim in memoria haerent. Et possessiones absque fructu; sunt enim liberaliores. 26 Et quae quibuscunque propria pulchra sunt. Et quaecunque signa sunt eorum, quae apud quosque laudantur; ut Lacedaemone comam alere pulchrum est; nam est libertatis signum; quoniam non facile est, ut quisquam, cui coma prolixa sit, ullum servile munus obeat. 27 Et nullam artem sordidam exercere; nam liberi hominis est, non vivere alii servientem. 28 Sumere etiam oportet vicina iis, quae in quoque insunt, tanquam eadem sint, idque tum ad laudem, tum ad vituperationem; ut cautum & bene moratum (*dicere oportet*) timidum & insidiatorem; & fatuum virum bonum; & indolentem lenem. 29 Et omnia, quae quemque consequuntur, semper in optimam partem (*detorquere oportet*); ut, iracundum & furiosum (*vocare*) simplicem; & arrogan-

θάδη μεγαλοπρεπῆ καὶ σεμνόν· καὶ τοὺς ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς ὡς ἐν ταῖς ἀρεταῖς ὄντας· οἷον τὸν θρασὺν ἀνδρεῖον· καὶ τὸν ἄσωτον ἐλευθέριον· δόξει τε γὰρ τοῖς πολλοῖς· καὶ ἅμα παραλογιστικὸν ἐκ τῆς αἰτίας· εἰ γὰρ, οὗ μὴ ἀνάγκη, κινδυνευτικὸς, πολλῷ μᾶλλον ἂν δόξειεν, ὅπου καλόν· καὶ, εἰ προετικὸς τοῖς τυχοῦσι, καὶ τοῖς φίλοις· ὑπερβολὴ γὰρ ἀρετῆς τὸ πάντας εὖ ποιεῖν. 30 Σκοπεῖν δὲ καὶ, παρ' οἷς ὁ ἔπαινος· ὥσπερ γὰρ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, οὐ χαλεπὸν, Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν. δεῖ δὲ τὸ παρ' ἑκάστοις τίμιον [ὂν] λέγειν, ὡς ὑπάρχον· οἷον, ἐν Σκύθαις, ἢ Λάκωσιν, ἢ φιλοσόφοις. καὶ ὅλως δὲ τὸ τίμιον ἄγειν εἰς τὸ καλόν· ἐπείπερ δοκεῖ γειτνιᾶν. 31 Καὶ ὅσα κατὰ τὸ προσῆκον· οἷον, εἰ ἄξια τῶν προγό-

tem magnificum· & gravem; & modum tranſeuntes, tanquam virtutibus eximios; velut audacem fortem; & prodigum liberalem; nam multis ita videbitur; & ſimul vim habet ſubdolae concluſionis ex cauſa; ſi enim extra ullam neceſſitatem ad ſubeunda pericula promtus eſt, multo magis videri poteſt (*talis*), ubi id honeſtas exigit; & ſi ſua quibuslibet dilargitur, multo magis etiam amicis; nam eſt praeſtantia virtutis, omnibus benefacere. 30 Conſiderare etiam oportet, apud quos laudemus; ut enim Socrates dicebat, audientibus Athenienſibus Athenienſes laudare, difficile non eſt. Ac quae apud quoſque magni fiunt, de iis ita differendum eſt, ac ſi re vera magnifacienda eſſent; ut inter Scythas, aut Lacedaemones, aut philoſophos. Omninoque, quod in pretio eſt, eo perducere, ut & honeſtum ſit; nam videntur haec vicina eſſe. 31 Et quaecunque ita, ut conveniebat, geſta ſunt; ut, ſi quis geſſit digna maio-

νων καὶ τῶν προϋπηργμένων· εὐδαιμονικὸν γὰρ καὶ καλὸν τὸ προσεπικτᾶσθαι τιμήν. ἢ εἰ παρὰ τὸ προσῆκον ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ τὸ κάλλιον· οἷον, εἰ ὁ εὐτυχῶν μὲν μέτριος· ὁ δ' ἀτυχῶν μεγαλόψυχος· ἢ μείζων γιγνόμενος βελτίων καὶ καταλλακτικώτερος. τοιοῦτον δὲ τὸ τοῦ Ἰφικράτους, ἐξ οἵων εἰς οἷα· καὶ τὸ τοῦ Ὀλυμπιονίκου,

Πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τραχεῖαν·

καὶ τὸ τοῦ Σιμωνίδου,

Ἥ πατρός τε, καὶ ἀνδρὸς, ἀδελφῶν τ' οὖσα τυράννων.

32 Ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν πράξεων ὁ ἔπαινος, ἴδιον δὲ τοῦ σπουδαίου τὸ κατὰ προαίρεσιν, πειρατέον δεικνύναι πράττοντα κατὰ προαίρεσιν. χρήσιμον δὲ τὸ πολλάκις φαίνεσθαι πεπραχότα. διὸ καὶ τὰ συμπτώματα

ribus ſuis, & iis, quae prius geſſerat; nam & in felicitatis parte ponendum, & honeſtum eſt, novam gloriam acquirere. Aut ſi quid melius & pulchrius actum eſt, quam convenire videbatur; ut, ſi quis in proſperis quidem rebus moderatus; in adverſis vero magno & excelſo animo eſt; aut potentior factus tanto aequior & placabilior. Tale eſt illud Iphicratis, *Ex qualibus ad qualia;* & illud Olympionicae,

Pridem humeris duram geſtabam corbem;

& illud Simonidae,

Quae patremque virumque & fratres nacta tyrannos.

32 Quando autem laus ex actionibus oritur; proprium vero eſt viri boni, conſulto agere; conandum eſt, ut, quod actum eſt, conſulto actum eſſe oſtendatur. Utile vero eſt ad hoc, ut idem ſaepius aliquis egiſſe videatur. Quocirca & ea, quae contigerunt, & quae fortui-

καὶ τὰ ἀπὸ τύχης ὡς ἐν προαιρέσει λεκτέον· ἂν γὰρ πολλὰ καὶ ὅμοια προφέρηται, σημεῖον ἀρετῆς εἶναι δόξει καὶ προαιρέσεως. 33 Ἔστι δ' ἔπαινος λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς. δεῖ οὖν τὰς πράξεις ἐπιδεικνύναι, ὡς τοιαῦται· τὸ δ' ἐγκώμιον τῶν ἔργων ἐστί. τὰ δὲ κύκλῳ εἰς πίστιν· οἷον εὐγένεια καὶ παιδεία· εἰκὸς γὰρ, ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθὸν, καὶ τὸν οὕτω τραφέντα τοιοῦτον εἶναι· διὸ καὶ ἐγκωμιάζομεν πράξαντας. τὰ δ' ἔργα σημεῖα τῆς ἕξεώς εἰσιν· ἐπεὶ ἐπαινοῦμεν καὶ μὴ πεπραγότα, εἰ πιστεύοιμεν, εἶναι τοιοῦτον. 34 Μακαρισμὸς δὲ καὶ εὐδαιμονισμὸς αὐτοῖς μὲν ταὐτὰ· τούτοις δὲ οὐ ταὐτά· ἀλλ' ὥσπερ ἡ εὐδαιμονία τὴν ἀρετὴν, καὶ ὁ εὐδαιμονισμὸς περιέχει ταῦτα. 35 Ἔχει δὲ κοινὸν εἶδος ὁ ἔπαινος καὶ αἱ συμβουλαί· ἃ γὰρ ἐν

to evenerunt, ita ſumenda ſunt, ac ſi conſulto facta ſint; nam ſi multa & conſimilia proferantur, id argumentum virtutis eſſe videbitur, & rei conſulto factae. 33 Eſt autem laus oratio magnitudinem virtutis declarans. Oſtendendum igitur eſt, tales eſſe actiones; encomium autem operum eſt. Quae autem extra ſunt (*die äuſſern Umſtände*) ad fidem faciendam (*aſſumenda ſunt*); ut nobilitas, & educatio; conſentaneum enim eſt, ex bonis bonum oriri, & ita educatum talem eſſe; quocirca etiam celebramus eos, qui iam tale quid geſſerunt. Nam opera ſunt ſigna, quo quiſque ſit animi habitu; quoniam laudaremus eum, qui tale nihil fecerit, ſi certe talem eum eſſe crederemus, (*qui eiuſmodi opera facere poſſit.*) 34 Macariſmus vero & Eudaemoniſmus (*orationes, quibus* beatum & felicem *aliquem praedicamus*), inter ſe quidem eadem ſunt; ſed cum his (*de quibus modo dictum eſt*) non eadem; ſed ut felicitas continet virtutem, ſic haec eudaemoniſmo continentur. 35 Communem autem formam & rationem habent laudes &

τῷ συμβουλεύειν ὑπόθοιο ἂν, ταῦτα μετατεθέντα τῇ λέξει ἐγκώμια γίγνεται. 36 Ἐπεὶ οὖν ἔχομεν, ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ποῖόν τινα εἶναι, δεῖ ταῦτα, ὡς ὑποθήκας, λέγοντας, τῇ λέξει μετατιθέναι καὶ στρέφειν· οἷον, ὅτι οὐ δεῖ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην, ἀλλὰ τοῖς δι' αὐτόν. οὕτω μὲν οὖν λεχθὲν ὑποθήκην δύναται· ὧδὶ δὲ ἔπαινον· μέγα φρονῶν οὐ τοῖς διὰ τύχην ὑπάρχουσιν, ἀλλὰ τοῖς δι' αὐτόν. ὥστε ὅταν ἐπαινεῖν βούλῃ, ὅρα, τί ἂν ὑπόθοιο· καὶ ὅταν ὑποθέσθαι, ὅρα, τί ἂν ἐπαινέσειας. 37 Ἡ δὲ λέξις ἔσται ἀντικειμένη ἐξ ἀνάγκης, ὅταν τὸ μὲν κωλύον· τὸ δὲ μὴ κωλύον μετατεθῇ. 38 Χρηστέον δὲ καὶ τῶν αὐξητικῶν πολλοῖς· οἷον, εἰ μόνος, ἢ πρῶτος, ἢ μετ' ὀλίγων, ἢ καὶ ὁ μάλιστα πεποίηκεν· ἅπαντα γὰρ ταῦτα καλά. καὶ τὸ

deliberationes; quae enim in consilio dando praecipe-res, ea, mutato tantum orationis genere, encomia fiunt. 36 Quando igitur, quae facere, & qualem esse virum bonum oporteat, tenemus, haec quasi praecepta tradentes inflectere, & ipso dicendi genere immutare oportet; velut non oportet superbire fortunae bonis, sed suis. Hoc ita dictum praecepti vim habet; laudis autem hoc modo; magno & excelso animo est non fortunae bonis fretus, sed suis. Itaque cum quempiam laudare velis, vide, quid praecipias; &, quando praeceperis, vide, quid laudes. 37 Genus autem dicendi necessario aliud atque aliud erit, cum oratio, qua quid vetatur, in eam, qua nihil vetatur, commutata fuerit. 38 Utendum est etiam multis eorum, quae ad augendum valent; ut, si solus, vel primus, vel cum paucis, vel etiam, si quid maxime fecerit; omnia enim haec honesta sunt. Ex temporibus quoque & rerum momentis

ἐκ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν· ταῦτα δὲ παρὰ τὸ προσῆκον. καὶ εἰ πολλάκις τὸ αὐτὸ κατώρθωκε· μέγα γὰρ, καὶ οὐκ ἀπὸ τύχης, ἀλλὰ δι' αὐτὸν ἂν δόξειε. καὶ εἰ τὰ προτρέποντα καὶ τιμῶντα διὰ τοῦτον εὑρηται καὶ κατεσκευάσθη· καὶ εἰς ὃν πρῶτον ἐγκώμιον ἐποιήθη· οἷον, εἰς Ἱππόλοχον, καὶ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, τὸ ἐν ἀγορᾷ σταθῆναι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐναντίων. κἂν μὴ καθ' αὑτὸν εὐπορῇς, πρὸς ἄλλους ἀντιπαραβάλλειν· ὅπερ Ἰσοκράτης ἐποίει διὰ τὴν συνήθειαν * τοῦ δικολογεῖν. δεῖ δὲ πρὸς ἐνδόξους συγκρίνειν· αὐξητικὸν γὰρ καὶ καλὸν, εἰ σπουδαίων βελτίων. 39 Πίπτει δ' εὐλόγως ἡ αὔξησις εἰς τοὺς ἐπαίνους· ἐν ὑπεροχῇ γάρ ἐστιν· ἡ δ' ὑπεροχὴ τῶν καλῶν. διὸ κἂν μὴ πρὸς τοὺς ἐνδόξους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πολ-

multa ad laudandum ducuntur; talia ſunt, ſi quis fecerit ſupra, quam convenire videbatur. Et ſi ſaepe eadem in re bene ſe geſſit; magnum enim, neque fortuito, ſed ipſius virtute factum videtur. Et ſi quae ad incitandum & honorandum valent per hunc reperta & comparata ſunt; & in quem primum encomium factum eſt; ut, in Hippolochum, & Harmodium & Ariſtogitonem, ſtatuis iis in foro poſitis. Similiter vero etiam in contrariis. Quod ſi ex eo ipſo, (*qui laudatur*,) ſatis multa non ſuppetant, comparandus erit cum aliis; quod quidem faciebat Iſocrates, ut qui tractandis iudiciis erat aſſuetus. Cum illuſtribus autem comparare oportet; amplum & praeclarum enim eſt, ſi praeſtantibus viris praeſtet. 39 Accommodata eſt autem amplificatio ad laudes; nam in exſuperantia verſatur; exſuperantia vero e genere pulchrorum eſt. Quare ſi cum illuſtribus non liceat, certe tamen cum plurimis comparare

λοὺς δεῖ παραβάλλειν, ἐπείπερ ἡ ὑπεροχὴ δοκεῖ μηνύειν ἀρετήν. 40 Ὅλως δὲ τῶν κοινῶν εἰδῶν ἅπασι τοῖς λόγοις ἡ μὲν αὔξησις ἐπιτηδειοτάτη τοῖς ἐπιδεικτικοῖς· τὰς γὰρ πράξεις ὁμολογουμένας λαμβάνουσιν· ὥστε λοιπὸν, μέγεθος περιθεῖναι καὶ κάλλος· τὰ δὲ παραδείγματα τοῖς συμβουλευτικοῖς· ἐκ γὰρ τῶν προγεγονότων τὰ μέλλοντα καταμαντευόμενοι κρίνομεν· τὰ δ' ἐνθυμήματα τοῖς δικανικοῖς· αἰτίαν γὰρ καὶ ἀπόδειξιν μάλιστα δέχεται τὸ γεγονὸς διὰ τὸ σαφές. 41 Ἐκ τίνων μὲν οὖν οἱ ἔπαινοι καὶ οἱ ψόγοι λέγονται σχεδὸν πάντες, καὶ πρὸς ποῖα δεῖ βλέποντας ἐπαινεῖν καὶ ψέγειν, καὶ ἐκ τίνων τὰ ἐγκώμια γίγνεται καὶ τὰ ὀνείδη, ταῦτ' ἐστίν· ἐχομένων γὰρ τούτων, τὰ ἐναντία τούτοις φανερά· ὁ γὰρ ψόγος ἐκ τῶν ἐναντίων ἐστίν.

oportet, cum exſuperantia ipſa virtutem indicare videatur. 40 Omnino autem formarum omnibus orationum generibus communium Amplificatio quidem oſtentativis accommodatiſſima eſt; actiones enim confeſſas hae ſibi ad tractandum ſumunt, ut nihil aliud requiratur, quam ut augeantur & exornentur; Exempla autem deliberativis; nam ex praeteritis tanquam vaticinantes de futuris iudicamus; Enthymemata vero iudicialibus; cauſam enim & demonſtrationem maxime recipit id, quod factum eſt, cum clarum ſit. 41 E quibus laudes & vituperationes fere omnes ducuntur, & quae intueri oportet laudantes & vituperantes, & unde cum encomia oriuntur, tum probra, haec fere ſunt; his enim cognitis, contraria quoque nobis perſpicua erunt; nam ex contrariis vituperandi argumenta ſumuntur.

ΚΕΦ. ι'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΣ ΚΑΙ ΑΠΟΛΟΓΙΑΣ, ΕΚ ΠΟΣΩΝ ΚΑΙ ΠΟΙΩΝ ΔΕΙ ΠΟΙΕΙΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ΣΥΛΛΟΓΙΣΜΟΥΣ.

Περὶ δὲ τῆς κατηγορίας καὶ ἀπολογίας, ἐκ πόσων καὶ ποίων ποιεῖσθαι δεῖ τοὺς συλλογισμούς, ἐχόμενον ἂν εἴη λέγειν. 2 Δεῖ δὴ λαβεῖν τρία· ἓν μὲν, τίνων, καὶ πόσων ἕνεκα ἀδικοῦσι· δεύτερον δὲ, πῶς αὐτοὶ διακείμενοι· τρίτον δὲ, τοὺς ποίους, καὶ πῶς ἔχοντας. 3 Διορισάμενοι οὖν τὸ ἀδικεῖν λέγωμεν ἑξῆς. ἔστω δὴ τὸ ἀδικεῖν τὸ βλάπτειν ἑκόντα παρὰ τὸν νόμον. νόμος δ' ἐστὶν ὁ μὲν ἴδιος· ὁ δὲ κοινός. λέγω δὲ ἴδιον μὲν, καθ' ὃν γεγραμμένον πολιτεύονται· κοινὸν δὲ, ὅσα ἄγραφα παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι δοκεῖ. ἑκόντες δὲ ποιοῦσιν, ὅσα εἰδότες, καὶ μὴ ἀναγκαζόμενοι. ὅσα

CAP. X.

De accusatione & defensione; ex quot & quibus facere oporteat syllogismos.

De accusatione & defensione, ex quot & quibusnam syllogismos eruere oporteat, iam dicendum est. 2 Considerandа nimirum sunt tria, quae, quotque sint ea, quibus ad inferendam iniuriam impelluntur; secundum vero, quomodo ipsi fuerint affecti; tertium denique, quibus, & quomodo affectis (*iniuriam*) fecerint. 3 Explicemus igitur haec deinceps, si prius definierimus, quid sit iniuriam facere. Iam vero sit iniuriam facere sponte laedere adversus legem. Lex autem est alia propria, alia communis. Voco autem propriam quidem, ex qua scripto comprehensa civitas administratur; communem vero, quaecunque non scripta probari omnium gentium consensu videntur. Sponte autem faciunt, quaecunque scientes, nec coacti. Non autem quaecunque

μὲν οὖν ἑκόντες, οὐ πάντα προαιρούμενοι· ὅσα δὲ προαιρούμενοι, εἰδότες ἅπαντα· οὐδεὶς γὰρ, ὃ προαιρεῖται, ἀγνοεῖ. 4 Διὰ ἃ δὲ προαιροῦνται βλάπτειν, καὶ φαῦλα ποιεῖν παρὰ τὸν νόμον, κακία ἐστὶ καὶ ἀκρασία· ἐὰν γάρ τινες ἔχωσι μοχθηρίαν ἢ μίαν, ἢ πλείους, περὶ δὲ τοῦτο, ὃ μοχθηροὶ τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ ἄδικοί εἰσιν· οἷον, ὁ μὲν ἀνελεύθερος περὶ χρήματα· ὁ δὲ ἀκόλαστος περὶ τὰς τοῦ σώματος ἡδονάς· ὁ δὲ μαλακὸς περὶ τὰ ῥᾴθυμα· ὁ δὲ δειλὸς περὶ τοὺς κινδύνους· τοὺς γὰρ συγκινδυνεύοντας ἐγκαταλιμπάνουσι διὰ τὸν φόβον· ὁ δὲ φιλότιμος διὰ τιμήν· ὁ δ' ὀξύθυμος δι' ὀργήν· ὁ δὲ φιλόνικος διὰ νίκην· ὁ δὲ πικρὸς διὰ τιμωρίαν· ὁ δ' ἄφρων διὰ τὸ ἀπατᾶσθαι περὶ τὸ δίκαιον καὶ ἄδικον· ὁ δ' ἀναίσχυντος δι' ὀλιγωρίαν δόξης. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος περὶ ἕκαστον τῶν ὑποκειμένων. 5 Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων δῆλον τὰ μὲν

sponte, eadem omnia etiam consulto faciunt; at quaecunque consulto, eadem omnia scientes; nemo enim id ignorat, quod consulto facere instituit. 4 Cur autem laedendi & male faciendi adversus legem consilium capiant, (*causae sunt*) improbitas & incontinentia; nam si qui habeant vitium aut unum, aut plura, eatenus sunt etiam iniusti; ut, avarus circa opes; intemperans vero circa voluptates corporis; mollis circa ignaviam; timidus circa pericula; timidi enim periculi socios propter metum deserunt; ambitiosus propter honorem; iracundus propter iram; victoriae cupidus propter victoriam; iniuriae memor propter ultionem; stultus propter errorem in diiudicando iusto & iniusto; impudens propter existimationis contemtum. Similiter vero etiam aliis vitiis laborantes circa haec singula (*iniusti sunt*). 5 Sed haec quidem facile

ἐκ τῶν περὶ τὰς ἀρετὰς εἰρημένων· τὰ δὲ ἐκ τῶν περὶ τὰ πάθη ῥηθησομένων. λοιπὸν δ' εἰπεῖν, τίνος ἕνεκα, καὶ πῶς ἔχοντες ἀδικοῦσι, καὶ τίνας. 6 Πρῶτον μὲν οὖν διελώμεθα, τίνων ὀρεγόμενοι, καὶ ποῖα φεύγοντες, ἐγχειροῦμεν ἀδικεῖν. δῆλον γὰρ, ὡς τῷ μὲν κατηγοροῦντι, πόσα καὶ ποῖα τούτων ὑπάρχει τῷ ἀντιδίκῳ, σκεπτέον, ὧν ἐφιέμενοι πάντες τοὺς πλησίον ἀδικοῦσι· τῷ δ' ἀπολογουμένῳ, ποῖα καὶ πόσα τούτων οὐχ ὑπάρχει. 7 Πάντες δὴ πράττουσι πάντα τὰ μὲν οὐ δι' αὑτούς· τὰ δὲ δι' αὑτούς. τῶν μὲν οὖν μὴ δι' αὑτοὺς τὰ μὲν διὰ τύχην πράττουσι· τὰ δὲ ἐξ ἀνάγκης. τῶν δ' ἐξ ἀνάγκης τὰ μὲν βίᾳ· τὰ δὲ φύσει. ὥστε πάντα, ὅσα μὴ δι' αὑτοὺς πράττουσι, τὰ μὲν ἀπὸ τύχης· τὰ δὲ φύσει· τὰ δὲ βίᾳ. ὅσα δὲ δι' αὑτοὺς, καὶ ὧν αὐτοὶ

intelligi poſſunt tum ex iis, quae de virtutibus dicta ſunt, tum ex iis, quae de permotionibus animi dicturi ſumus. Reliquum eſt, ut dicamus, cuius rei cauſa, & quomodo affecti, & quos iniuria afficiant. 6 Primum igitur exponamus, quarum rerum aut appetitione, aut fuga, ad faciendam iniuriam aggrediantur. Conſtat enim, accuſanti quidem diligenter videndum eſſe, quot & cuiuſmodi ex his in adverſario inſint, quorum cupiditate homines iniuriam aliis faciunt; defendenti autem, cuiuſmodi & quot ex his non inſint. 7 Omnes autem omnia faciunt partim non per ſe ipſos; partim vero per ſe ipſos. Atque eorum quidem, quae non per ſe ipſos, alia fortuito faciunt, alia ex neceſſitate. Eorum autem, quae neceſſario, alia quidem per vim; alia vero natura. Quare omnia, quae non per ſe ipſos faciunt, alia quidem fortuito; alia vero natura; alia denique per vim. Quaecunque autem per ſe ipſos, quorumque ipſi

αἴτιοι, τὰ μὲν δι' ἔθος· τὰ δὲ δι' ὄρεξιν· καὶ τὰ μὲν διὰ λογιστικὴν ὄρεξιν· τὰ δὲ δι' ἀλόγιστον. 8 Ἔστι δὲ ἡ μὲν βούλησις μετὰ λόγου ὄρεξις ἀγαθοῦ· οὐδεὶς γὰρ βούλεται, ἀλλ' ἢ ὅ, τ' ἂν οἰηθείη εἶναι ἀγαθόν· ἄλογοι δ' ὀρέξεις, ὀργὴ καὶ ἐπιθυμία. ὥστε πάντα, ὅσα πράττουσιν, ἀνάγκη πράττειν δι' αἰτίας ἑπτὰ, διὰ τύχην, διὰ βίαν, διὰ φύσιν, δι' ἔθος, διὰ λογισμὸν, διὰ θυμὸν, δι' ἐπιθυμίαν. 9 Τὸ δὲ προσδιαιρεῖσθαι καθ' ἡλικίας, ἢ ἕξεις, ἢ ἄλλ' ἄττα τὰ πραττόμενα, περίεργον. εἰ γὰρ συμβέβηκε τοῖς νέοις ὀργίλοις εἶναι, ἢ ἐπιθυμητικοῖς, οὐ διὰ τὴν νεότητα πράττουσι τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ δι' ὀργὴν καὶ ἐπιθυμίαν. οὐδὲ διὰ πλοῦτον καὶ πενίαν· ἀλλὰ συμβέβηκε τοῖς μὲν πένησι, διὰ τὴν ἔνδειαν ἐπιθυμεῖν χρημάτων· τοῖς δὲ πλουσίοις, διὰ

causae sunt, alia quidem consuetudine, alia vero appetitione; eorumque partim appetitione rationis participe, partim rationis experte. 8 Est autem voluntas quidem appetitio boni cum ratione coniuncta; nemo enim aliud vult, quam quod bonum putaverit; appetitiones vero rationis expertes sunt ira & cupiditas. Ita quaecunque (*homines*) agunt, ob unam e septem causis agant necesse est: fortunam, vim, naturam, consuetudinem, rationem, iram, cupiditatem. 9 Ulterius autem ea distinguere pro aetatum, aut habituum animi, aut aliarum rerum agendarum varietate, supervacaneum est. Non enim si evenit iuvenibus, ut iracundi sint, aut cupiditatibus efferantur, causa est iuventus, cur talia faciant, sed ira & cupiditas. Neque (*divites & egentes*) propter divitias aut paupertatem talia faciunt, sed pauperibus quidem propter indigentiam evenit, ut opes concupiscant; divitibus vero propter facultatem, ut vo-

τὴν ἐξουσίαν ἐπιθυμεῖν τῶν μὴ ἀναγκαίων ἡδονῶν. ἀλλὰ πράξουσι καὶ οὗτοι οὐ διὰ πλοῦτον καὶ πενίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ δίκαιοι καὶ οἱ ἄδικοι, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ λεγόμενοι κατὰ τὰς ἕξεις πράττειν, διὰ ταῦτα πάντα πράξουσιν· ἢ γὰρ διὰ λογισμὸν, ἢ διὰ πάθος· ἀλλ' οἱ μὲν δι' ἤθη καὶ πάθη χρηστά· οἱ δὲ διὰ τἀναντία. 10 Συμβαίνει μέντοι ταῖς μὲν τοιαύταις ἕξεσι τὰ τοιαῦτα ἀκολουθεῖν· ταῖς δὲ τοιαῖσδε τὰ τοιάδε· εὐθὺς γὰρ ἴσως τῷ μὲν σώφρονι διὰ τὸ σῶφρον δόξαι τε καὶ ἐπιθυμίαι χρηστὰι ἑπακολουθοῦσι περὶ τῶν ἡδονῶν· τῷ δ' ἀκολάστῳ αἱ ἐναντίαι περὶ τῶν αὐτῶν τούτων. 11 Διὸ τὰς μὲν τοιαύτας διαιρέσεις ἐατέον· σκέπτεον δὲ, ποῖα ποίοις εἴωθεν ἕπεσθαι· εἰ μὲν γὰρ λευκὸς ἢ μέλας, ἢ μέγας ἢ μικρὸς, οὐδὲν τέτακται τῶν τοιούτων ἀκολουθεῖν· εἰ δὲ νέος ἢ πρεσβύτης, ἢ δίκαιος ἢ ἄδικος, ἤδη διαφέρει.

luptates non neceſſarias ſectentur. Verum hi quoque agent non divitiis & paupertate impulſi, ſed cupiditate. Similiter vero etiam iuſti iniuſtique, & alii, qui ſecundum habitus agere dicuntur, iiſdem impulſi cauſis omnia agent; aut enim ratiocinatione, aut motu animi; ſed illi quidem bonis moribus motibuſque animi; hi vero contrariis. 10 Contingit autem, ut hoſce habitus haecce conſequantur; alios vero alia; ſtatim enim forſitan temperantem propter temperantiam opiniones de voluptatibus & cupiditates bonae conſequuntur; intemperantis vero his ipſis de rebus contraria iudicia ſunt. 11 Quare eiuſmodi quidem diviſiones praetermittendae ſunt; conſiderandum autem eſt, quae quoſque conſequi ſoleant; nam albus quidem an ater ſit aliquis, magnus an parvus, nihil ad hanc rem intereſt; utrum vero iuvenis an ſenex, iuſtus an iniuſtus ſit, hoc iam

καὶ ὅλως, ὅσα τῶν συμβαινόντων ποιεῖ διαφέρειν τὰ ἤθη τῶν ἀνθρώπων· οἷον, πλουτεῖν δοκείτω ἢ πένεσθαι, διοίσει τι· καὶ ἀτυχεῖν ἢ εὐτυχεῖν. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐροῦμεν· νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν εἴπωμεν πρῶτον. 12 Ἔστι δ' ἀπὸ τύχης μὲν τὰ τοιαῦτα γιγνόμενα, ὅσων ἥ τε αἰτία ἀόριστος, καὶ μὴ ἕνεκά του γίγνεται· καὶ μήτε αἰεὶ, μήτε ὡς ἐπιτοπολὺ, μήτε τεταγμένως. δῆλον δ' ἐκ τοῦ ὁρισμοῦ τῆς τύχης περὶ τούτων. 13 Φύσει δὲ, ὅσων ἥ τε αἰτία ἐν αὐτοῖς καὶ τεταγμένη· ἢ γὰρ αἰεὶ, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὡσαύτως ἀποβαίνει· τὰ γὰρ παρὰ φύσιν οὐδὲν δεῖ ἀκριβολογεῖσθαι, πότερον κατὰ φύσιν τινὰ, ἢ ἄλλην αἰτίαν γίγνεται. δόξειε δ' ἂν καὶ ἡ τύχη αἰτία εἶναι τῶν τοιούτων. 14 Βίᾳ δὲ, ὅσα παὸ ἐπιθυμίαν ἢ τοὺς λογισμοὺς γίγνεται δι' αὐτῶν τῶν πραττόντων. 15 Ἔθει δὲ, ὅσα διὰ τὸ πολ-

intereſt. Omninoque, quaecunque ita eveniunt, ut varient mores hominum; velut, dives aliquis an pauper videatur, intererit aliquid; & adverſa an proſpera fortuna uti. Haec igitur poſtea perſequemur; nunc de reliquis primum differamus. 12 Proficiſcuntur autem a fortuna, quorum cauſa eſt indefinita, & quae non alicuius cauſa fiunt; neque ſemper, neque plerumque, neque ordinatim. Patent vero haec ex ipſa fortunae definitione. 13 Naturâ vero (*fiunt*), quorum in ipſis cauſa eſt, eaque ſecundum legem aliquam; aut enim ſemper, aut plerumque eodem modo eveniunt; ſiquidem, quae eveniunt praeter naturam, ea accurate conſiderare nihil neceſſe eſt, naturâne quâdam, an aliam ob cauſam eveniant. Videri autem poteſt fortuna quoque talium cauſa eſſe. 14 Vi autem (*fiunt*), quae per ipſos agentes eveniunt, contra quam cupiant, aut faciendum eſſe ſtatuant. 15 Conſuetudine vero (*agunt*), quaecun-

λάκις πεποιηκέναι ποιοῦσι. 16 Διὰ λογισμὸν δὲ τὰ δοκοῦντα συμφέρειν ἐκ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν, ἢ ὡς τέλος, ἢ ὡς πρὸς τὸ τέλος, ὅταν διὰ τὸ συμφέρον πράττηται· ἔνια γὰρ καὶ οἱ ἀκόλαστοι συμφέροντα πράττουσιν, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ συμφέρον, ἀλλὰ δι' ἡδονήν. 17 Διὰ θυμὸν δὲ καὶ ὀργὴν τὰ τιμωρητικά. διαφέρει δὲ τιμωρία καὶ κόλασις· ἡ μὲν γὰρ κόλασις τοῦ πάσχοντος ἕνεκά ἐστιν· ἡ δὲ τιμωρία τοῦ ποιοῦντος, ἵνα ἀποπληρωθῇ. περὶ μὲν οὖν τίνα ἐστὶν ἡ ὀργὴ, δῆλον ἔσται ἐν τοῖς περὶ παθῶν. 18 Δι' ἐπιθυμίαν δὲ πράττεται, ὅσα φαίνεται ἡδέα. ἔστι δὲ καὶ τὸ σύνηθες καὶ τὸ ἐθιστὸν ἐν τοῖς ἡδέσι· πολλὰ γὰρ καὶ τῶν φύσει μὴ ἡδέων, ὅταν ἐθισθῶσιν, ἡδέως ποιοῦσιν. ὥστε συλλαβόντι εἰπεῖν, ὅσα δι' αὐτοὺς πράττουσιν, ἅπαν-

que faciunt propterea, quia saepe fecerunt. 16 Iudicio autem (*fiunt*), quaecunque ex iis, quae bona diximus, utilia esse videntur, aut ut finis, aut ut pertinentia ad finem, si, quia prosunt, idcirco fiunt; nam quaedam utilia etiam intemperantes faciunt, non propter utilitatem, sed propter voluptatem. 17 Per excandescentiam autem & iram (*fiunt*), quae ad ultionem pertinent. Differunt vero *ultio* & *castigatio;* nam castigatio quidem refertur ad bonum eius, qui eam recipit; at ultio ad eum, qui poenam exigit, ut (*animus ipsius*) satietur. Quas circa res versetur ira, manifestum erit ex iis, quae de motibus animi dicturi sumus. 18 Per cupiditatem autem fiunt, quae suavia videntur. Est autem quoque solitum, & id, cui assuevimus, inter suavia; multa enim eorum, quae naturâ suavia non sunt, ubi eis assueverint, cum voluptate faciunt. Denique, ut omnia summatim complectamur, quaecunque per se homines

τά ἐστιν [ἢ] ἀγαθὰ ἢ φαινόμενα ἀγαθὰ, ἢ ἡδέα ἢ φαινόμενα ἡδέα. ἐπεὶ δ', ὅσα δι' αὐτοὺς, ἑκόντες πράττουσιν· οὐχ ἑκόντες δὲ, ὅσα μὴ δι' αὐτούς· πάντ' ἂν εἴη, ὅσα ἑκόντες πράττουσιν, [ἢ] ἀγαθὰ ἢ φαινόμενα ἀγαθὰ, ἢ ἡδέα ἢ φαινόμενα ἡδέα. τίθημι γὰρ καὶ τὴν τῶν κακῶν ἢ φαινομένων κακῶν ἀπαλλαγὴν, ἢ ἀντὶ μείζονος ἐλάττονος μετάληψιν, ἐν τοῖς ἀγαθοῖς· αἱρετὰ γάρ πως ἐστι· καὶ τὴν τῶν λυπηρῶν ἢ φαινομένων [ἢ] ἀπαλλαγὴν, ἢ μετάληψιν ἀντὶ μειζόνων ἐλαττόνων, ὡσαύτως ἐν τοῖς ἡδέσιν. 19 Ληπτέον ἄρα τὰ συμφέροντα καὶ τὰ ἡδέα πόσα καὶ ποῖα. περὶ μὲν οὖν τοῦ συμφέροντος ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς εἴρηται πρότερον· περὶ δὲ τοῦ ἡδέος εἴπωμεν νῦν. δεῖ δὲ νομίζειν ἱκανοὺς εἶναι τοὺς ὅρους, ἐὰν ὦσι περὶ ἑκάστου μήτε ἀσαφεῖς, μήτε ἀκριβεῖς.

faciunt, ea omnia ſunt aut bona, aut videntur bona, aut ſuavia, aut videntur ſuavia. Quando autem, quae per ſe faciunt, ſponte faciunt; non ſponte autem, quae non per ſe; ſequitur, ut omnia, quae ſponte faciunt, aut bona ſint, aut videantur bona, aut ſuavia ſint, aut ſuavia videantur. Etenim pono etiam in bonis depulſionem malorum, aut eorum, quae videntur mala, item commutationem maioris in minus; nam haec quodammodo expetenda ſunt; & liberationem ab iis, quae moleſta ſunt, aut videntur, aut maiorum in minora commutationem, eodem modo in iucundorum numero. 19 Comprehendendum igitur eſt, quot, & quaenam ſint tum utilia, tum ſuavia. Ac de utili quidem dictum eſt prius in deliberativis; de ſuavi autem nunc differamus. Contentos vero nos eſſe oportet definitionibus cuiuſque rei, ſi neque obſcurae ſint, neque exquiſitae.

ΚΕΦ. ια'.

ΑΤΙΝΑ ΗΔΕΑ.

Ὑποκείσθω δ' ἡμῖν, εἶναι τὴν ἡδονὴν κίνησίν τινα ψυχῆς, καὶ κατάστασιν ἁθρόαν καὶ αἰσθητὴν εἰς τὴν ὑπάρχουσαν φύσιν· λύπην δὲ τοὐναντίον. 2 Εἰ δή ἐστιν ἡ ἡδονὴ τὸ τοιοῦτον, δῆλον, ὅτι καὶ ἡδύ ἐστι τὸ ποιητικὸν τῆς εἰρημένης διαθέσεως· τὸ δὲ φθαρτικὸν, ἢ τῆς ἐναντίας καταστάσεως ποιητικὸν, λυπηρόν. 3 Ἀνάγκη οὖν, ἡδὺ εἶναι τό, τε εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἰέναι ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· καὶ μάλιστα, ὅταν ἀπειληφότα ᾖ τὴν ἑαυτῶν φύσιν, τὰ κατ' αὐτὴν γιγνόμενα· καὶ τὰ ἔθη· καὶ γὰρ τὸ εἰθισμένον ὥσπερ πεφυκὸς ἤδη γίγνεται· ὅμοιον γάρ τι τὸ ἔθος τῇ φύσει· ἐγγὺς γὰρ καὶ τὸ πολλάκις τῷ ἀεί· ἔστι δὲ ἡ μὲν φύσις τοῦ ἀεί· τὸ δὲ ἔθος

CAP. XI.

Quaenam ſint iucunda.

Poſitum ſit igitur nobis, voluptatem eſſe motionem quandam animi, & conſtitutionem vigentem ſenſuque percipiendam in ſtatu convenienti naturae; moleſtiam autem eſſe contrarium. 2 Quod ſi voluptas tale quiddam eſt, patet, iucundum quoque eſſe id, quod talem affectionem efficit; quod autem eam deſtruit, aut contrariam conſtitutionem efficit, eſſe moleſtum. 3 Neceſſe igitur eſt, iucundum eſſe plerumque, ad id, quod naturae conſentaneum eſt, tendere; maximeque, cum ea, quae ex natura fiunt, ſtatum convenientem naturae ſuae recuperaverint; & (*iucundas eſſe*) conſuetudines; nam id, cui aſſuevimus, tanquam in naturam abit; naturae enim ſimile quiddam eſt conſuetudo; nam Saepe & Semper inter ſe vicina ſunt; natura autem eius eſt, quod ſemper; conſuetudo vero eius, quod ſaepe

τοῦ πολλάκις. 4 Καὶ τὸ μὴ βίαιον δέ· παρὰ φύσιν γὰρ ἡ βία. διὸ αἱ ἀνάγκαι λυπηρόν· καὶ ὀρθῶς εἴρηται,

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔφυ·

τὰς δ' ἐπιμελείας, καὶ τὰς σπουδὰς, καὶ τὰς συντονίας, λυπηράς· ἀναγκαῖα γὰρ καὶ βίαια ταῦτα, ἐὰν μὴ ἐθισθῶσιν· οὕτω δὲ τὸ ἔθος ποιεῖ ἡδύ. τὰ δ' ἐναντία ἡδέα· διὸ αἱ ῥᾳθυμίαι, καὶ αἱ ἀπονίαι, καὶ αἱ ἀμέλειαι, καὶ αἱ παιδιαὶ, καὶ αἱ ἀναπαύσεις, καὶ ὁ ὕπνος, τῶν ἡδέων· οὐδὲν γὰρ πρὸς ἀνάγκην τούτων. 5 Καὶ οὗ ἂν ἡ ἐπιθυμία ἐνῇ, ἅπαν ἡδύ· ἡ γὰρ ἐπιθυμία τοῦ ἡδέος ἐστὶν ὄρεξις. τῶν δ' ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν ἄλογοί εἰσιν· αἱ δὲ μετὰ λόγου. λέγω δὲ ἀλόγους μὲν, ὅσας μὴ ἐκ τοῦ ὑπολαμβάνειν τι ἐπιθυμοῦσιν· εἰσὶ δὲ τοιαῦται, ὅσαι λέγονται εἶναι φύσει, ὥσπερ αἱ διὰ

(*fit*). 4 Et (*iucundum eſt*), quod violentum non eſt; vis enim naturae adverſatur. Quare neceſſitatibus adiuncta eſt moleſtia; rectèque dictum eſt,

Nam quidquid facere eſt cuique neceſſe, grave eſt;

curas vero, & ſtudia, & contentiones, eſſe moleſtas; nam neceſſaria haec ſunt & violenta, niſi in conſuetudinem abierint; tunc autem conſuetudo voluptatem efficit. Contraria autem illis ſuavia ſunt; quocirca remiſſiones animi, & laborum vacationes, & negligentia, & ludi, & ceſſationes, & ſomnus, in rebus ſuavibus ſunt; nihil enim horum ad neceſſitatem refertur. 5 Et quidquid cupimus, ſuave eſt; nam cupiditas eſt iucundi appetitio. Cupiditatum autem aliae rationis expertes ſunt; aliae vero cum ratione coniunctae. Voco autem rationis expertes, quae non ex opinione aliqua naſcuntur; tales autem ſunt, quae vocantur naturales, ut quae a corpore proficiſcuntur; qua-

τοῦ σώματος ὑπάρχουσαι· οἷον, ἡ τροφῆς, δείψα καὶ πεῖνα, καὶ καθ' ἕκαστον εἶδος τροφῆς ἐπιθυμία· καὶ αἱ περὶ τὰ γευστὰ, καὶ περὶ τὰ ἀφροδίσια, καὶ ὅλως τὰ ἁπτὰ, καὶ περὶ ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ ἀκοὴν, καὶ ὄψιν. μετὰ λόγου δὲ, ὅσα ἐκ τοῦ πεισθῆναι ἐπιθυμοῦσι· πολλὰ γὰρ καὶ θεάσασθαι καὶ κτήσασθαι ἐπιθυμοῦσιν ἀκούσαντες καὶ πεισθέντες. 6 Ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὸ ἥδεσθαι ἐν τῷ αἰσθάνεσθαί τινος πάθους, ἡ δὲ φαντασία ἐστὶν αἴσθησίς τις ἀσθενὴς, ἆρ' ἂν τῷ μεμνημένῳ καὶ τῷ ἐλπίζοντι ἀκολουθείη φαντασία τις, οὗ μέμνηται ἢ ἐλπίζει· εἰ δὲ τοῦτο, δῆλον, ὅτι καὶ ἡδοναὶ μάλα μεμνημένοις καὶ ἐλπίζουσιν, ἐπείπερ καὶ αἴσθησις. 7 Ὥστ' ἀνάγκη, πάντα τὰ ἡδέα ἢ ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι εἶναι παρόντα, ἢ ἐν τῷ μεμνῆσθαι γε-

lis est alimenti (*cupiditas*), sitis & fames, & cuiuslibet alimenti generis cupiditas; eaeque omnes, quae versantur circa ea, quae gustu percipimus, & circa res venereas, omninoque circa ea, quae tangi possunt, & circa odoratum bene olentium, & auditum, & adspectum. Cum ratione autem coniunctae (*cupiditates sunt, quae eorum sunt*), quae (*homines*) ex aliqua persuasione concupiscunt; multa enim & spectare & possidere cupiunt, quod aliquid de iis audierunt, & sibi persuaserunt. 6 Quoniam autem voluptate affici in eo positum est, ut motus aliquis sentiatur, phantasia vero imbecillis quaedam sensio est, phantasia etiam quaedam comitatur recordantem & sperantem eius, quod recordatur aut sperat; hoc autem posito, constat, vivide recordantes & sperantes etiam voluptate affici, siquidem etiam sensio (*adest*). 7 Itaque necesse est, omnia suavia eo delectare, quod aut praesentia sentiantur, aut haereant in me-

γενημένα, ἢ ἐν τῷ ἐλπίζειν μέλλοντα· αἰσθάνονται μὲν γὰρ τὰ παρόντα, μέμνηνται δὲ τὰ γεγενημένα, ἐλπίζουσι δὲ τὰ μέλλοντα. 8 Τὰ μὲν οὖν μνημονευτὰ ἡδέα ἐστὶν, οὐ μόνον ὅσα ἐν τῷ παρόντι, ὅτε παρῆν, ἡδέα ἦν, ἀλλ' ἔνια καὶ οὐχ ἡδέα, ἂν ᾖ ὕστερον καλὸν καὶ ἀγαθὸν τὸ μετὰ τοῦτο. ὅθεν καὶ τοῦτο εἴρηται,

Ἀλλ' ἡδύ τοι, σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

καὶ, — Μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ
Μνήμενος, ὅστις πολλὰ πάθοι, καὶ πολλὰ ἐόργοι.

τούτου δ' αἴτιον, ὅτι ἡδὺ καὶ τὸ μὴ ἔχειν κακόν. 9 Τὰ δ' ἐν ἐλπίδι, ὅσα παρόντα ἢ εὐφραίνειν, ἢ ὠφελεῖν φαίνεται μεγάλα, ἢ ἄνευ λύπης ὠφελεῖν. ὅλως δὲ, ὅσα παρόντα εὐφραίνει, καὶ ἐλπίζοντας καὶ μεμνημένους ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. διὸ καὶ τὸ ὀργίζεσθαι ἡδύ· ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε περὶ τοῦ θυμοῦ,

moria, aut ſpe praecipiantur futura; ſentiunt enim homines praeſentia, praeterita vero meminerunt, & ſperant futura. 8 Iucunda autem ſunt recordatu, non ea tantum, quae, cum praeſentia eſſent, ſuavia erant, ſed & quaedam non ſuavia, ſi quid pulchrum & bonum poſtea acceſſerit. Unde & illud dictum eſt,

Dulcis malorum eſt memoria, ubi illa effugeris.

Et illud: – *Poſt mala namque viro quaedam eſt meminiſſe voluptas*
Quae paſſus, quanta extulerit quam multa labore.

Huius vero rei cauſa eſt, quia iucundum quoque eſt malo carere. 9 Quae autem in ſpe ſunt, (*ita demum oblectant*), ſi praeſentia aut magnam voluptatem, aut utilitatem videantur allatura, aut utilitatem ab omni moleſtia ſeiunctam. Omnino autem, quaecunque praeſentia oblectant, eorum & ſpes & memoria plerumque iucunda eſt. Quo fit, ut & iraſci ſuave ſit; quomodo Homerus etiam de ira cecinit,

Ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο·
οὐδεὶς γὰρ ὀργίζεται τῷ ἀδυνάτῳ φαινομένῳ τιμωρίας τυχεῖν· οὐδὲ τοῖς πολὺ ὑπὲρ αὐτοὺς τῇ δυνάμει· ἢ οὐκ ὀργίζονται, ἢ ἧττον. 10 Καὶ ἐν ταῖς πλείσταις ἐπιθυμίαις ἀκολουθεῖ τις ἡδονή· ἢ γὰρ μεμνημένοι, ὡς ἔτυχον, ἢ ἐλπίζοντες, ὡς τεύξονται, χαίρουσί τινα ἡδονήν· οἷον οἱ τ' ἐν τοῖς πυρετοῖς ἐχόμενοι ταῖς δίψαις, καὶ μεμνημένοι, ὡς ἔπιον, καὶ ἐλπίζοντες πιεῖσθαι, χαίρουσι. 11 Καὶ οἱ ἐρῶντες [καὶ] διαλεγόμενοι, καὶ γράφοντες, καὶ ποιοῦντες αἰεί τι περὶ τοῦ ἐρωμένου, χαίρουσιν· ἐν ἅπασι γὰρ τοῖς τοιούτοις μεμνημένοι οἷον αἰσθάνεσθαι οἴονται τοῦ ἐρωμένου. καὶ ἀρχὴ δὲ τοῦ ἔρωτος γίγνεται αὕτη πᾶσιν, ὅταν μὴ μόνον παρόντος χαίρουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀπόντος μεμνημένοι ἐρῶσι· διὸ καὶ, ὅταν λυπηρὸς γένηται τῷ μὴ παρεῖναι. 12 Καὶ

Cui liquidi mellis dulcedine ceſſerit humor;

nemo enim iraſcitur ei, a quo plane non putat poenas ſe exigere poſſe; neque potentiâ ſuperioribus; (*his enim homines*) aut non iraſcuntur, aut minus. 10 Et pleraſque cupiditates voluptas quaedam comitari ſolet; aut enim memoria repetentes, quomodo potiti ſint, aut ſe potituros ſperantes, voluptate quadam perfunduntur; ut qui febricitantes ſiti torquentur, gaudent tum recordantes, quomodo biberint, tum ſperantes fore, ut bibant. 11 Et amantes perpetuo loquentes, & ſcribentes, & verſus facientes de amoribus ſuis, voluptatem ex eo ſentiunt; in his enim omnibus rocordatione fit, ut id, quod amant, ſibi etiam ſentire videantur. Immo vero in omnibus principium illud amoris eſt, cum aliquo non praeſente tantum, ſed abſentis quoque memoria oblectantur; quare etiam (*voluptatem aliquam ſentiunt*), ſi abſentia (*eius quod amant*) anguntur. 12 Luctibus quoque & lamenta-

ἐν τοῖς πένθεσι καὶ θρήνοις ἐγγίγνεταί τις ἡδονή. ἡ μὲν γὰρ λύπη ἐπὶ τῷ μὴ ὑπάρχειν· ἡδονὴ δὲ ἐν τῷ μεμνῆσθαι καὶ ὁρᾶν πως ἐκεῖνον, καὶ ἃ ἔπραττε, καὶ οἷος ἦν. διὸ καὶ τοῦτ' εἴρηται,

Ὡς φάτο· τοῖσι δὲ πᾶσιν ἐφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο.

13 Καὶ τὸ τιμωρεῖσθαι ἡδύ· οὗ γὰρ τὸ μὴ τυγχάνειν λυπηρὸν, τὸ τυγχάνειν ἡδύ· οἱ δ' ὀργιζόμενοι λυποῦνται ἀνυπερβλήτως μὴ τιμωρούμενοι· ἐλπίζοντες δὲ χαίρουσι. 14 Καὶ τὸ νικᾶν ἡδὺ, οὐ μόνον τοῖς φιλονίκοις, ἀλλὰ πᾶσι· φαντασία γὰρ ὑπεροχῆς γίγνεται, οὗ πάντες ἔχουσιν ἐπιθυμίαν, ἢ ἠρέμα, ἢ μᾶλλον. 15 Ἐπεὶ δὲ τὸ νικᾶν ἡδύ, ἀνάγκη, καὶ τὰς παιδιὰς ἡδείας εἶναι τὰς μαχητικὰς καὶ τὰς αὐλητικὰς καὶ ἐριστικάς· πολλάκις γὰρ ἐν αὐταῖς γίγνεται τὸ

tionibus adiuncta est voluptas quaedam. Nam luctus quidem oritur, propterea quod aliquis non amplius sit; voluptatem vero sentimus, si recordamur & intuemur quodammodo ipsum, & quae faceret, & qualis esset. Unde illud quoque dictum est,

Sic ait; & cunctis lugendi incussit amorem.

13 Dulce est etiam ulciscī se; nam quod non consequi molestum est, id consequi dulce est; irati autem incredibiliter animo cruciantur, si doloris sui poenas repetere non possunt; gaudent autem spe ultionis. 14 Iucundum est quoque vincere, non solum victoriae cupidis, sed omnibus; nam qui vincit, hoc ipso sibi superior videtur, quod quidem omnes cupiunt, aut remisse, aut vehementius. 15 Quando autem vincere iucundum est, necesse est, suaves quoque esse lusus, in quibus decertatur, aut tibia canendo disputandove contenditur; frequens enim in his victoria contingit; &

νικᾶν· καὶ ἀστραγαλίσεις, καὶ σφαιρίσεις, καὶ κυβείας, καὶ πεττείας. καὶ περὶ τὰς ἐσπουδασμένας δὲ παιδιὰς ὁμοίως· αἱ μὲν γὰρ ἡδεῖαι γίγνονται, ἄν τις ᾖ συνήθης· αἱ δ' εὐθὺς ἡδεῖαι, οἷον κυνηγία, καὶ πᾶσα θηρευτική· ὅπου γὰρ ἅμιλλα, ἐνταῦθα καὶ νίκη ἐστί. διὸ καὶ ἡ δικανικὴ καὶ ἡ ἐριστικὴ ἡδεῖα τοῖς εἰθισμένοις καὶ δυναμένοις. 16 Καὶ τιμὴ καὶ εὐδοξία τῶν ἡδίστων, διὰ τὸ γίγνεσθαι φαντασίαν ἑκάστῳ, ὅτι τοιοῦτος καὶ σπουδαῖος· καὶ μᾶλλον ὅταν φῶσιν, οὓς οἴεται ἀληθεύειν. τοιοῦτοι δὲ οἱ ἐγγὺς μᾶλλον τῶν πόρρω· καὶ οἱ συνήθεις καὶ οἱ γνώριμοι καὶ οἱ πολῖται τῶν ἀποθεν· καὶ οἱ ὄντες τῶν μελλόντων· καὶ οἱ φρόνιμοι ἀφρόνων· καὶ πολλοὶ ὀλίγων· μᾶλλον γὰρ εἰκὸς, ἀληθεύειν τοὺς εἰρημένους, τῶν ἐναντίων· ἐπεὶ, ὧν τις πολὺ καταφρονεῖ, ὥσπερ παιδίων ἢ θηρίων, οὐδὲν μέ-

ludos talorum, & pilae, & aleae, ac tesserarum. Idemque dicendum est de ludis paulo severioribus; nam eorum quidam, si quis illis assuetus fuerit, iucundi fiunt; quidam autem statim iucundi sunt, ut venatio, omnisque ars feras captandi; ubi enim certamen est, ibi quoque victoria. Unde etiam causarum iudicialium & contentiosarum disputationum iucunda est tractatio iis, qui assueverunt, quique in iis valent. 16 Honos quoque & bona existimatio in numero sunt rerum suavissimarum, quoniam quisque putat, talem & tantae virtutis se esse; eoque magis, si id dicunt ii, quos ipse vere sentire arbitratur. Tales autem sunt vicini magis, quam qui procul habitant; & familiares, & noti, & cives magis, quam extranei; & qui sunt magis, quam qui futuri sunt; & prudentes, quam imprudentes; & multi, quam pauci; nam hos verisimilius est vera dicere, quam contrarios; quos enim aliquis valde contemnit, ut pue-

λει τῆς τούτων τιμῆς ἢ τῆς δόξης αὐτῆς γε τῆς δόξης χάριν· ἀλλ', εἴπερ, δι' ἄλλο τι. 17 Καὶ ὁ Φίλος τῶν ἡδέων· τό, τε γὰρ Φιλεῖν ἡδύ· οὐδεὶς γὰρ Φίλοινος, ὁ μὴ χαίρων οἴνῳ· καὶ τὸ Φιλεῖσθαι ἡδύ. Φαντασία γὰρ καὶ ἐνταῦθα τοῦ ὑπάρχειν αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν εἶναι, οὗ πάντες ἐπιθυμοῦσιν οἱ αἰσθανόμενοι. τὸ δὲ Φιλεῖσθαι ἀγαπᾶσθαί ἐστιν αὐτὸν δι' αὐτόν. 18 Καὶ τὸ θαυμάζεσθαι ἡδὺ δι' αὐτὸ τὸ τιμᾶσθαι. καὶ τὸ κολακεύεσθαι καὶ ὁ κόλαξ ἡδύ· Φαινόμενος γὰρ θαυμαστὴς καὶ Φαινόμενος Φίλος ὁ κόλαξ ἐστίν. 19 Καὶ τὸ ταὐτὰ πράττειν πολλάκις ἡδύ· τὸ γὰρ σύνηθες ἡδὺ ἦν. 20 Καὶ τὸ μεταβάλλειν ἡδύ· εἰς Φύσιν γὰρ γίγνεται μεταβάλλειν· τὸ γὰρ αὐτὸ αἰεὶ ὑπερβολὴν ποιεῖ τῆς καθεστώσης ἕξεως. ὅθεν εἴρηται,

rulos aut beſtias, quo in honore, quave exiſtimatione apud eos ſit, non laborat ipſius quidem exiſtimationis gratia; ſed, ſi forte, ob aliud quidpiam. 17 Eſt & amicus in rebus iucundis; nam & amare dulce eſt; nemo enim vinum amat, quin vino gaudeat; & amari iucundum. In eam enim opinionem adducitur hîc quoque, qui ſe amari videt, ut bonum ſe putet, quod omnes, qui eius rei ſenſum aliquem habent, concupiſcunt. Amari autem eſt ipſum propter ſe carum haberi. 18 Iucundum eſt quoque admirationi eſſe, quoniam id quoque ipſum honori eſt. Sed & adulatione permulceri & adulator ipſe in iucundis ſunt; nam adulator ſpeciem praebet admiratoris & amici. 19 Et eadem crebro facere dulce eſt; cui enim aſſuevimus, id iucundum eſſe dicebamus. 20 Et alia ex aliis mutare dulce eſt; mutando enim ad ſtatum convenientem naturae perducimur; quia perpetua in ſtatu eodem permanſio ſuperat habitum naturae conſentaneum. Unde dictum eſt illud,

Μεταβολὴ πάντων γλυκύ·

διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ διὰ χρόνου ἡδέα ἐστὶ, καὶ ἄνθρωποι, καὶ πράγματα· μεταβολὴ γὰρ ἐκ τοῦ παρόντος ἐστίν· ἅμα δὲ καὶ σπάνιον τὸ διὰ χρόνου. 21 Καὶ τὸ μανθάνειν καὶ τὸ θαυμάζειν ἡδὺ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· ἐν μὲν γὰρ τῷ θαυμάζειν τὸ ἐπιθυμεῖν [μαθεῖν] ἐστιν· ὥστε τὸ θαυμαστὸν ἐπιθυμητόν· ἐν δὲ τῷ μανθάνειν εἰς τὸ κατὰ φύσιν καθίστασθαι. 22 Καὶ τὸ εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ εὖ πάσχειν, τῶν ἡδέων· τὸ μὲν γὰρ εὖ πάσχειν τυγχάνειν ἐστὶν, ὧν ἐπιθυμοῦσι· τὸ δὲ εὖ ποιεῖν ἔχειν καὶ ὑπερέχειν, ὧν ἀμφοτέρων ἐφίενται. διὰ δὲ τὸ ἡδὺ εἶναι τὸ εὖ ποιητικὸν, καὶ τὸ ἐπανορθοῦν ἡδὺ τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ τοὺς πλησίον, καὶ τὸ τὰ ἐλλειπῆ ἐπιτελεῖν. 23 Ἐπεὶ δὲ τὸ μανθάνειν τε ἡδὺ καὶ τὸ θαυμάζειν καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀνάγκη, ἡδέα εἶναι τό, τε

Rerum omnium iucunda commutatio eſt;

propterea enim iucunda ſunt, quae intervallo temporis fiunt, & homines, & res; nam mutatio eſt ex praeſenti; ſimul vero etiam, quod interiecto tempore fit, id raritas ipſa commendat. 21 Et diſcere iucundum eſt & admirari plerumque; nam in admiratione ineſt quaedam [diſcendi] cupiditas; itaque, quod admirabile eſt, commovet etiam cupiditatem ſui; diſcendo autem conſtituitur animus in ſtatu conſentaneo naturae. 22 Et beneficium tribuere, & beneficium accipere, iucunda ſunt; nam qui beneficium accipiunt, conſequuntur id, quod volunt; qui autem tribuunt, oſtendunt, ſe habere & ſuperiores eſſe, quae utraque (*homines*) appetunt. Quoniam autem iucundum eſt, bene aliis facere, fit, ut iucundum quoque hominibus ſit, propinquos corrigere, & inchoata perficere. 23 Itemque cum iucundum ſit diſcere & admirari & talia, neceſſe eſt, iucunda eſſe,

μεμιμημένον, ὥσπερ γραφικὴ, καὶ ἀνδριαντοποιία, καὶ ποιητικὴ, καὶ πᾶν, ὃ ἂν εὖ μεμιμημένον ᾖ, κἂν μὴ ᾖ ἡδύ, οὗ τὸ μίμημα· οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ χαίρει, ἀλλὰ συλλογισμός ἐστιν, ὅτι τοῦτο ἐκεῖνο· ὥστε μανθάνειν τι συμβαίνει. 24 Καὶ αἱ περιπέτειαι, καὶ τὸ παρὰ μικρὸν σώζεσθαι ἐκ τῶν κινδύνων· πάντα γὰρ θαυμαστὰ ταῦτα. 25 Καὶ ἐπεὶ τὸ κατὰ φύσιν ἡδύ, τὰ συγγενῆ δὲ κατὰ φύσιν ἀλλήλοις ἐστὶν, ἅπαντα τὰ συγγενῆ καὶ ὅμοια ἡδέα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· οἷον, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, καὶ ἵππος ἵππῳ, καὶ νέος νέῳ. ὅθεν καὶ αἱ παροιμίαι εἴρηνται, ὡς „ἥλιξ ἥλικα τέρπει·„ καὶ, „αἰεὶ τὸν ὁμοῖον·„ καὶ, „ἔγνω δὲ θὴρ θῆρα·„ καὶ, „αἰεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιόν·„ καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. 26 Ἐπεὶ δὲ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ συγγενὲς ἡδὺ ἑαυτῷ ἅπαν, μάλιστα δ' αὐτὸς πρὸς ἑαυ-

quibus imitatio aliqua continetur, qualia ſunt pictorum, & ſtatuariorum, & poëtarum opera, & quidquid denique bene ac ſcienter imitatione expreſſum ſit, etiamſi res ipſa imitando effiƈta iucunda non ſit; non enim hac gaudet, ſed quia ratiocinando colligit, hoc illud eſſe; ex quo evenit, ut aliquid diſcat. 24 Et ſubitae fortunae converſiones, & conſervatio ex periculis, quae propemodum oppreſſerint; omnia enim haec admirationem excitant. 25 Quando autem quod naturae convenit ſuave eſt, & quae eiuſdem generis ſunt, id naturâ ſunt; omnia eiuſdem generis & ſimilia plerumque iucunda ſunt; ut homo homini, & equus equo, & iuvenis iuveni. Hinc quoque ducta ſunt proverbia, » *Aequalis aequalem delectat;*» & » *Semper ſimilem;*» & » *Fera novit feram;*» & » *Graculus ſemper cum graculo;*» & id genus alia. 26 Quoniam autem quidquid ſimile & eiuſdem generis eſt, idem iucundum eſt, & ita quiſque maxime

τὸν ἕκαστος τοῦτο πέπονθεν, ἀνάγκη, πάντας φιλαύτους εἶναι, ἢ μᾶλλον, ἢ ἧττον· πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ὑπάρχει πρὸς αὐτόν μάλιστα. ἐπεὶ δὲ φίλαυτοι πάντες, καὶ τὰ αὐτῶν ἀνάγκη ἡδέα εἶναι πᾶσιν· οἷον, ἔργα, λόγους. διὸ φιλοκόλακες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ φίλερασταὶ, καὶ φιλότιμοι, καὶ φιλότεκνοι· αὐτῶν γὰρ ἔργα τὰ τέκνα. καὶ τὰ ἐλλειπῆ ἐπιτελεῖν ἡδύ· αὐτῶν γὰρ ἔργον ἤδη γίγνεται. 27 Καὶ ἐπεὶ τὸ ἄρχειν ἥδιστον, καὶ τὸ σοφὸν δοκεῖν εἶναι ἡδύ· ἀρχικὸν γὰρ τὸ φρονεῖν· ἔστι δ' ἡ σοφία πολλῶν καὶ θαυμαστῶν ἐπιστήμη. ἔτι, ἐπεὶ φιλότιμοι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀνάγκη, καὶ τὸ ἐπιτιμᾶν τοῖς πέλας ἡδὺ εἶναι. 28 Καὶ τὸ, ἐν ᾧ βέλτιστος δοκεῖ εἶναι αὐτὸς αὑτοῦ, ἐνταῦθα διατρίβειν· ὥσπερ καὶ Εὐριπίδης φησί·

Καὶ πὶ τοῦτ' ἐπείγεται,

affectus eſt ad ſemet ipſum, neceſſe eſt, omnes ſui amantes eſſe, aut magis, aut minus; omnia enim haec maxime inſunt cuique erga ſemet ipſum. Et quoniam omnes ſui amantes ſunt, neceſſe eſt, cuique etiam ſua iucunda eſſe; ut, opera, rationes. Quocirca & adulatorum amantes plerumque ſunt, & eorum, a quibus amantur, & honoris, & liberorum; nam liberi cuiuſque ipſius opera ſunt. Et inchoata perficere iucundum eſt; nam ipſorum iam opus fit. 27 Et quoniam imperare ſuaviſſimum eſt, ſapientem etiam videri ſuave eſt; nam Sapere eſt imperatorium quiddam; eſt autem ſapientia multorum & admirabilium ſcientia. Praeterea, quia plerique omnes honoris ſtudioſi ſunt, neceſſe eſt, ut & propinquos reprehendere iucundum ſit. 28 Itemque, in quo quis ſibi videtur excellere, in eo otium collocare; quemadmodum etiam Euripides ait:

Namque urget illud quiſque, & in illo temporis

Νέμων ἑκάστης ἡμέρας πλεῖστον μέρος,
Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

29 Ὁμοίως δὲ καὶ, ἐπεὶ ἡ παιδιὰ τῶν ἡδέων καὶ πᾶσα ἄνεσις, καὶ ὁ γέλως τῶν ἡδέων. ἀνάγκη δὲ, καὶ τὰ γελοῖα ἡδέα εἶναι, καὶ ἀνθρώπους, καὶ λόγους, καὶ ἔργα. διώρισται δὲ περὶ γελοίων χωρὶς ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς. περὶ μὲν οὖν ἡδέων εἰρήσθω ταῦτα· τὰ δὲ λυπηρὰ ἐκ τῶν ἐναντίων τούτοις φανερά. ὧν μὲν οὖν ἕνεκα ἀδικοῦσι, ταῦτ' ἐστί.

ΚΕΦ. ιβ'.

ΠΩΣ ΕΧΟΝΤΕΣ ΑΔΙΚΟΥΣΙ, ΚΑΙ ΠΟΙΑ, ΚΑΙ ΠΟΙΟΥΣ.

Πῶς δὲ ἔχοντες, καὶ τίνας, λέγωμεν νῦν. αὐτοὶ μὲν οὖν, ὅταν οἴωνται, δυνατὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα πραχθῆναι, καὶ ἑαυτοῖς δυνατόν. εἴ τε ἂν λαθεῖν πράξαν-

Ponit diurni maximam partem libens,
In quo ipſemet ſe vincit, ac praeſtat ſibi.

29 Similiter vero etiam, cum luſus iucundus ſit omnisque animi remiſſio, etiam riſus neceſſario in iucundis eſt. Neceſſe autem eſt, omnia ridicula iucunda eſſe, & homines, & orationes, & facta. Diſputatum vero eſt ſeparatim de ridiculis in libris de Poëtica. De iucundis igitur haec dicta ſint; moleſta autem manifeſta erunt ex contrariis. Atque haec ſunt, quibus adducti homines iniurias faciunt.

CAP. XII.

Qualeſnam faciant iniuriam, & quibus in rebus, & quibuſnam hominibus.

Quomodo autem affecti, & quos praecipue iniuria afficiant, nunc explicemus. Adducuntur igitur ad faciendam iniuriam, cum putant, rem & effici, & a ſe effici poſſe. Sive ſperant fore, ut, cum fecerint, lateant,

τες, ἢ μὴ λαθόντες, μὴ δοῦναι δίκην· ἢ δοῦναι μὲν, ἀλλ' ἐλάττω τὴν ζημίαν εἶναι τοῦ κέρδους αὐτοῖς, ἢ ὧν κήδονται. ποῖα μὲν οὖν δυνατὰ φαίνεται, καὶ ποῖα ἀδύνατα, ἐν τοῖς ὕστερον ῥηθήσεται· κοινὰ γὰρ τῶν μερῶν τῆς Ῥητορικῆς ταῦτα πάντων. 2 Αὐτοὶ δ' οἴονται δυνατοὶ εἶναι μάλιστα ἀζήμιοι ἀδικεῖν οἱ εἰπεῖν δυνάμενοι, καὶ οἱ πρακτικοὶ, καὶ οἱ ἔμπειροι πολλῶν ἀγώνων. καὶ ἐὰν πολύφιλοι ὦσι. καὶ ἐὰν πλούσιοι. 3 Καὶ μάλιστα μὲν, ἂν αὐτοὶ ὦσιν ἐν τοῖς εἰρημένοις, οἴονται δύνασθαι· εἰ δὲ μὴ, κἂν ὑπάρχωσι τοιοῦτοι αὐτοῖς φίλοι, ἢ ὑπηρέται, ἢ κοινωνοί· διὰ γὰρ ταῦτα δύνανται καὶ πράττειν, καὶ λανθάνειν, καὶ μὴ δοῦναι δίκην. 4 Καὶ ἐὰν φίλοι ὦσι τοῖς ἀδικουμένοις, ἢ τοῖς κριταῖς· οἱ μὲν γὰρ φίλοι ἀφύλακτοί τε πρὸς τὸ ἀδικεῖσθαι, καὶ προσκαταλλάττονται, πρὶν ἐπεξελθεῖν·

sive ut, re detecta, impune abeant; sive ut poena minor sit lucro, quod vel ipsi consecuturi sunt, vel ii, quos amant. Quaenam quidem fieri posse videantur, & quae minus, in sequentibus explicabitur; haec enim communia sunt omnibus Rhetorices partibus. 2 Illi autem putant maxime, posse se, cum quid iniuste fecerint, poenam effugere, qui dicendo valent, & in rebus agendis versati sunt, multaque certamina obierunt. Tum qui amicis abundant. Et qui opibus. 3 Et maxime quidem, si ea, quae diximus, habeant ipsi; sin minus, si tales amicos habeant, aut ministros, aut participes sceleris; his enim omnibus fit, ut & facere possint, & latere, & poenam effugere. 4 Et si amici sint vel iis ipsis, quos iniuria afficere meditantur, vel iudicibus; nam amici & minus sibi cavent ab iniuria, & (*ea accepta*) transigunt potius, quam ut eam iudicio

οἱ δὲ κριταὶ χαρίζονται, οἷς ἂν φίλοι ὦσι· καὶ [ἢ] ὅλως ἀδιάσιν, ἢ μικροῖς ζημιοῦσι. 5 Λαθητικοὶ δέ εἰσιν οἵ τ' ἐναντίοι τοῖς ἐγκλήμασιν· οἷον, ἀσθενὴς περὶ αἰκίας, καὶ ὁ πένης, καὶ ὁ αἰσχρὸς περὶ μοιχείας. καὶ τὰ λίαν ἐν φανερῷ καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς· ἀφύλακτα γὰρ, διὰ τὸ [ὅλως] μηδένα ἂν οἴεσθαι. 6 Καὶ τὰ τηλικαῦτα, καὶ τοιαῦτα, ἃ μηδεὶς· ἀφύλακτα γὰρ καὶ ταῦτα· πάντες γὰρ τὰ εἰωθότα, ὥσπερ ἀῤῥωστήματα, φυλάττονται καὶ τὰ ἀδικήματα· ὃ δὲ μηδείς πω ἠῤῥώστησεν, οὐδεὶς εὐλαβεῖται. 7 Καὶ οἷς μηδεὶς ἐχθρὸς, ἢ πολλοί· οἱ μὲν γὰρ οἴονται λήσειν, διὰ τὸ μὴ φυλάττεσθαι· οἱ δὲ λανθάνουσί τε, διὰ τὸ μὴ δοκεῖν ἂν ἐπιχειρῆσαι φυλαττομένοις, καὶ διὰ τὸ ἀπο-

perſequantur; iudices vero gratificantur iis, quibus amici ſunt; coſque vel omnino abſolvunt, vel levem eis poenam imponunt. 5 Ad latendum autem apti ſunt, quorum ipſa conditio crimini adverſari videtur; ut, ſi qui infirmo corpore eſt accuſetur, quod alium verberarit, aut pauper, & deformis adulterii poſtuletur. (*Ea quoque facile furripiuntur*), quae valde in aperto ſunt, & ante oculos poſita; non ſollicite enim cuſtodiuntur, propterea quod neminem omnino putant (*tam audacem fore, ut ea aggrediatur*). 6 Et quae tanta ac talia ſunt, ut ea nemo adhuc aggreſſus ſit; nam haec quoque non cuſtodiuntur; omnes enim, ut a morbis, ſic ab iniuriis uſitatis cavent ſibi; quo autem morbo nemo adhuc laboravit, ab eo nemo ſibi cavet. 7 Et quibus nemo inimicus eſt, & quibus multi; nam illi quidem ſperant fore, ut lateant, quoniam nemo ſibi ab illis cavet; hi vero latent, quia non videntur facile quemquam aggreſſuri fuiſſe, cum ſibi ab eis omnes caverent; & quia paratam habent excuſationem, nunquam ſe id aggredi

λογίαν ἔχειν, ὅτι οὐκ ἂν ἐνεχείρησαν. 8 Καὶ οἷς ὑπάρχει κρύψις, ἢ τρόπος, ἢ τόπος, ἢ διάθεσις εὔπορος. καὶ ὅσοις μὴ λαθοῦσιν ἔστι δίωσις δίκης, ἢ ἀναβολὴ χρόνιος, ἢ διαθῆκαι κριτῶν. καὶ οἷς, ἐὰν γένηται ζημία, ἔστι δίωσις τῆς ἐκτίσεως, ἢ ἀναβολὴ χρόνιος, ἢ δι' ἀπορίαν μηδὲν ἕξει, ὅ, τι ἀπολέσει. 9 Καὶ οἷς τὰ μὲν κέρδη φανερὰ, ἢ μεγάλα, ἢ ἐγγύς· αἱ δὲ ζημίαι ἢ μικραὶ, ἢ ἀφανεῖς, ἢ πόρρω. καὶ ᾧ μή ἐστι τιμωρία ἴση τῇ ὠφελείᾳ, οἷον δοκεῖ ἔχειν ἡ τυραννίς. 10 Καὶ ὅσοις τὰ μὲν ἀδικήματα λήμματα· αἱ δὲ ζημίαι ὀνείδη μόνον. καὶ οἷς τοὐναντίον τὰ μὲν ἀδικήματα εἰς ἔπαινόν τινα· οἷον, εἰ συνέβη, ἅμα τιμωρήσασθαι ὑπὲρ πατρὸς ἢ μητρὸς, ὥσπερ Ζήνωνι· αἱ δὲ ζημίαι εἰς χρήματα, ἢ φυγὴν, ἢ τοιοῦτόν τι· ἀμφότε-

auſuros fuiſſe. 8 Et qui poſſunt occultare, (*quod ſurripuerunt*), aut mutata forma, aut loco, aut venditione facili. Et qui re detecta poſſunt iudicii periculum repelliere, aut in longum tempus differre, aut iudices corrumpere. Et qui, ſi mulctati ſint, poſſunt mulctae ſolutionem repellere, aut in longum tempus differre, aut propter paupertatem nihil habent, quod amittant. 9 Et quibus lucra quidem manifeſta, aut magna, aut in propinquo ſunt; mulctae vero aut parvae, aut obſcurae, aut quae in longum diem differantur. Et id, quo perfecto, nulla poena par emolumento eſt, quale quiddam habere tyrannis videtur. 10 Et quibus iniuſte facta quaeſtui; poenae autem probro tantum ſunt. Contraque, quibus iniuſte facta laudis etiam aliquid afferunt; ut ſi eadem opera quis patri matrive factas iniurias ulciſcatur, ſicut Zenoni contigit; poenae autem aut pecunia, aut auxilio, aut aliqua eiuſmodi re luun-

ροι γὰρ ἀδικοῦσι, καὶ ἀμφοτέρως ἔχοντες, πλὴν οὐχ οἱ αὐτοὶ, ἀλλ' οἱ ἐναντίοι τοῖς ἤθεσι. 11 Καὶ οἱ πολλάκις ἢ λεληθότες, ἢ μὴ ἐζημιωμένοι. καὶ οἱ πολλάκις ἀποτετυχηκότες· εἰσὶ γάρ τινες καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς, * οἷον ἀναμάχεσθαι. 12 Καὶ οἷς ἂν παραχρῆμα ἢ τὸ ἡδὺ, τὸ δὲ λυπηρὸν ὕστερον· ἢ τὸ κέρδος, ἡ δὲ ζημία ὕστερον· οἱ γὰρ ἀκρατεῖς τοιοῦτοι· ἔστι δὲ ἀκρασία περὶ πάντα, ὅσων ὀρέγονται. 13 Καὶ οἷς ἂν τοὐναντίον τὸ μὲν λυπηρὸν ἤδη ἢ, ἢ ἡ ζημία· τὸ δὲ ἡδὺ καὶ ὠφέλιμον ὕστερα καὶ χρονιώτερα· οἱ γὰρ ἐγκρατεῖς καὶ φρονιμώτεροι τὰ τοιαῦτα διώκουσι. 14 Καὶ οἷς ἂν ἐνδέχηται διὰ τύχην δόξαι πρᾶξαι, ἢ δι' ἀνάγκην, ἢ διὰ φύσιν, ἢ δι' ἔθος· καὶ ὅλως ἁμαρτεῖν, ἀλλὰ μὴ ἀδικεῖν. καὶ οἷς ἂν ἧ

tur; utrique enim & utroque modo affecti facile ad inferendam iniuriam adducuntur, nisi quod non iidem, sed qui moribus sunt inter se contrariis. 11 Et qui saepe aut latuerunt, aut poenas non dederunt. Et qui saepe frustra tentarunt aliquid efficere; sunt enim quidam & in his, sicut in rebus bellicis, eo ingenio, ut victi denuo pugnent. 12 Et quibus voluptas praesens proponitur, quod autem dolorem inurit, in diem; aut quibus lucrum (*praesens*), poena vero in diem; nam incontinentes tales sunt; incontinentia vero in iis omnibus rebus est, quae apperuntur. 13 Et quibus contra in praesentia quidem excipiendum est aliquid molesti, aut quod detrimento sit; qui autem voluptatem & utilitatem postea consecuturi sunt diuturniorem; continentes enim & prudentiores talia persequuntur. 14 Et quae videri possunt fortuito fecisse, aut necessitate, aut natura, aut consuetudine; & omnino per errorem, non animo iniuriam faciendi. Et qui ex bono & aequo

τοῦ ἐπιεικοῦς τυχεῖν. 15 Καὶ ὅσοι ἂν ἐνδεεῖς ὦσι. διχῶς δέ εἰσιν ἐνδεεῖς· ἢ γὰρ ὡς ἀναγκαίου, ὥσπερ οἱ πένητες· ἢ ὡς ὑπερβολῆς, ὥσπερ οἱ πλούσιοι. 16 Καὶ οἱ σφόδρα εὐδοκιμοῦντες, καὶ οἱ σφόδρα ἀδοξοῦντες· οἱ μὲν, ὡς οὐ δόξοντες· οἱ δὲ, ὡς οὐδεν μᾶλλον ἀδοξοῦντες. αὐτοὶ μὲν οὖν οὕτως ἔχοντες ἐπιχειροῦσιν. 17 Ἀδικοῦσι δὲ τοὺς τοιούτους, καὶ τὰ τοιαῦτα, τοὺς ἔχοντας, ὧν αὐτοὶ ἐνδεεῖς ἢ εἰς τὰ ἀναγκαῖα, ἢ εἰς ὑπεροχὴν, ἢ εἰς ἀπόλαυσιν. 18 Καὶ τοὺς πόρρω, καὶ τοὺς ἐγγύς· τῶν μὲν γὰρ ἡ λῆψις ταχεῖα· τῶν δὲ ἡ τιμωρία βραδεῖα· οἷον, οἱ συλῶντες τοὺς Καρχηδονίους. 19 Καὶ τοὺς μὴ εὐλαβεῖς, μηδὲ συλακτικοὺς, ἀλλὰ πιστευτικούς· ῥᾴδιον γὰρ πάντας λαθεῖν. καὶ τοὺς ῥᾳθυμοῦντας· ἐπιμελοῦς γὰρ τὸ ἐπεξελθεῖν. καὶ τοὺς αἰ-

secum actum iri sperant. 15 Et qui rei alicuius indigentes sunt. Indigent autem duobus modis; aut rebus necessariis, ut pauperes; aut supervacaneis, ut opulenti. 16 Et qui in valde bona existimatione sunt, & qui magna infamia laborant; illi quidem, quod nemo facile crediturus sit, (*eos tale quid fecisse;*) hi vero, tanquam nihilo maiore infamia futuri. Sic igitur affecti homines aggrediuntur iniuriam facere. 17 Iniuria autem afficiunt praecipue hos, & eiusmodi res, qui habent ea, quorum ipsi indigent vel ad necessitatem, vel ad abundantiam, vel ad voluptatem fruendam. 18 Et procul absentes, & qui prope sunt; nam his quidem cito aliquid eripere possunt; illi vero non cito se ulcisci queunt; e. c. qui Carthaginienses depraedantur. 19 Et eos, qui sibi non cavent, neque diligentes sunt in se ac rebus suis tuendis, sed qui facile credunt; hos enim latere facile est. Et remissos ac negligentes; solliciti enim hominis est iniurias suas persequi. Et verecundos; non

σχυντηλούς· οὐ γὰρ μαχητικοὶ περὶ κέρδους. 20 Καὶ τοὺς ὑπὸ πολλῶν ἀδικηθέντας, καὶ μὴ ἐπεξελθόντας, ὡς ὄντας κατὰ τὴν παροιμίαν τούτους, „Μυσῶν λείαν.„ 21 Καὶ οὓς μηδεπώποτε, καὶ οὓς πολλάκις· ἀμφότεροι γὰρ ἀφύλακτοι· οἱ μὲν, ὡς οὐδέποτε· οἱ δὲ, ὡς οὐκ ἂν ἔτι. 22 Καὶ τοὺς διαβεβλημένους, ἢ εὐδιαβόλους· οἱ τοιοῦτοι γὰρ οὔτε προαιροῦνται, φοβούμενοι τοὺς κριτὰς· οὔτε δύνανται πείθειν, ὧν οἱ μισούμενοι καὶ φθονούμενοί εἰσι. 23 Καὶ πρὸς οὓς ἔχουσι πρόφασιν ἢ προγόνων, ἢ αὐτῶν, ἢ φίλων, ἢ ποιησάντων καπῶς ἢ μελλησάντων ἢ αὐτοὺς, ἢ προγόνους, ἢ ὧν κήδονται· ὥσπερ γὰρ ἡ παροιμία, Προφάσεως δέεται μοῦνον ἡ πονηρία. 24 Καὶ τοὺς ἐχθροὺς, καὶ τοὺς φίλους· τοὺς μὲν γὰρ ῥᾴδιον· τοὺς δὲ ἡδύ. καὶ τοὺς

enim facile adducuntur, ut de lucro contendant. 20 Et eos, qui a multis iniuriam acceperunt, neque tamen eam perfecuti sunt, tanquam qui sint, ut in proverbio est, *Mysorum praeda.* 21 Et quos nunquam, & quos saepe (*laeserunt*); utrique enim negligentes sunt in cavendo; cum illi quidem nunquam laesi sint; hi autem non iam amplius (*se laesum iri putent*). 22 Et qui accusati alias sunt, aut facile accusari possunt; hi enim neque iudicio experiri volunt, cum iudices metuant; neque fidem facere possunt, ex quo genere etiam sunt aliis odiosi & inviſi. 23 Et eos, adversus quos praetendere aliquid possunt, ut quod aut maiores eorum, aut ipsi, aut eorum amici, aut laeserint, aut laedere voluerint vel ipsos, vel maiores, vel eos, quorum curam habent; atque id est, quod proverbio dicitur: *Colore tantum malitia aliquo indiget.* 24 Et inimicos, & amicos; nam hos quidem facile est (*laedere*); hos vero suave.

ἀφίλους. καὶ τοὺς μὴ δεινοὺς εἰπεῖν, ἢ πρᾶξαι· ἢ γὰρ οὐκ ἐγχειροῦσιν ἐπεξιέναι, ἢ καταλλάττονται, ἢ οὐδὲν περαίνουσι. 25 Καὶ οἷς μὴ λυσιτελεῖ διατρίβειν ἐπιτηροῦσιν ἢ δίκην, ἢ ἔκτισιν· οἷον, οἱ ξένοι καὶ αὐτουργοί· ἐπὶ μικροῖς τε γὰρ διαλύονται, καὶ ῥᾳδίως [οἱ τοιοῦτοι] καταπαύονται. 26 Καὶ τοὺς πολλὰ ἠδικηκότας, ἢ τοιαῦτα, οἷα ἀδικοῦνται· ἐγγὺς γάρ τι δοκεῖ τοῦ μὴ ἀδικεῖν εἶναι, ὅταν τι τοιοῦτον ἀδικηθῇ τις, οἷον εἰώθει καὶ αὐτὸς ἀδικεῖν· λέγω δὲ, οἷον εἴ τις τὸν εἰωθότα ὑβρίζειν αἰκίσαιτο. 27 Καὶ τοὺς ἢ πεποιηκότας κακῶς, ἢ βουληθέντας, ἢ βουλομένους, ἢ ποιήσοντας· ἔχει γὰρ καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ καλόν· καὶ ἐγγὺς τοῦτο τοῦ μὴ ἀδικεῖν φαίνεται. 28 Καὶ οἷς χαριοῦνται ἢ φίλοις, ἢ θαυμαζομένοις, ἢ ἐρωμένοις, ἢ κυρίοις, ἢ

Et amicis carentes. Et eos, qui neque in dicendo, neque in rebus agendis valent; aut enim non aggrediuntur iniuriam ſuam perſequi, aut tranſigunt, aut nihil efficiunt. 25 Et eos, quibus opus non eſt tempus conterere exſpectantes, dum aut iudicetur, aut mulcta ſolvatur; cuius generis ſunt hoſpites & qui victum ſibi induſtria ſua comparant; nam parvis abſolvuntur, & facile [tales] acquieſcunt. 26 Et eos, qui multas iniurias fecerunt, aut tales, quales ipſi nunc accipiunt; prope enim eſt, ut ne iniuria quidem eſſe videatur, ſi quis eiuſmodi iniuriam acceperit, quali ipſe alios afficere ſolitus fuerat; dico autem, ut ſi quis hominem in alios petulantem & contumelioſum verberarit. 27 Et eos, qui male quidpiam ipſis aut fecerunt, aut facere voluerunt, aut volunt, aut facturi ſunt; id enim & dulce eſt & pulchrum; & prope eſt, ut ne iniuria quidem videatur. 28 Et eos, quibus laedendis gratum facient aut amicis, aut iis, quos admirantur, aut iis, quos amant, aut dominis, aut omnino iis, ad quorum vo-

ὅλως πρὸς οὓς ζῶσιν αὐτοί. καὶ πρὸς οὓς ἐστιν ἐπιεικείας τυχεῖν. 29 Καὶ οἷς ἂν ἐγκεκληκότες ὦσι, καὶ προδιακεχωρηκότες· καὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐγγὺς τοῦ μὴ ἀδικεῖν φαίνεται· οἷον Κάλλιππος ἐποίει τὰ περὶ Δίωνα. 30 Καὶ τοὺς ὑπ' ἄλλων μέλλοντας, ἂν μὴ αὐτοὶ, ὡς οὐκέτι ἐνδεχόμενον βουλεύσασθαι· ὥσπερ λέγεται Αἰνεσίδημος Γέλωνι πέμψαι κοττάβια ἀνδραποδισαμένῳ, * ὅτι ἔφθασεν, ὡς καὶ αὐτὸς μέλλων. 31 Καὶ οὓς ἀδικήσαντες δυνήσονται πολλὰ δίκαια πράττειν, ὡς ῥαδίως ἰασόμενοι· ὥσπερ ἔφη Ἰάσων ὁ Θετταλὸς, δεῖν ἀδικεῖν ἔνια, ὅπως δύνηται καὶ δίκαια πολλὰ ποιεῖν. 32 Καὶ ἃ πάντες ἢ πολλοὶ ἀδικεῖν εἰώθασι· συγγνώμης γὰρ οἴονται τεύξεσθαι. 33 Καὶ τὰ ῥᾴδια κρύψαι· τοιαῦτα δὲ, ὅσα ἢ ταχὺ ἀναλίσκεται·

luntatem ipſi vitam ſuam dirigunt. Et eos, a quibus ſperant ſe aliquid aequi bonique conſecuturos eſſe. 29 Et eos, de quibus iam conqueſti ſunt, quibuſque amicitiam renuntiarunt; nam & talia prope accedere videntur ad id, quod iniuria vacat; qualia ſunt, quae Callippus faciebat adverſus Dionem. 30 Et eos, quibus alii eandem iniuriam illaturi ſint, niſi ipſi (*occuparint*), tanquam nullam amplius deliberationem res capiat; quemadmodum Aeneſidemus dicitur Geloni, qui cives in ſervitutem redegerat, cottabia miſiſſe, ut qui, quod ipſe facturus erat, occupaſſet. 31 Et eos, quos ubi iniuria affecerint, multa poſtea iuſte facere poterunt, tanquam facile medicaturi; quemadmodum Iaſon Theſſalus aiebat, *Quaedam iniuſte facienda eſſe, ut poſtea multa iuſte facere poſſis.* 32 Et (*eas iniurias facile committunt*), quas omnes aut multi facere ſoliti ſunt; ſperant enim, ſe veniam conſecuturos eſſe. 33 Et (*ea ſurripiunt*), quae facile eſt occultare; talia vero ſunt, quae vel cito con-

οἷον τὰ ἐδώδιμα· ἢ τὰ εὐμετάβλητα ἢ σχήμασιν, ἢ χρώμασιν, ἢ κράσεσιν. 34 Ἢ ἃ πολλαχοῦ ἀφανίσαι εὔπορον· τοιαῦτα δὲ τὰ εὐβάστακτα, καὶ ἐν μικροῖς τόποις ἀφανιζόμενα. 35 Καὶ οἷς ἀδιάφορα καὶ ὅμοια πολλὰ προϋπῆρχε τῷ ἀδικοῦντι. καὶ ὅσα αἰσχύνονται λέγειν οἱ ἀδικηθέντες· οἷον γυναικῶν οἰκείων ὕβρεις, ἢ εἰς αὐτοὺς, ἢ εἰς υἱεῖς. καὶ ὅσα φιλοδικεῖν δόξειεν ἂν ὁ ἐπεξιών· τοιαῦτα δὲ τά τε μικρὰ, καὶ ἐφ' οἷς συγγνώμη. ὡς μὲν οὖν ἔχοντες ἀδικοῦσι, καὶ ποῖα, καὶ ποίους, καὶ διὰ τί, σχεδὸν ταῦτά ἐστι.

ΚΕΦ. ιγ'.

ΠΕΡΙ ΑΔΙΚΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΕΠΙΕΙΚΩΝ.

Τὰ δ' ἀδικήματα πάντα καὶ δικαιώματα διέλωμεν, ἀρξάμενοι πρῶτον ἐντεῦθεν. ὥρισται δὴ τὰ δίκαια

sumuntur; ut esculenta; vel facile mutari possunt vel figuris, vel coloribus, vel mixtionibus. 34 Vel quae multifariam abscondere facile est; talia vero sunt, quae facile possunt portari, & parvis in locis abscondi. 35 Et a quibus non discrepantia, planeque iis similia prius habebat is, qui iniuriam fecit. Et quaecunque proferre ii, quibus iniuria facta est, pudore prohibentur; ut si contumelia quis affecerit uxores proprias, aut se ipsum, aut filios. Et quae qui persequatur videatur lites sectari; talia autem & sunt parva, & ea, quibus venia (*tribui solet*). Quomodo igitur affecti iniurias faciant, & circa qualia, & qualibus, & quam ob causam, haec fere sunt.

CAP. XIII.

De iniuriis & de aequis.

Omnia vero iniuriarum & iuste factorum genera distinctius explicemus, hinc ducto principio. Iusta nimi-

καὶ τὰ ἄδικα πρός τε νόμους δύο, καὶ πρὸς οὓς ἐστι δίχως. 2 Λέγω δὲ νόμον τὸν μὲν ἴδιον· τὸν δὲ κοινόν. ἴδιον μὲν τὸν ἑκάστοις ὡρισμένον πρὸς αὑτούς· καὶ τούτων τὸν μὲν ἄγραφον· τὸν δὲ γεγραμμένον. κοινὸν δὲ τὸν κατὰ φύσιν· ἔστι γὰρ, ὃ μαντεύονταί τι πάντες, φύσει κοινὸν δίκαιον καὶ ἄδικον, κἂν μηδεμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ᾖ, μηδὲ συνθήκη· οἷον καὶ ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη φαίνεται λέγουσα, ὅτι δίκαιον, ἀπειρημένον θαῖψαι τὸν Πολυνείκη, ὡς φύσει ὂν τοῦτο δίκαιον·

Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' αἰεί ποτε
Ζῇ τοῦτο, κοὐδεὶς οἶδεν, ἐξ ὅτου φάνη.

καὶ ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ τοῦ μὴ κτείνειν τὸ ἔμψυχον· τοῦτο γὰρ οὐ τισὶ μὲν δίκαιον, τισὶ δὲ οὐ δίκαιον·

rum & iniusta dupliciter distinguuntur, tum respectu ad duas leges habito, tum ratione eorum, ad quos referuntur. 2 Dico autem legem aliam quidem propriam; aliam vero communem. Propriam quidem eam, quam sibi quique statuunt; eamque aut non scriptam, aut scripto comprehensam. Communem autem eam, quae naturalis est; est enim iustum quoddam naturâ & iniustum, quod omnes quodammodo vaticinantur, etiamsi nulla de eo inter illos communicatio aut pactio intercesserit. Quale etiam Antigone apud Sophoclem dicere videtur, iustum esse affirmans, sepelire Polynicen, quamvis vetitum sit, quod id naturâ iustum sit:

Neque enim hodie ius hoc receptum est, aut heri,
Aeternitate fixum ab omni sed viget,
Neque origo quae sit eius, ulli cognitum est.

Et ut Empedocles dicit de non interficiendis animantibus; hoc enim non aliis quidem iustum est, aliis vero non iustum,

Ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων νόμιμον διά τ' εὐρυμέδοντος
Αἰθέρος ἠνεκέως τέταται, διά τ' ἀπλέτου αὐγῆς.

καὶ ὡς λέγει ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ Ἀλκιδάμας. * 3 Πρὸς οὓς δὲ διώρισται, διχῶς διώρισται· ἢ γὰρ πρὸς τὸ κοινὸν, ἢ πρὸς ἕνα τῶν κοινωνούντων, ἃ δεῖ πράττειν καὶ μὴ πράττειν. διὸ καὶ τὰ ἀδικήματα καὶ τὰ δικαιώματα διχῶς ἐστιν ἀδικεῖν καὶ δικαιοπραγεῖν· ἢ γὰρ πρὸς ἕνα ὡρισμένον, ἢ πρὸς τὸ κοινόν· ὁ γὰρ μοιχεύων καὶ τύπτων ἀδικεῖ τινα τῶν ὡρισμένων· ὁ δὲ μὴ στρατευόμενος τὸ κοινόν. 4 Ἁπάντων δὴ τῶν ἀδικημάτων διηρημένων, καὶ τῶν μὲν ὄντων πρὸς τὸ κοινὸν, τῶν δὲ πρὸς ἄλλον καὶ πρὸς ἄλλους, ἀναλαβόντες, τί ἐστι τὸ ἀδικεῖσθαι, λέγωμεν τὰ λοιπά. 5 Ἔστι δὴ τὸ ἀδικεῖσθαι τὸ ὑπὸ ἑκόντων τὰ ἄδικα πάσχειν· τὸ γὰρ ἀδικεῖν ὥρισται πρότερον ἑκούσιον εἶναι. 6 Ἐπεὶ δ'

Sed ſeſe in populos ſpatia alta per aetheris omnes
Porrigit, effuſo ſplendet qua lumine coelum.

Et ut dicit in Meſſeniaco Alcidamas. 3 Eorum quoque ratione, ad quos pertinet, in duo genera (*iuſtum*) diſtinguitur; nam quae facienda, aut non facienda ſunt, referuntur aut ad totam communitatem, aut unum aliquem ex communitate. Unde & iuſte & iniuſte agere duobus modis aliquis poteſt; aut enim ratione alicuius certi & definiti, aut in commune. Nam qui adulterium facit, aut verberat, unum aliquem certum laedit; at qui militiam detrectat, ipſum commune. 4 Omnibus igitur iniuriarum generibus diſtinctis, & aliis quidem ad ipſum commune, aliis vero ad alium alioſve pertinentibus, prius repetito, quid ſit iniuriam accipere, cetera perſequamur. 5 Iniuriam accipere nimirum eſt aliquid iniuſte pati a ſponte facientibus; ſupra enim definitum eſt, ſponte agentem demum iniuriam facere. 6 Quo-

ἀνάγκη, τὸν ἀδικούμενον βλάπτεσθαι καὶ ἀκουσίως βλάπτεσθαι, αἱ μὲν βλάβαι ἐκ τῶν πρότερον φανεραί εἰσι· τὰ γὰρ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ διήρηται καθ' αὑτὰ πρότερον, καὶ τὰ ἑκούσια, ὅτι ἔστιν, ὅσα εἰδότες. 7 Ὥστ' ἀνάγκη, πάντα τὰ ἐγκλήματα ἢ πρὸς τὸ κοινὸν, ἢ πρὸς τὸ ἴδιον εἶναι· ἢ καὶ ἀγνοοῦντος, ἢ ἄκοντος, ἢ ἑκόντος καὶ εἰδότος· καὶ τούτων τὰ μὲν προελομένου, τὰ δὲ διὰ πάθος. 8 Περὶ μὲν οὖν θυμοῦ ῥηθήσεται ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη. ποῖα δὲ προαιροῦνται, καὶ πῶς ἔχοντες, εἴρηται πρότερον. 9 Ἐπεὶ δ' ὁμολογοῦντες, πολλάκις πεπραχέναι, ἢ τὸ ἐπίγραμμα οὐχ ὁμολογοῦσιν, ἢ περὶ ὃ τὸ ἐπίγραμμα· οἷον λαβεῖν μὲν, ἀλλ' οὐ κλέψαι· καὶ πατάξαι πρότερον, ἀλλ' οὐχ ὑβρίσαι· καὶ συγγενέσθαι [μὲν], ἀλλ' οὐ μοι-

niam autem neceſſe eſt, iniuriam accipientem laedi & invitum laedi, laeſionum quidem genera ex ſupra dictis perſpicua ſunt. Bona enim & mala per ſe antea diſtinximus, & ſpontanea eſſe docuimus, quae ſcientes faciunt. 7 Itaque neceſſe eſt, omnes accuſationes aut ad commune, aut ad privatum referri; & (*de eo eſſe, quod quis commiſit*) aut neſcius, aut invitus, aut ſponte & ſciens; idque aut conſulto, aut aliqua animi permotione. 8 Sed de ira quidem dicetur, ubi de animi perturbationibus agemus. Qualia autem, & quomodo affecti conſulto faciant, in ſuperioribus dictum eſt. 9 Quoniam vero ſaepe, cum ſe id, quod obiicitur, feciſſe fateantur, ipſam criminis denominationem non agnoſcunt, aut (*negant, factum ſuum tale eſſe*,) ut ea denominatione notandum ſit; e. c. cepiſſe quidem ſe, ſed furatos non eſſe; & priores verberaſſe, neque tamen contumeliam feciſſe; & una fuiſſe, ſed adulterium non fe-

χεῦσαι· ἢ κλέψαι, ἀλλ' οὐχ ἱεροσυλῆσαι. οὐ γὰρ θεοῦ τι ἢ ἐπεργάσασθαι μὲν, ἀλλ' οὐ δημοσίαν· ἢ διειλέχθαι μὲν τοῖς πολεμίοις, ἀλλ' οὐ προδιδόναι· διὰ ταῦτα δέοι ἂν καὶ περὶ τούτων διορίσασθαι, τί κλοπὴ, τί ὕβρις, τί μοιχεία· ὅπως ἐάν τε, ὑπάρχειν, ἐάν τε, μὴ ὑπαρχειν, βουλώμεθα δεικνύναι, ἔχωμεν ἐμφανίζειν τὸ δίκαιον. 10 Ἔστι δὲ πάντα τὰ τοιαῦτα περὶ τοῦ ἀδικον εἶναι καὶ φαῦλον, ἢ μὴ ἄδικον, [περὶ οὗ] ἡ ἀμφισβήτησις· ἐν γὰρ τῇ προαιρέσει ἐστὶν ἡ μοχθηρία καὶ τὸ ἀδικεῖν· τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων προσσημαίνει τὴν προαίρεσιν· οἷον ὕβρις καὶ κλοπή· οὐ γὰρ, εἰ ἐπάταξε, πάντως ὕβρισεν· ἀλλ' εἰ ἕνεκά του, οἷον τοῦ ἀτιμᾶσαι ἐκεῖνον, ἢ αὐτὸν ἡσθῆναι. οὐδὲ πάντως, εἰ λαθραι ἔλαβεν, ἔκλεψεν· ἀλλ' εἰ ἐπὶ βλάβῃ,

ciſſe; aut furatos eſſe, ſed non feciſſe ſacrilegium; neque enim quidquam abſtuliſſe, quod Deo ſacrum ſit; aut coluiſſe quidem, ſed non agrum publicum; aut collocutos quidem cum hoſtibus eſſe, ſed non prodidiſſe; propterea haec quoque accurate diſtinguenda ſunt, quid ſit furtum, quid contumelia, quid adulterium; ut, ſive probare velimus, eſſe, ſive, non eſſe, poſſimus, quid in quaque re iuris ſit, patefacere. 10 Sunt autem haec omnia in eo poſita, ut id, de quo agitur, iniuſtum & improbum, aut non iniuſtum eſſe, doceamus; improbitas enim & ipſum Iniuſte facere a conſilio pendent; eiuſmodi autem nomina etiam conſilium adſignificant, ut contumelia & furtum; non enim, ſi quis verberavit, ideo ſtatim contumeliam fecit; ſed ſi certo conſilio (*verberavit*), ut alium ignominiâ aſſiceret, aut ipſe ex eo voluptatem perciperet. Neque omnino aliquis furatus eſt, ſi clam ſuſtulit; ſed ſi in damnum alterius,

ἔκλεψε, καὶ σφετερισμῷ ἑαυτοῦ. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἔχει, ὥσπερ καὶ περὶ τούτων. 11 Ἐπεὶ δὲ τῶν δικαίων καὶ τῶν ἀδίκων ἦν δύο εἴδη· τὰ μὲν γὰρ γεγραμμένα· τὰ δὲ ἄγραφα· περὶ ὧν μὲν οἱ νόμοι ἀγορεύουσιν, εἴρηται· τῶν δὲ ἀγράφων δύο ἐστὶν εἴδη. 12 Ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ μὲν καθ' ὑπερβολὴν ἀρετῆς καὶ κακίας, ἐφ' οἷς ὀνείδη καὶ ἔπαινοι, ἀτιμίαι καὶ τιμαὶ, καὶ δωρεαί· οἷον, τὸ χάριν ἔχειν τῷ ποιήσαντι εὖ, καὶ ἀντευποιεῖν τὸν εὖ ποιήσαντα, καὶ βοηθητικὸν εἶναι τοῖς φίλοις, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· τὰ δὲ τοῦ ἰδίου νόμου καὶ γεγραμμένου ἔλλειμμα· τὸ γὰρ ἐπιεικὲς δοκεῖ δίκαιον εἶναι. 13 Ἔστι δὲ ἐπιεικὲς τὸ παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον δίκαιον. συμβαίνει δὲ τοῦτο τὰ μὲν ἀκόντων, τὰ δὲ ἑκόντων τῶν νομοθετῶν· ἀκόντων μὲν,

& ut ſua augeret, furatus eſt. Similiter vero etiam in aliis ſe habet, quemadmodum in his. 11 Quando autem iuſtorum & iniuſtorum duo genera eſſe dicebamus; unum eorum, quae ſcripta ſunt; alterum non ſcriptorum; de iis quidem, de quibus leges loquuntur, dictum eſt; eorum autem, quae non ſcripta ſunt, duo etiam genera ſunt. 12 Nam alia quidem cum eximia quadam virtute & improbitate coniuncta ſunt, quibus probra & laudes, honores atque dedecora, & dona (*propoſita ſunt*); velut, gratiam habere bene merito, & ei viciſſim benefacere, & promtum eſſe ad opem amicis ferendam, & quaecunque alia ſunt eiuſmodi; alia vero ſunt ex propria lege & inſtar ſupplementi ſcriptae legis; nam Aequum videtur etiam iuſtum eſſe. 13 Aequum autem eſt iuſtum ſcripta lege praetermiſſum. Evenit autem hoc partim invitis legislatoribus, partim etiam ſponte eorum; invitis quidem, cum eos aliquid fugerit;

ὅταν λάθῃ· ἑκόντων δὲ, ὅταν μὴ δύνωνται διορίσαι, ἀλλ' ἀναγκαῖον μὲν ἦ, καθόλου εἰπεῖν, μὴ ἦ δὲ, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. καὶ ὅσα μὴ ῥᾴδιον διορίσαι δι' ἀπειρίαν· οἷον, τὸ τρῶσαι σιδήρῳ, καὶ πηλίκῳ, καὶ ποίῳ τινί· ὑπολείποι γὰρ δὴ ὁ αἰὼν διαριθμοῦντας. 14 Ἂν οὖν ᾖ ἀδιόριστον, δεῖ δὲ νομοθετῆσαι, ἀνάγκη ἁπλῶς εἰπεῖν· ὥστε κἂν δακτύλιον ἔχων ἐπάρηται τὴν χεῖρα, ἢ πατάξῃ, κατὰ μὲν τὸν γεγραμμένον νόμον ἔνοχός ἐστι καὶ ἀδικεῖ· κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς οὐκ ἀδικεῖ· καὶ τὸ ἐπιεικὲς τοῦτό ἐστιν. 15 Εἰ δ' ἔστι τὸ εἰρημένον ἐπιεικὲς, φανερὸν, ποῖά ἐστι τὰ ἐπιεικῆ, καὶ οὐκ ἐπιεικῆ, καὶ ποῖοι οὐκ ἐπιεικεῖς ἄνθρωποι· ἐφ' οἷς τε γὰρ δεῖ συγγνώμην ἔχειν, ἐπιεικῆ ταῦτα. 16 Καὶ τὸ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀδικήματα μὴ τοῦ ἴσου ἀξιοῦν, μηδὲ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀτυχήματα. ἔστι δὲ ἀτυχήματα μὲν, ὅσα παράλογα, καὶ μὴ ἀπὸ μοχθηρίας·

sponte vero, cum quid certo definire non possint, sed necesse sit, universe loqui, res autem non ita se habet, sed plerumque. Et quaecunque propter infinitatem definire facile non est; ut, τὸ vulnerare ferro, & quanto, & quali; aetas enim defecerit, si quis ea enumerare velit. 14 Si res igitur sit indefinita, sit autem lex de ea ferenda, necesse est, universe loqui; itaque etiamsi annulum quispiam habens manus alicui intulerit, aut percusserit, lege quidem scripta tenetur, & iniuste facit; revera autem iniuste non facit; atque hoc Aequum est. 15 Quod si autem Aequum est, quod diximus, patet, quaenam sint aequa, & iniqua, & quinam sint homines iniqui; nam quibus oportet veniam tribuere, aequa sunt. 16 Et non parem poenam statuere per errorem commissis, & iniuriis; neque erratis & infortuniis. Sunt autem infortunia quidem, quae prae-

ἁμαρτήματα δὲ, ὅσα μὴ παράλογα, καὶ μὴ ἀπὸ πονηρίας· ἀδικήματα δὲ, ὅσα μή τε παράλογα, ἀπὸ πονηρίας τέ ἐστι· τὰ γὰρ δι' ἐπιθυμίαν ἀπὸ πονηρίας. 17 Καὶ τὸ τοῖς ἀνθρωπίνοις συγγινώσκειν ἐπιεικές. καὶ τὸ μὴ πρὸς τὸν νόμον, ἀλλὰ πρὸς τὸν νομοθέτην σκοπεῖν. καὶ τὸ μὴ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν τοῦ νομοθέτου σκοπεῖν. καὶ μὴ πρὸς τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν προαίρεσιν. 18 Καὶ μὴ πρὸς τὸ μέρος, ἀλλὰ πρὸς τὸ ὅλον. μηδὲ ποῖός τις νῦν, ἀλλὰ ποῖός τις ἦν αἰεὶ, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. καὶ τὸ μνημονεύειν μᾶλλον, ὧν ἔπαθεν, ἀγαθῶν, ἢ κακῶν· καὶ ἀγαθῶν, ὧν ἔπαθε, μᾶλλον, ἢ ἐποίησε. καὶ τὸ ἀνέχεσθαι ἀδικούμενον. καὶ τὸ μᾶλλον λόγῳ ἐθέλειν κρίνεσθαι, ἢ ἔργῳ. 19 Καὶ τὸ εἰς δίαιταν μᾶλλον, ἢ εἰς δίκην βούλεσθαι

ter rationem, & ſine malitia; errata vero, quae non praeter rationem, ſed tamen ſine malitia (*fiunt*); at iniuriae, quae neque praeter rationem, & cum malitia coniuncta ſunt; nam quae per cupiditatem fiunt, eadem ab improbitate proficiſcuntur. 17 Aequum eſt etiam iis ignoſcere, quae fert humana imbecillitas. Neque legem, ſed legislatorem intueri oportet. Neque ad verba legis, ſed ad ſententiam legislatoris reſpiciendum eſt. Neque quid factum, ſed quo animo ac conſilio factum ſit, (*conſiderandum eſt*). 18 Neque partem, ſed totum. Neque (*conſiderare oportet*), qualis nunc ſit is, (*qui inſimulatur,*) ſed qualis aut ſemper, aut plerumque fuerit. Et magis in memoria habere (*oportet*), quid boni acceperis, quam quid mali; & beneficia magis, quae acceperis, quam ea, quae contuleris. Et aequo animo acceptam iniuriam ferre. Et malle verbis, quam factis, rem decerni. 19 Et malle ad arbitrum ire, quam ad iudi-

ἰέναι· ὁ γὰρ διαιτητὴς τὸ ἐπιεικὲς ὁρᾷ· ὁ δὲ δικαστὴς τὸν νόμον· καὶ τούτου ἕνεκα διαιτητὴς εὑρέθη, ὅπως τὸ ἐπιεικὲς ἰσχύῃ. περὶ μὲν οὖν τῶν ἐπιεικῶν διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

ΚΕΦ. ιδ'.

ΠΕΡΙ ΜΕΙΖΟΝΩΝ ΚΑΙ ΕΛΑΤΤΟΝΩΝ ΑΔΙΚΗΜΑΤΩΝ.

Ἀδικήματα δὲ μείζονα, ὅσα ἂν ἀπὸ μείζονος ᾖ ἀδικίας· διὸ καὶ τὰ ἐλάχιστα μέγιστα· οἷον ὁ Μελανώπου Καλλίστρατος κατηγόρει, ὅτι παρελογίσατο τρία ἡμιωβέλια ἱερὰ τοὺς ναοποιούς· * ἐπὶ δικαιοσύνης δὲ τοὐναντίον. ἔστι δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ ὑπερέχειν τῇ δυνάμει· ὁ γὰρ τρία ἱερὰ ἡμιωβέλια κλέψας κἂν ὁτιοῦν ἀδικήσειεν. ὁτὲ μὲν δὴ οὕτω τὸ μεῖζον· ὁτὲ δὲ ἐκ τοῦ βλάβους κρίνεται. 2 Καὶ οὗ μή ἐστιν ἴση τιμωρία, ἀλ-

cem; arbiter enim aequitatem intuetur; iudex vero legem; & eius rei cauſa inventus eſt arbiter, ut aequitas magis valeat. Aequa igitur hoc modo definita ſunto.

CAP. XIV.

De iniuriis maioribus & minoribus.

Maiores autem iniuriae ſunt, quae a maiori iniuſtitia manant; quo fit, ut etiam minimae ſint maximae; quemadmodum Melanopum accuſabat Calliſtratus, quod templi aedificatores tribus ſemiobeliis ſacris fraudaſſet; at iuſtitiae contraria ratio eſt. Cauſa autem illarum eſt, quod (*facientes*) poteſtate ſuperant; nam qui tria ſemiobelia ſacra furatus eſt, is nullo fraudis genere abſtenturus videtur. Interdum igitur maius diiudicatur hoc modo; interdum vero ex damno. 2 Et (*maior iniuria eſt*), cui par poena reperiri non poteſt, ſed quaecunque ſtatua-

λὰ πᾶσα ἐλάττων. καὶ οὗ μὴ ἐστιν ἴασις· χαλεπὸν γὰρ καὶ ἀδύνατον. καὶ οὗ μή ἐστι δίκην λαβεῖν τὸν παθόντα· ἀνίατον γάρ· ἡ γὰρ δίκη καὶ κόλασις ἴασις. 3 Καὶ εἰ ὁ παθὼν, καὶ εἰ ὁ ἀδικηθεὶς αὐτὸς αὐτὸν μεγάλως ἐκόλασεν· ἔτι γὰρ μείζονι ὁ ποιήσας δίκαιος κολασθῆναι· οἷον, Σοφοκλῆς ὑπὲρ Εὐκτήμονος συνηγορῶν, ἐπεὶ ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ὑβρισθεὶς, οὐ τιμήσειν ἔφη ἐλάττονος, ἢ οὗ ὁ παθὼν ἐτίμησεν ἑαυτόν. 4 Καὶ ὁ μόνος, ἢ πρῶτος, ἢ μετ' ὀλίγων πεποίηκε. καὶ τὸ πολλάκις τὸ αὐτὸ ἁμαρτάνειν μέγα. καὶ δι' ὃ ἂν ζητηθῇ καὶ εὑρεθῇ τὰ κωλύοντα καὶ ζημιοῦντα· οἷον, ἐν Ἄργει ζημιοῦσι, δι' ὃν ἂν νόμος τεθῇ, καὶ δι' οὓς τὸ δεσμωτήριον ᾠκοδομήθη. 5 Καὶ τὸ θηριωδέστερον ἀδίκημα μεῖζον. καὶ τὸ ἐκ προνοίας μᾶλλον. καὶ ὃ οἱ ἀκούον-

tur, minor eſt. Et cui remedium adhiberi nullum poteſt; nam odioſa eſt & irreparabilis. Et pro qua poenas exigere laeſus non poteſt; nam immedicabilis eſt; ultio enim & coërcitio medicina quaedam eſt. 3 Et ſi laeſus, & qui iniuriam accepit, ipſe de ſe grave ſupplicium ſumſit; multo enim maiori poena dignus eſt, qui fecit; ut, Sophocles Euctemonis cauſam agens, qui ob illatam ſibi contumeliam ſe iugulaverat, negavit ſe minoris litem aeſtimaturum, quam quanti eam laeſus ipſe ſibi aeſtimaſſet. 4 Et quam quis ſolus, aut primus, aut cum paucis intulit. Magnum eſt quoque eadem in re ſaepe peccare. Et propter quam quaeſita & excogitata ſunt ea, quae ad prohibendum & ad mulctandum valent; ut, Argis poenam in eos ſtatuunt, qui cauſam legi ferendae dedit, & propter quos carcer aedificatus eſt. 5 Et iniuria ferâ magis digna eſt maior. Et quae magis conſulto facta eſt. Et quam audientes cohorre-

τες φοβοῦνται μᾶλλον, ἢ ἐλεοῦσι. καὶ τὰ μὲν ῥητορικά ἐστι τοιαῦτα, ὅτι πολλὰ ἀνήρηκε δίκαια, ἢ ὑπερβέβηκεν· οἷον, ὅρκους, δεξιὰς, πίστεις, ἐπιγαμίας· πολλῶν γὰρ ἀδικημάτων ὑπεροχή. 6 Καὶ τὸ ἐντάῦθα, οὗ κολάζονται οἱ ἀδικοῦντες· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ ψευδομάρτυρες· ποῦ γὰρ οὐκ ἂν ἀδικήσειεν, εἴ γε καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ; καὶ ἐφ' οἷς αἰσχύνη μάλιστα. καὶ εἰ τοῦτον, ὑφ' οὗ εὖ πέπονθε· πλείω γὰρ ἀδικεῖ, ὅτι τε κακῶς ποιεῖ, καὶ ὅτι οὐκ εὖ. 7 Καὶ ὁ παρὰ τὰ ἄγραφα δίκαια· ἀμείνονος γὰρ, μὴ δι' ἀνάγκην δίκαιον εἶναι. τὰ μὲν οὖν γεγραμμένα ἐξ ἀνάγκης· τὰ δ' ἄγραφα οὔ. ἄλλον δὲ τρόπον, εἰ παρὰ τὰ γεγραμμένα· ὁ γὰρ τὰ φοβερὰ ἀδικῶν καὶ τὰ ἐπιζήμια, καὶ τὰ μὴ ἐπιζήμια ἀδικήσειεν ἄν. περὶ μὲν οὖν ἀδικήματος μείζονος καὶ ἐλάττονος εἴρηται.

fcunt potius, quam miſerantur. Et oratoria quidem talia ſunt, ſi quis multa iura ſuſtulerit, aut violaverit; velut, iusiurandum, dexteras, fidem datam, connubii iura; eſt enim cumulus quidam iniuriarum. 6 Et ſi quis eo loco iniuſte fecerit, quo poenis affici ſolent, qui id faciunt; quale quid committunt falſi teſtes; ubi enim non iniuſte fecerit, qui ne in iudicio quidem id facere veretur? Et quae maximum pudorem incutiunt. Et ſi quis eum laeſit, a quo beneficium acceperat; pluribus enim modis iniuſtus eſt, quod ei & damnum det, & beneficium non reddat. 7 Et ſi adverſus iura non ſcripta; melioris enim viri eſt, iuſtum eſſe citra ullam neceſſitatem. At ſcripta iura neceſſitatem imponunt, non ſcripta nullam. Alio autem modo, ſi adverſus ſcripta; nam qui neque terrore legum, neque propoſitis poenis ab iniuria abſterretur, multo etiam iniuſtior fuerit, ubi nulla poena propoſita eſt. De maiori igitur & de minori iniuria dictum eſt.

ΚΕΦ. ιε'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΤΕΧΝΩΝ ΠΙΣΤΕΩΝ.

Περὶ δὲ τῶν ἀτέχνων καλουμένων πίστεων, ἐχόμενόν ἐστι τῶν εἰρημένων, ἐπιδραμεῖν· ἴδιαι γὰρ αὗται τῶν δικανικῶν. 2 Εἰσὶ δὲ πέντε τὸν ἀριθμὸν, νόμοι, μάρτυρες, συνθῆκαι, βάσανοι, ὅρκος. 3 Πρῶτον μὲν οὖν εἴπωμεν περὶ νόμων, πῶς χρηστέον καὶ προτρέποντα καὶ ἀποτρέποντα, καὶ κατηγοροῦντα καὶ ἀπολογούμενον. 4 Φανερὸν γὰρ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐναντίος ᾖ ὁ γεγραμμένος τῷ πράγματι, τῷ κοινῷ νόμῳ χρηστέον, καὶ τοῖς ἐπιεικέσιν, ὡς δικαιοτέροις. 5 Καὶ ὅτι τῇ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ τοῦτ' ἔστι, τὸ μὴ πάντως χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις. 6 Καὶ ὅτι τὸ μὲν ἐπιεικὲς αἰεὶ μένει, καὶ οὐδέποτε μεταβάλλει οὐδ' ὁ κοινός· κατὰ Φύσιν γάρ ἐστιν· οἱ δὲ γεγραμμένοι πολλάκις· ὅθεν εἴρηται ἐν τῇ τοῦ Σοφοκλέους Ἀντιγόνῃ· ἀπολογεῖται γὰρ,

CAP. XV.

De fidei faciendae rationibus artis expertibus.

Nunc de iis faciendae fidei rationibus, quae artis expertes vocantur, ſequitur ut breviter differamus; ſunt enim hae propriae iudiciorum. 2 Sunt autem numero quinque, Leges, Teſtes, Pacta conventa, Quaeſtiones, Iusiurandum. 3 Primum igitur dicamus de legibus, quomodo iis utendum ſit ſive adhortanti ſive diſſuadenti, ſive accuſanti ſive defendenti. 4 Conſtat enim, ſi lex ſcripta cauſae noſtrae adverſetur, utendum eſſe communi lege, & iis, quae aequitati conſentanea ſunt, ut iuſtioribus. 5 Et hoc eſt optimo animo iudicare, non ea, quae ſcripta ſunt, praefracte ſequi. 6 Et aequitas quidem ſemper manet, neque unquam mutatur communis illa lex; nam eſt naturalis; at leges ſcriptae ſaepe mutantur; unde dictum eſt in Sophoclis Antigone; nam

ὅτι ἔπραξε παρὰ τὸν τοῦ Κρέοντος νόμον, ἀλλ' οὐ παρὰ τὸν ἄγραφον·

Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' αἰεί ποτε·
Τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὸς οὐδενός —.

7 Καὶ ὅτι τὸ δίκαιόν ἐστιν ἀληθές τι καὶ συμφέρον, ἀλλ' οὐ τὸ δοκοῦν· ὥστ' οὐ νόμος ὁ γεγραμμένος· οὐ γὰρ ποιεῖ τὸ ἔργον τὸ τοῦ νόμου. καὶ ὅτι ὥσπερ ἀργυρογνώμων ὁ κριτής ἐστιν, ὅπως διακρίνῃ τὸ κίβδηλον δίκαιον καὶ τὸ ἀληθές. 8 Καὶ ὅτι βελτίονος ἀνδρὸς τὸ τοῖς ἀγράφοις, ἢ τοῖς γεγραμμένοις, χρῆσθαι καὶ ἐμμένειν. 9 Καὶ εἴ που ἐναντίος νόμῳ εὐδοκιμοῦντι, ἢ καὶ αὐτὸς αὑτῷ· οἷον, ἐνίοτε ὁ μὲν κελεύει κύρια εἶναι, ἅττ' ἂν σύνβωνται· ὁ δὲ ἀπαγορεύει μὴ συντίθεσθαι παρὰ τὸν νόμον. 10 Καὶ εἰ ἀμφίβολος, ὥστε στρέφειν καὶ ὁρᾶν, ἐφ' ὁποτέραν τὴν ἀγωγὴν ἢ τὸ δί-

defendit haec se, quod fecerit quidem adversus legem Creontis, sed non adversus legem non scriptam:

Neque enim hodie ius receptum est, aut heri,
Aeternitate fixum ab omni sed viget.
Cuius causa ego nolui ullius hominis —.

7 Et ius verum quiddam est atque utile, non autem quod videtur; itaque ne lex quidem scripta; non enim facit id, quod opus ac munus est legis. Et iudex est quasi spectator quidam ac probator nummorum, ut ius aerosum discernat a vero. 8 Et est melioris viri, leges non scriptas, quam scriptas sequi & constanter observare. 9 Illud quoque videndum est, num lex alicui legi probatae, aut etiam ipsa sibi adversetur; e. c. nonnunquam lex iubet, pacta conventa rata esse; alia vero vetat, ne adversus legem pacta ulla fiant. 10 Et num ambigua sit, ut torquere eam liceat & videre, utram in partem deflexa iustior & causae nostrae utilior vide-

καιον ἐφαρμόσει, ἢ τὸ συμφέρον· εἶτα τούτῳ χρῆσθαι. 11 Καὶ εἰ τὰ μὲν πράγματα, ἐφ' οἷς ἐτέθη ὁ νόμος, μηκέτι μένει, ὁ δὲ νόμος· πειρατέον τοῦτο δηλοῦν, καὶ μάχεσθαι ταύτῃ πρὸς αὐτόν. 12 Ἐὰν δὲ ὁ γεγραμμένος ᾖ πρὸς τὸ πρᾶγμα, τότε γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ λεκτέον ἐστὶν, ὅτι οὐ τοῦ παρὰ τὸν νόμον ἕνεκα δικάζειν ἐστὶν, ἀλλ' ἵνα, ἐὰν ἀγνοήσῃ, ὅ, τι λέγει ὁ νόμος, μὴ ἐπιορκῇ. καὶ ὅτι οὐ τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν αἱρεῖται οὐδεὶς, ἀλλὰ τὸ αὐτῷ. καὶ ὅτι οὐδὲν διαφέρει, ἢ μὴ κεῖσθαι, ἢ μὴ χρῆσθαι. καὶ ὅτι ἐν ταῖς ἄλλαις τέχναις οὐ λυσιτελεῖ παρασοφίζεσθαι, οἷον τὸν ἰατρόν· οὐ γὰρ τοσοῦτον βλάπτει ἡ ἁμαρτία τοῦ ἰατροῦ, ὅσον τὸ ἐθίζεσθαι ἀπειθεῖν τῷ ἄρχοντι. καὶ ὅτι τὸ τῶν νόμων σοφώτερον ζητεῖν εἶναι, τοῦτ' ἔστιν, ὃ ἐν τοῖς ἐπαινουμένοις νόμοις ἀπαγορεύεται. καὶ περὶ μὲν τῶν νόμων οὕτω

bitur; deinde eâ uti. 11 Et ſi res quidem, propter quas lex lata eſt, non amplius maneant, lex autem ipſa maneat; tentandum eſt, ut hoc planum faciamus, & hac ratione adverſus illam pugnemus. 12 Quod ſi lex ſcripta pro noſtra re faciat, tunc dicendum eſt, (*quod iurant iudices*,) ſe optimo animo (*iudicaturos*), non eo receptum eſſe, ut adverſus legem iudicare liceat, ſed ne peierent, ſi forte legem non intellexerint. Et neminem perſequi id, quod ſimpliciter bonum eſt, ſed quod ſibi. Et nihil intereſſe, non condantur leges, an non obſerventur. Et ne in aliis quidem artibus expedire, adverſus earum praecepta ingenioſum videri, v. c. ſi medicus (*id agat*); neque tam nocere errorem medici, quam ſi quis aſſueſcat non parere imperanti. Et hoc eſſe, quod dicitur, velle eſſe ſapientiorem legibus, quod maxime commendatis legibus prohibetur. Ac de legibus

διωρίσθω. 13 Περὶ δὲ μαρτύρων· μάρτυρές εἰσι διπλοῖ, οἱ μὲν παλαιοὶ, οἱ δὲ πρόσφατοι. καὶ τούτων οἱ μὲν μετέχοντες τοῦ κινδύνου· οἱ δὲ ἐκτός. λέγω δὲ παλαιοὺς μὲν τούς τε ποιητὰς, καὶ ὅσων ἄλλων γνωρίμων εἰσὶ κρίσεις φανεραί· οἷον, Ἀθηναῖοι Ὁμήρῳ μάρτυρι ἐχρήσαντο περὶ Σαλαμῖνος· καὶ Τενέδιοι ἔναγχος Περιάνδρῳ τῷ Κορινθίῳ πρὸς Σιγειεῖς· καὶ Κλεοφῶν κατὰ Κριτίου τοῖς Σόλωνος ἐλεγείοις ἐχρήσατο, λέγων, ὅτι πάλαι ἀσελγὴς ἡ οἰκία· οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐποίησε Σόλων,

Εἰπεῖν μοι Κριτίᾳ πυῤῥότριχι, πατρὸς ἀκούειν.

περὶ μὲν οὖν τῶν γενομένων οἱ τοιοῦτοι μάρτυρες. 14 Περὶ δὲ τῶν ἐσομένων καὶ οἱ χρησμολόγοι· οἷον, Θεμιστοκλῆς, ὅτι ναυμαχητέον, τὸ ξύλινον λέγει τεῖχος. ἔτι καὶ αἱ παροιμίαι, ὥσπερ εἴρηται, μαρτυρίαι

quidem ita disputatum sit. 13 Ad testes vero quod attinet, sunt eorum duo genera, alii antiqui, alii recentes. Et horum alii, qui in periculum veniunt; alii, qui extra periculum sunt. Dico autem antiquos quidem poëtas, aliosque illustres viros, quorum iudicia nota & testata sunt; ut, Athenienses in controversia de Salamine Homero teste usi sunt; & Tenedii nuper Periandro Corinthio adversus Sigeenses; & Cleophon adversus Critiam elegis Solonis, cum diceret, domum ipsius iam pridem turpibus deliciis deditam fuisse; alias enim nunquam dicturus fuisset Solon,

Dic flavo Critiae, patris ut praecepta sequatur.

De praeteritis igitur eiusmodi testes sunt. 14 De futuris autem & oraculorum interpretes; quemadmodum Themistocles, ut navali proelio dimicarent, lignea moenia interpretatus est. Praeterea etiam proverbia, ut su-

ἐστίν· οἷον, εἴ τις συμβουλεύει, μὴ ποιεῖσθαι φίλον γέροντα, τούτῳ μαρτυρεῖ ἡ παροιμία, „ Μή ποτ' εὖ ἔρδειν γέροντα·„ καὶ τὸ τοὺς υἱοὺς ἀναιρεῖν, ὧν καὶ τοὺς πατέρας·

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείποι.

15 Πρόσφατοι δὲ, ὅσοι γνώριμοι κεκρίκασί τι· χρήσιμοι γὰρ αἱ τούτων κρίσεις τοῖς περὶ τῶν αὐτῶν ἀμφισβητοῦσιν· οἷον, Εὔβουλος ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐχρήσατο κατὰ Χάρητος, ᾧ Πλάτων εἶπε πρὸς Ἀρχίβιον, ὅτι ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πόλει τὸ ὁμολογεῖν πονηροὺς εἶναι. καὶ οἱ μετέχοντες τοῦ κινδύνου, ἂν δόξωσι ψεύδεσθαι. 16 Οἱ μὲν οὖν τοιοῦτοι τῶν τοιούτων μόνον μάρτυρές εἰσι· γέγονεν, ἢ μή· ἔστιν, ἢ μή. περὶ δὲ τοῦ ποῖον οὐ μάρτυρες· οἷον, εἰ δίκαιον ἢ ἄδικον, ἢ συμφέρον ἢ ἀσύμφορον. 17 [Οἱ δ' ἄπωθεν καὶ περὶ τού-

pra dictum eſt, teſtimonia ſunt; ut, ſi quis auctor eſt, ne amicitiam faciamus cum ſene, ei pro teſtimonio erit proverbium, *Ne ſeni faxis benigne;* & ut filios occidat, patres qui occiderit:

Deſipit occiſo natos qui patre relinquit.

15 Recentes autem, qui & illuſtres ſunt, & aliqua de re iudicarunt; nam utilia ſunt horum iudicia iiſdem de rebus controverſantibus; ut, Eubulus in iudiciis uſus eſt adverſus Charetem eo, quod dixit Plato in Archibium, increbuiſſe in civitate, ut multi improbos ſe eſſe profiteantur. Et qui in partem periculi veniunt, ſi mentiri videantur. 16 Tales igitur talibus tantum de rebus teſtes ſunt; fuitne, an non fuit; eſtne, an non eſt. Quale autem quidque ſit, (*de eo idonei*) teſtes non ſunt, ut, iuſtum an iniuſtum, utile an inutile ſit. 17 [Teſtibus ab aetate noſtra remotis etiam his in rebus maxima ha-

των πιστότατοι.] *πιστότατοι δὲ οἱ παλαιοί· ἀδιάφθοροι γάρ.* [*πιστώματα δὲ παρὰ μαρτυριῶν.*] *μάρτυρας μὲν μὴ ἔχοντι, ὅτι ἐκ τῶν εἰκότων δεῖ κρίνειν· καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ. καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐξαπατῆσαι τὰ εἰκότα ἐπ' ἀργυρίῳ. καὶ ὅτι οὐχ ἁλίσκεται ψευδομαρτυριῶν τὰ εἰκότα. ἔχοντι δὲ πρὸς μὴ ἔχοντα, ὅτι οὐχ ὑπόδικα τὰ εἰκότα. καὶ ὅτι οὐδὲν ἂν ἔδει μαρτυριῶν, εἰ ἐκ τῶν λόγων ἱκανὸν ἦν θεωρῆσαι.* 18 *Εἰσὶ δὲ αἱ μαρτυρίαι αἱ μὲν περὶ αὐτοῦ· αἱ δὲ περὶ τοῦ ἀμφισβητοῦντος. καὶ αἱ μὲν περὶ τοῦ πράγματος· αἱ δὲ περὶ τοῦ ἤθους. ὥστε φανερὸν, ὅτι οὐδέποτέ ἐστιν ἀπορῆσαι μαρτυρίας χρησίμης· εἰ μὴ γὰρ κατὰ τοῦ πράγματος, ἢ αὐτῷ ὁμολογουμένης, ἢ τῷ ἀμφισβητοῦντι ἐναντίας· ἀλλὰ περὶ τοῦ ἤθους ἢ αὐτοῦ εἰς ἐπιείκειαν,*

betur fides]. Certiſſimi autem ſunt antiqui; quia corrumpi non poſſunt. [Rationes vero faciendae fidei a teſtimoniis proficiſcuntur.] Teſtes quidem non habenti (*dicendum eſt*), ex probabilibus argumentis iudicandum eſſe; atque id eſſe, (*quod dicitur,*) optimo animo iudicare. Neque fieri poſſe, ut argumenta pecunia propoſita adducantur ad iudices fallendos. Neque unquam argumenta probabilia convinci, quod falſum pro teſtimonio dixerint. Habenti autem adverſus iis deſtitutum (*dicendum eſt*), probabilia non ſub iudicium cadere. Et nihil opus fore teſtibus, ſi ex argumentis cuiuſque rei veritas cognoſci poſſit. 18 Sunt autem teſtimonia alia quidem de ipſo, alia vero de adverſario. Et alia quidem de re, alia vero de moribus. Quare manifeſtum eſt, nunquam defutura eſſe utilia teſtimonia; ſi enim de re non ſuppetent, quibus aut confirmetur a nobis dictum, aut quae adverſario contraria ſint; at de moribus vel no-

ἢ τοῦ ἀμφισβητοῦντος εἰς φαυλότητα. 19 Τὰ δ' ἄλλα περὶ μάρτυρος, ἢ φίλου, ἢ ἐχθροῦ, ἢ μεταξὺ, ἢ εὐδοκιμοῦντος, ἢ ἀδοξοῦντος, ἢ μεταξὺ, καὶ ὅσαι ἄλλαι τοιαῦται διαφοραὶ, ἐκ τῶν αὐτῶν τόπων λεκτέον, ἐξ οἵωνπερ καὶ τὰ ἐνθυμήματα λέγομεν. 20 Περὶ δὲ τῶν συνθηκῶν τοσαύτη τοῦ λόγου χρῆσίς ἐστιν, ὅσον αὔξειν, ἢ καθαιρεῖν, ἢ πιστὰς ποιεῖν, ἢ ἀπίστους· ἂν μὲν αὐτῷ ὑπάρχωσι, πιστὰς καὶ κυρίας· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀμφισβητοῦντος, τοὐναντίον. 21 Πρὸς μὲν οὖν τὸ πιστὰς ἢ ἀπίστους κατασκευάζειν οὐδὲν διαφέρει τῆς περὶ τοὺς μάρτυρας πραγματείας· ὁποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ ἐπιγεγραμμένοι, ἢ φυλάττοντες, τούτοις αἱ συνθῆκαι πισταί εἰσιν. ὁμολογουμένης δ' εἶναι τῆς συνθήκης, οἰκείας μὲν οὔσης, αὐξητέον· ἡ γὰρ συνθήκη

ſtriſ in bonam partem, vel adverſarii in contrariam non deerunt. 19 Cetera vero de teſte, aut amico, aut inimico, aut inter utrumque interiecto, aut bona exiſtimatione florente, aut mala fama laborante, aut inter utrumque interiecto, & quaecunque eiuſmodi diſcrimina ſunt, iiſdem ex locis ſumenda ſunt, ex quibus etiam enthymemata ducimus. 20 Ad pacta conventa autem quod attinet, eatenus in iis tractandis oratoris munus verſatur, ut ea aut firmet, aut elevet, aut fidem iis conciliet, aut detrahat; ſi cauſam quidem ſuam adiuvent, ut ea rata eſſe debere confirmet; ſin autem pro adverſario faciant, contra. 21 Ad fidem igitur iis vel conciliandam vel detrahendam eadem plane ratio eſt, quae tractationis teſtium; quales enim ſint, qui tabulas ſubſcripſerint, quive eas aſſervent, talia & pacta ipſa habentur. Ac ſi quidem uterque fateatur, pactum initum eſſe, & illud pro nobis faciat, roborandum eſt;

νόμος ἐστὶν ἴδιος, καὶ κατὰ μέρος. καὶ αἱ μὲν συνθῆκαι οὐ ποιοῦσι τὸν νόμον κύριον· οἱ δὲ νόμοι τὰς κατὰ τὸν νόμον συνθήκας. καὶ ὅλως αὐτὸς ὁ νόμος συνθήκη τίς ἐστιν· ὥστε, ὅστις ἀπιστεῖ καὶ ἀναιρεῖ συνθήκην, τοὺς νόμους ἀναιρεῖ. 22 Ἔτι δὲ πράττεται τὰ πολλὰ τῶν συναλλαγμάτων καὶ τὰ ἑκούσια κατὰ συνθήκας· ὥστε ἀκύρων γιγνομένων ἀναιρεῖται ἡ πρὸς ἀλλήλους χρεία τῶν ἀνθρώπων. καὶ τἆλλα δὲ, ὅσα ἁρμόττει, ἐπιπολῆς ἰδεῖν ἐστιν. 23 Ἂν δ' ἐναντία ᾖ καὶ μετὰ τῶν ἁμοσιβητούντων, πρῶτον μὲν, ἅπερ ἄν τις πρὸς νόμον ἐναντίον μαχήσαιτο, ταῦθ' ἁρμόττει· ἄτοπον γὰρ, εἰ τοῖς μὲν νόμοις, ἂν μὴ ὀρθῶς κείμενοι ὦσιν, ἀλλ' ἐξαπατῶσιν οἱ τιθέμενοι, οὐκ οἰόμεθα δεῖν πείθεσθαι· ταῖς δὲ συνθήκαις, ἀναγκαῖον. 24 Εἶθ', ὅτι τοῦ δικαίου βραβευτής ἐστιν ὁ δικαστὴς, οὔκουν τοῦτο σκε-

nam pactum lex quaedam privata eſt, & ſingularis. Et pacta quidem non faciunt legem ratam; leges autem rata faciunt pacta ſecundum legem conventa. Omninoque lex ipſa pactio quaedam eſt; ita ut, quicunque fidem fallit, pactionemque ſubvertit, leges ipſas tollat. 22 Praeterea pleraque negotia, etiam quae ſponte fiunt, pactis continentur; ut, ſi quis ea irrita faciat, mutuum inter homines commercium tollatur. Et reliqua huc pertinentia facile eſt perſpicere. 23 Sin autem (*pacta*) cauſae noſtrae adverſentur, & adverſarios ſublevent, primum quidem quaecunque adverſus legem contrariam dici poterint, huc quoque convenient; abſurdum enim eſt, cum legibus, ſi recte poſitae non ſint, ſed fefellerint, qui eas tulerunt, ſtandum eſſe non putemus, pactis neceſſario ſtandum eſſe arbitremur. 24 Dicemus etiam, iudicem quaſi diſpenſatorem iuris eſſe, ut, quid iuſtius ſit, non quid pactis comprehenſum ſit, eum ſpe-

πτέον, ἀλλ' ὡς δικαιότερον. καὶ τὸ μὲν δίκαιον οὐκ ἔστι μεταστρέψαι οὔτ' ἀπάτῃ, οὔτ' ἀνάγκῃ· πεφυκὸς γάρ ἐστι. 25 Συνθῆκαι δὲ γίγνονται καὶ ἐξαπατηθέντων, καὶ ἀναγκασθέντων. πρὸς δὲ τούτοις σκοπεῖν, εἰ ἐναντία τινί ἐστιν, ἢ τῶν γεγραμμένων νόμων, ἢ τῶν κοινῶν, καὶ τοῖς δικαίοις ἢ καλοῖς. ἔτι τε, εἰ ἄλλαις συνθήκαις ὑστέραις, ἢ προτέραις· ἢ γὰρ αἱ ὕστεραι κύριαι, ἄκυροι δ' αἱ πρότεραι· ἢ αἱ πρότεραι ὀρθαὶ, αἱ δ' ὕστεραι ἠπατήκασιν, ὁποτέρως ἂν ᾖ χρήσιμον. ἔτι δὲ, τὸ συμφέρον ὁρᾶν, εἴ πῃ ἐναντιοῦται τοῖς κριταῖς, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· καὶ γὰρ ταῦτα εὐθεώρητα ὁμοίως. 26 Αἱ δὲ βάσανοι μαρτυρίαι τινές εἰσιν. ἔχειν δὲ δοκοῦσι τὸ πιστὸν, ὅτι ἀνάγκη τις πρόσεστι. οὔκουν χαλεπὸν οὐδὲν περὶ τούτων ἰδεῖν, καὶ τὰ ἐνδεχόμενα εἰπεῖν· ἐξ ὧν, ἄν τε ὑπάρχωσιν οἰκεῖαι, αὔξειν ἐστὶν,

ctare oporteat. Et ius quidem perverti non poteſt neque fraude, neque per vim; naturâ enim valet. 25 At pacta interdum ineuntur & deceptis hominibus & coactis. Praeterea conſiderandum eſt, num conventio repugnet alicui legi aut ſcriptae, aut communi, & iis, quae iuſta & honeſta ſunt. Itemque, num aliis conventionibus poſterioribus, ſeu prioribus; aut enim poſteriores ratae ſunt, priores autem irritae; aut priores ſunt iuſtae, poſterioribus vero admixta fraus eſt, utro modo expedierit. Reſpiciendum porro eſt ad utilitatem, ſicubi forte ipſis iudicibus talium pactionum obſervatio nocitura ſit, & quaecunque alia eiuſmodi ſunt; nam haec quoque facile intelligi poſſunt. 26 Quaeſtiones autem teſtimonia quaedam ſunt. Idcirco illis tribuitur fides, quod neceſſitas quaedam adiuncta eſt. Non eſt difficile igitur, quae de illis dici poſſint, perſpicere; quibus aut confirmentur, ſi pro nobis faciant, ut quod

ὅτι ἀληθεῖς μόναι τῶν μαρτυριῶν εἰσιν [αὗται]· ἐάν τε ὑπεναντίαι ὦσι καὶ μετὰ τοῦ ἀμφισβητοῦντος, διαλύοι ἄν τις τἀληθῆ, λέγων καθ' ὅλου τοῦ γένους τῶν βασάνων· οὐδὲν γὰρ ἧττον ἀναγκαζόμενοι τὰ ψευδῆ λέγουσιν, ἢ τἀληθῆ· καὶ διακαρτεροῦντες μὴ λέγειν τἀληθῆ· καὶ ῥᾳδίως καταψευδόμενοι, ὡς παυσόμενοι θᾶττον. δεῖ δ' ἔχειν ἐπαναφέρειν ἐπὶ τοιαῦτα γεγενημένα παραδείγματα, ἃ ἴσασιν οἱ κρίνοντες. * 27 Περὶ δὲ ὅρκων τετραχῶς ἐστι διελεῖν· ἢ γὰρ δίδωσι, καὶ λαμβάνει, ἢ οὐδέτερον· ἢ τὸ μὲν, τὸ δ' οὔ· καὶ τούτων ἢ δίδωσι μὲν, οὐ λαμβάνει δέ· ἢ λαμβάνει μὲν, οὐ δίδωσι δέ. ἔτι ἄλλως παρὰ ταῦτα, εἰ ὀμώμοσται [οὗτος], ἢ ὑπ' αὐτοῦ, ἢ ὑπ' ἐκείνου. 28 Οὐ δίδωσι μὲν οὖν, ὅτι ῥᾳδίως ἐπιορκοῦσι· καὶ διότι ὁ μὲν ὀμόσας οὐκ ἀποδίδωσι· τοὺς δὲ, μὴ ὀμόσαντος, οἴεται καταδικά-

solae ex omni teſtimoniorum genere verae ſint; aut ſi adverſus nos & adverſarium ſublevent, diſſolvat quis eas, vel verae ſi fuerint, diſputans contra totum earum genus; nam tormentis coacti nihilominus falſa dicunt, quam vera; & interdum obdurant, ne vera dicant; interdum facile mentiuntur, ut cruciatu liberentur citius. Habenda autem in promtu ſunt exempla nota iudicibus, quibus ita uſu veniſſe doceamus. 27 Iurisiurandi autem quadripertita tractatio eſt; aut enim illud aliquis defert, & accipit, aut neutrum; aut alterum quidem facit, alterum vero detrectat; i. e. aut defert quidem, ſed non accipit; aut accipit quidem, ſed non defert. Ac praeter haec alia etiam ratio eſt, cum iuratum eſt, aut ab hoc, aut ab illo. 28 Qui igitur non defert, (*dicet, ſe id non facere,*) quoniam (*homines*) facile peierant. Et quod (*adverſarius*) quidem, ſi iuraverit, onere ſolvendi liberabitur; at ſi non iuraverit, ſperat ipſe, fore, ut iudices eum damnent. Et malle

ζειν. καὶ ὡς οὗτος ὁ κίνδυνος κρείττων ὁ ἐν τοῖς δικασταῖς· τοῖς μὲν γὰρ πιστεύει· τῷ δὲ οὔ. 29 Οὐ λαμβάνει δὲ, ὅτι ἀντὶ χρημάτων ὅρκος. καὶ ὅτι, εἰ ἦν Φαῦλος, κατομόσαιτο ἄν· κρεῖττον γὰρ, ἕνεκά του Φαῦλον εἶναι, ἢ μηδενός· ὀμόσας μὲν γὰρ ἕξει· μὴ ὀμόσας δὲ οὔ. οὕτω δὲ δι' ἀρετὴν ἂν εἴη, ἀλλ' οὐ δι' ἐπιορκίαν, τὸ μή· καὶ τὸ τοῦ ΞενοΦάνους ἁρμόττει, ὅτι οὐκ ἴση πρόκλησις αὕτη ἀσεβεῖ πρὸς εὐσεβῆ, ἀλλ' ὁμοία καὶ εἰ ἰσχυρὸς ἀσθενῆ πατάξαι, ἢ πληγῆναι, προκαλέσαιτο. 30 Εἰ δὲ λαμβάνει, ὅτι πιστεύει αὐτῷ, ἐκείνῳ δ' οὔ. καὶ τὸ τοῦ ΞενοΦάνους μεταστρέψαντα φατέον οὕτως, ἴσον εἶναι· ἐὰν μὲν ὁ ἀσεβὴς διδῷ, ὁ εὐσεβὴς δ' ὀμνύῃ· δεινόν τε τὸ μὴ ἐθέλειν αὐτὸν, ὑπὲρ

se huius rei periculum facere in iudicibus; illis enim se fidere, adversario non fidere. 29 Non accipit autem (*iusiurandum delatum*), quoniam (*turpe sibi videri dicet*), pecuniae causa iurare. Et quoniam, si improbus esset, facile iuraturus esset; praestat enim, ut aliquid lucri facias, improbum esse, quam absque ullo lucro; nam si iuraverit, habiturum se esse (*pecuniam*); sin autem non iuraverit, non habiturum esse. Atque ita iurisiurandi detrectatio a virtute quadam proficisci videbitur, non a peierandi metu; & Xenophanis dictum huic accommodari potest, non esse aequam provocationem divini numinis contemtori adversus pium ac religiosum, sed tantundem esse, ac si robustus infirmum provocet, ut aut verberet ipse, aut vapulet. 30 Si autem iusiurandum accipiet, (*dicet*,) se sibi fidem habere, adversario non habere. Et inverso Xenophanis dicto ita utetur, aequum esse, ut divini numinis contemtor iusiurandum deferat, pius vero iuret; neque enim ferendum esse, si, qua de re iuratos alios iudicare vult,

ὧν ἐκείνους ἀξιοῖ ὀμόσαντας δικάζειν. 31 Εἰ δὲ δίδωσιν, ὅτι εὐσεβὲς τὸ θέλειν τοῖς θεοῖς ἐπιτρέπειν. καὶ ὅτι οὐδὲν δεῖ αὐτὸν ἄλλων κριτῶν δεῖσθαι· αὐτῷ γὰρ δίδωσι κρίνειν. καὶ ὅτι ἄτοπον τὸ μὴ θέλειν ὀμνύναι, περὶ ὧν ἄλλους ἀξιοῖ ὀμνύναι. 32 Ἐπεὶ δὲ καθ' ἕκαστον δῆλον, πῶς λεκτέον, καὶ συνδυαζόμενον πῶς λεκτέον, δῆλον· οἷον, εἰ αὐτὸς μὲν θέλει λαμβάνειν, διδόναι δὲ μή· καὶ εἰ δίδωσι μέν, λαμβάνειν δὲ μὴ θέλει· καὶ εἰ λαμβάνειν καὶ διδόναι ἐθέλει, εἴ τε μηδέτερον· ἐκ γὰρ τῶν εἰρημένων ἀνάγκη συγκεῖσθαι· ὥστε καὶ τοὺς λόγους ἀνάγκη συγκεῖσθαι ἐκ τῶν εἰρημένων. ἐὰν δὲ ᾖ γεγενημένος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐναντίος, ὅτι οὐκ ἐπιορκία· ἑκούσιον γὰρ τὸ ἀδικεῖν ἐστι· τὸ δὲ ἐπιορκεῖν ἀδικεῖν ἐστι· τὰ δὲ βίᾳ καὶ ἀπάτῃ ἀκούσια. 33 Ἐνταῦθα οὖν συνακτέον καὶ τὸ ἐπιορκεῖν ὅτι ἐστὶ

de eadem iurare ipſemet nolit. 31 Si autem defert, (*dicet*,) pium eſſe, totam rem Diis permittere. Et adverſario nihil opus eſſe aliis iudicibus; ſe enim illi iudicandi poteſtatem facere. Abſurdum autem eſſe, qua de re ipſe iurare nolit, ſi de ea iurare alios poſtulet. 32 Quando autem, quomodo ſingula ſeorſim tractanda ſint, conſtat, illud quoque conſtat, quomodo debeant copulata tractari; ut, ſi quis accipere quidem vult, ſed deferre non vult; aut contra deferre quidem, ſed non accipere; aut ſi utrumlibet facere paratus eſt, aut ſi neutrum. Nam ut res ipſas, ſic quae in quaque dicenda erunt, ex iis, quae iam diximus, copulari neceſſe eſt. Quod ſi iuratum ſit, & iusiurandum ei ipſi, qui iuravit, adverſetur, negabit, periurium eſſe, eo non ſtare; nam & qui iniuſte facit, ſponte facit; qui autem peierat, iniuſte facit; at quae per vim & per errorem fiunt, ab invitis fiunt. 33 Recurrendum igitur

τὸ τῇ διανοίᾳ, ἀλλ' οὐ τῷ στόματι. ἐὰν δὲ τῷ ἀντιδίκῳ ᾖ ὀμωμοσμένος, Ὅτι πάντα ἀναιρεῖ ὁ μὴ ἐμμένων, οἷς ὤμοσε· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοῖς νόμοις χρῶνται ὀμόσαντες· καὶ ὑμᾶς μὲν ἀξιοῦμεν ἐμμένειν, οἷς ἂν ὀμόσαντες δικάζητε· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐμμενοῦμεν; καὶ ὅσα ἄλλα ἂν αὔξων τις εἴπειε. περὶ μὲν οὖν τῶν ἀτέχνων πίστεων, εἰρήσθω τοσαῦτα.

eo eſt, ut peierare non in ore, ſed in mente poſitum eſſe dicamus. At ſi iuraverit adverſarius, dicemus, omnia pervertere eum, qui eo, quod ipſe iuravit, ſtare nolit; nam propterea quoque iis legibus utimur, in quas iuravimus; & a vobis quidem, iudices, poſtulamus, ut ea, quae iuraſtis, obſervetis; nos autem iis, quae iuravimus, ſtare nollemus? Et quidquid aliud amplificando dici poterit. Ac de probationibus quidem artis expertibus haec dicta ſint.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ

ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΡΙΑ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

ΟΤΙ ΔΕΙ ΠΟΙΟΝ ΤΙΝΑ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΖΕΙΝ ΤΟΝ ΚΡΙΤΗΝ.

Ἐκ τίνων μὲν οὖν δεῖ καὶ προτρέπειν καὶ ἀποτρέπειν, καὶ ψέγειν καὶ ἐπαινεῖν, καὶ κατηγορεῖν καὶ ἀπολογεῖσθαι, καὶ ποίαι δόξαι καὶ προτάσεις χρήσιμοι πρὸς τὰς τούτων πίστεις, ταῦτ' ἐστί. περὶ γὰρ τούτων, καὶ ἐκ τούτων τὰ ἐνθυμήματα λέγεται, ὡς

ARISTOTELIS LIBRORUM TRIUM DE ARTE RHETORICA LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Quomodo iudex ſit afficiendus.

Unde igitur ducenda ſint ea, quibus utamur in ſuadendo & diſſuadendo, vituperando & laudando, accuſando & defendendo, & quae opiniones & propoſitiones utiles ſint ad faciendam in his rebus fidem, diximus. Fere enim de his, & ex his ducuntur enthyme-

περὶ ἕκαστον εἰπεῖν ἰδίᾳ τὸ γένος τῶν λόγων. 2 Ἐπεὶ δ' ἕνεκα κρίσεώς ἐστιν ἡ Ῥητορική· καὶ γὰρ τὰς συμβουλὰς κρίνουσι, καὶ ἡ δίκη κρίσις ἐστίν· ἀνάγκη, μὴ μόνον πρὸς τὸν λόγον ὁρᾶν, ὅπως ἀποδεικτικὸς ἔσται καὶ πιστὸς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ποιόν τινα καὶ τὸν κριτὴν κατασκευάζειν. 3 Πολὺ γὰρ διαφέρει πρὸς πίστιν, μάλιστα μὲν ἐν ταῖς συμβουλαῖς, εἶτα δὲ καὶ ἐν ταῖς δίκαις, τό τε ποιόν τινα φαίνεσθαι τὸν λέγοντα, καὶ τὸ πρὸς αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν ἔχειν πως αὐτόν· πρὸς δὲ τούτοις, ἐὰν καὶ αὐτοὶ διακείμενοί πως τυγχάνωσι. 4 Τὸ μὲν οὖν ποιόν τινα φαίνεσθαι τὸν λέγοντα χρησιμώτερον εἰς τὰς συμβουλάς ἐστι· τὸ δὲ διακεῖσθαί πως τὸν ἀκροατὴν εἰς τὰς δίκας. οὐ γὰρ ταὐτὰ φαίνεται φιλοῦσι καὶ μισοῦσιν, οὐδ' ὀργιζομένοις καὶ πραέως ἔχουσιν· ἀλλ' ἢ τὸ παράπαν ἕτερα, ἢ

mata proprie in unoquoque orationum genere. 2 Quoniam autem Rhetorica ad audientium existimationem dirigitur; nam & qui deliberant, & qui iudicia exercent, iudicant: necessario videndum est oratori non tantum, ut oratio apta sit ad demonstrandum, & ad faciendam fidem, sed & ut orator cuiusdammodi videatur, & iudex certo quodam modo afficiatur. 3 Multum enim interest ad fidem, maxime quidem in deliberationibus, deinde autem in iudiciis quoque, cuiusmodi videatur dicens, & quomodo eum erga se affectum esse audientes arbitrentur; tum praeterea, quomodo ipsi quoque affecti sint. 4 In deliberationibus quidem utilius est, sententiam dicentem talem videri; in iudiciis vero auditorem hoc vel illo modo affectum esse. Non enim eadem videntur amantibus, ac iis, qui oderunt, neque iratis, ac iis, qui sedato & composito animo sunt; sed aut omnino alia, aut certe non aeque

κατὰ μέγεθος ἕτερα. τῷ μὲν γὰρ Φιλοῦντι, περὶ οὗ ποιεῖται τὴν κρίσιν, ἢ οὐκ ἀδικεῖν, ἢ μικρὰ δοκεῖ ἀδικεῖν· τῷ δὲ μισοῦντι τοὐναντίον. καὶ τῷ μὲν ἐπιθυμοῦντι καὶ εὐέλπιδι [ὄντι], ἐὰν ᾖ τὸ ἐσόμενον ἡδύ, καὶ ἔσεσθαι, καὶ ἀγαθὸν ἔσεσθαι φαίνεται· τῷ δ' ἀπαθεῖ καὶ δυσχεραίνοντι τοὐναντίον. 5 Τοῦ μὲν οὖν αὐτοὺς εἶναι πιστοὺς τοὺς λέγοντας τρία ἐστὶ τὰ αἴτια· τοσαῦτα γάρ ἐστι, δι' ἃ πιστεύομεν ἔξω τῶν ἀποδείξεων. ἔστι δὲ ταῦτα Φρόνησις, καὶ ἀρετὴ, καὶ εὔνοια. διαψεύδονται γὰρ, περὶ ὧν λέγουσιν ἢ συμβουλεύουσιν, ἢ διὰ πάντα ταῦτα, ἢ διὰ τούτων τί. 6 Ἢ γὰρ δι' ἀΦροσύνην οὐκ ὀρθῶς δοξάζουσιν· ἢ δοξάζοντες ὀρθῶς διὰ μοχθηρίαν οὐ τὰ δοκοῦντα λέγουσιν· ἢ Φρόνιμοι μὲν καὶ ἐπιεικεῖς εἰσιν, ἀλλ' οὐκ εὖνοι. διόπερ ἐνδέχεται, μὴ τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν γινώσκοντας· καὶ πα-

magna. Nam amans facile eius, de quo iudicat, culpam aut nullam esse, aut exiguam putat; in eo autem, qui odit, contra evenit. Et cupienti quidem, atque ad bene sperandum propenso, si suave sit, quod futurum proponitur, & fore, & bonum fore videtur; vacuo autem cupiditate & aegre ad sperandum adducendo contra. 5 Tres vero causae sunt, cur dicentes digni videantur, quibus habeatur fides; nam praeter argumenta tot sunt ea, propter quae credimus. Sunt autem haec prudentia, virtus, & benevolentia. Nam mentiuntur in dicendo & in dando consilio, aut propter haec omnia, aut propter horum aliquod. 6 Aut enim per imprudentiam non recte opinantur; aut sentientes recte per improbitatem non ea dicunt, quae sibi videntur; aut prudentes quidem & boni viri sunt, sed non benevolentes. Quo fit, ut, cum, quid sit factu optimum, norint, non tamen id suadeant; neque alia praeterea hu-

ρὰ ταῦτα οὐδέν· ἀνάγκη ἄρα, τὸν ἅπαντα δοκοῦντα ταῦτα ἔχειν, εἶναι τοῖς ἀκροωμένοις πιστόν. 7 Ὅθεν μὲν τοίνυν Φρόνιμοι καὶ σπουδαῖοι Φανεῖεν ἂν, ἐκ τῶν περὶ τὰς ἀρετὰς διηρημένων ληπτέον. ἐκ τῶν αὐτῶν γὰρ κἂν ἕτερόν τις, κἂν ἑαυτὸν κατασκευάσειε τοιοῦτον. 8 Περὶ δ' εὐνοίας καὶ Φιλίας ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη λεκτέον νῦν. ἔστι δὲ τὰ πάθη, δι' ὅσα μεταβάλλοντες διαΦέρουσι πρὸς τὰς κρίσεις, οἷς ἕπεται λύπη καὶ ἡδονή· οἷον, ὀργὴ, ἔλεος, Φόβος, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, καὶ τὰ τούτοις ἐναντία. 9 Δεῖ δὲ διαιρεῖν τὰ περὶ ἕκαστον εἰς τρία· λέγω δ', οἷον περὶ ὀργῆς, πῶς τε διακείμενοι ὀργίλοι εἰσὶ, καὶ τίσιν εἰώθασιν ὀργίζεσθαι, καὶ ἐπὶ ποίοις. εἰ γὰρ τὸ μὲν ἓν, ἢ τὰ δύο, ἔχοιμεν τούτων, ἅπαντα δὲ μὴ, ἀδύνατον ἂν εἴη τὴν ὀργὴν ἐμ-

ius rei cauſa reperiri poteſt; quare neceſſe eſt, eum, in quo haec omnia ineſſe videantur (*prudentia*, *virtus*, *benevolentia*), fide dignum ab auditoribus exiſtimari. 7 Quibus quidem rebus prudentiae & probitatis opinio conciliari queat, ex iis, quae de virtutibus diſputata ſunt, petendum eſt. Nam quibus rationibus efficimus, ut alius talis habeatur, iiſdem conſequi poterimus, ut ipſi quoque tales eſſe videamur. 8 De benevolentia autem & amicitia iamnum in explicatione motuum animi dicendum eſt. Sunt vero motus animi, quibus immutati homines aliter atque aliter iudicant, illi, quos conſequuntur moleſtia & voluptas; velut ira, miſericordia, metus, quaeque alia huiuſmodi ſunt, ſicut & his contraria. 9 Horum autem uniuſcuiuſque tractatio tripertita eſſe debet; e. c. cum de ira diſſeritur, quomodo affecti homines propenſi ad iram ſint, & quibus, quaſque ob cauſas iraſci ſoleant. Nam ſi horum unum, aut duo, non autem omnia, teneamus; non poterimus (*in au-*

ποιεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῶν προειρημένων διεγράψαμεν τὰς προτάσεις, οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων ποιήσωμεν, καὶ διέλωμεν τὸν εἰρημένον τρόπον.

ΚΕΦ. β'.

ΟΙΣ ΟΡΓΙΖΟΝΤΑΙ, ΚΑΙ ΩΣ ΕΧΟΝΤΕΣ, ΚΑΙ ΔΙΑ ΠΟΙΑ.

Ἔστω δὴ ἡ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν, ἢ εἰς αὐτοῦ τινα μὴ προσηκόντως. 2 Εἰ δὴ τοῦτ' ἐστὶν ἡ ὀργὴ, ἀνάγκη, τὸν ὀργιζόμενον ὀργίζεσθαι ἀεὶ τῶν καθέκαστον τινί· οἷον Κλέωνι, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπῳ· καὶ ὅτι αὐτὸν, ἢ τῶν αὐτοῦ [τινά] τι πεποίηκεν, ἢ ἤμελλε. καὶ πάσῃ ὀργῇ ἕπεσθαί τινα ἡδονὴν, τὴν ὑπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ τιμωρήσασθαι· ἡδὺ μὲν γὰρ τὸ οἴεσθαι τεύ-

dientium animis) iram gignere; eademque est ratio ceterorum. Quemadmodum igitur in superioribus propositiones quasdam descripsimus, ita in his quoque faciamus, eodemque modo de iis differamus.

CAP. II.

Quibus irascantur, & quomodo affecti, & quas ob causas.

Sit igitur Ira appetitio cum aegritudine coniuncta ulciscendi, quod aliquis aut nos ipsos, aut nostrorum aliquem, cum id facere non conveniret, neglexisse videatur. 2 Quod si haec irae vis & natura est, necesse est, iratum certo ac definito alicui irasci; ut Cleoni, non autem (*universe*) homini; idque, quod is aut sibi, aut suorum alicui quidpiam fecerit, facturusve fuerit. Omnem iram comitatur voluptas quaedam, ea viz. quae capitur ex spe futurae ultionis; suave enim est cuique, consecu-

ξεσθαι, ὧν ἐφίεται· οὐδεὶς δὲ τῶν φαινομένων ἀδυνάτων ἐφίεται αὐτῷ· ὁ δ' ὀργιζόμενος ἐφίεται αὐτῷ δυνατῶν. διὸ καλῶς εἴρηται περὶ θυμοῦ,

Ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο
Ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται.

ἀκολουθεῖ γὰρ καὶ ἡδονή τις διά τε τοῦτο, καὶ διότι διατρίβουσιν ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι τῇ διανοίᾳ. ἡ οὖν τότε ἐγγινομένη φαντασία ἡδονὴν ποιεῖ, ὥσπερ ἡ τῶν ἐνυπνίων. 3 Ἐπεὶ δ' ἡ ὀλιγωρία ἔστιν ἐνέργεια δόξης περὶ τὸ μηδενὸς ἄξιον φαινόμενον· καὶ γὰρ τὰ κακὰ καὶ τἀγαθὰ ἄξια οἰόμεθα σπουδῆς εἶναι, καὶ τὰ συντείνοντα πρὸς ταῦτα· ὅσα δὲ μηδέν, ἢ πάνυ μικρά, οὐδενὸς ἄξια ὑπολαμβάνομεν· τρία [δ'] ἐστὶν εἴδη ὀλιγωρίας, καταφρόνησίς τε, καὶ ἐπηρεασμὸς, καὶ ὕβρις. 4 Ὁ τε γὰρ καταφρονῶν ὀλιγωρεῖ· ἃ γὰρ οἴονται

turum ſe putare, quae appetit; nemo autem appetit ea, quae nullo modo poſſe fieri putat; at iratus appetit, quae aſſequi ſe poſſe putat. Quocirca praeclare de ira dictum eſt,

quae melle liquenti
Suavior humano ſuccenſa in pectore gliſcit.

Conſequitur enim voluptas quaedam tum ob eam, quam diximus, cauſam, tum quod (*irati*) in ulciſcendo mente & cogitatione verſantur. Itaque ſpecies animo tunc obverſans voluptatem quandam efficit, qualis eſt ea, quae capitur in ſomniis. 3 Quoniam autem *negligere* eſt ita de aliqua re opinari, ut ea nihili facienda videatur; ſiquidem & mala & bona, & quae ad ea pertinent, digna ſtudio ducimus; quae autem aut plane nullum, aut perexiguum momentum habent, ea nihili facienda arbitramur; tria ſunt neglectus genera, contemtio, incommodatio, & contumelia. 4 Nam & qui contemnit,

μηδενὸς ἄξια εἶναι, τούτων καταφρονοῦσι· τῶν δὲ μηδενὸς ἀξίων ὀλιγωροῦσι· καὶ ὁ ἐπηρεάζων φαίνεται καταφρονεῖν· ἔστι γὰρ ὁ ἐπηρεασμὸς, ἐμποδισμὸς ταῖς βουλήσεσιν, οὐχ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκείνῳ. ἐπεὶ οὖν, οὐχ ἵνα αὐτῷ τι, ὀλιγωρεῖ· δῆλόν ἐστι, ὅτι οὔτε βλάψειν ὑπολαμβάνει· ἐφοβεῖτο γὰρ, καὶ οὐκ ὠλιγώρει· οὔτ' ὠφελῆσαι ἂν οὐδὲν ἄξιον λόγου· ἐφρόντισε γὰρ ἄν, ὥστε φίλος εἶναι. 5 Καὶ ὁ ὑβρίζων δὲ ὀλιγωρεῖ· ἔστι γὰρ ὕβρις τὸ βλάπτειν καὶ λυπεῖν, ἐφ' οἷς αἰσχύνη ἐστὶ τῷ πάσχοντι, μὴ ἵνα τι γένηται αὐτῷ ἄλλο, ἢ ὅτι ἐγένετο, ἀλλ' ὅπως ἡσθῇ· οἱ γὰρ ἀντιποιοῦντες οὐχ ὑβρίζουσιν, ἀλλὰ τιμωροῦνται. 6 Αἴτιον δὲ τῆς ἡδονῆς τοῖς ὑβρίζουσιν, ὅτι οἴονται κακῶς

negligit; quae enim nihili facienda ducunt, ea contemnunt; & quae nihili sunt, negligunt; & qui incommodat, negligere videtur; est enim incommodatio studium impediendi ea, quae alius vult, non ut impediens fructum ullum ex eo percipiat, sed tantum, ut ne alter id, quod vult, consequatur. Quoniam igitur alterum negligit, non ut ipse fructum percipiat, manifestum est, illum non putare, alterum sibi nocere posse; metueret enim ille, nec negligeret; neque alterum ulla in re alicuius momenti iuvare posse; daret enim operam, ut amicus esset alter. 5 Is quoque, qui contumeliam facit, negligit; est enim contumelia, ita nocere & laedere, ut alter simul ignominia afficiatur, non ut is, qui facit, commodum ullum ex eo consequatur, neque quod ipsi quidquam factum sit, (*cur id facere debeat*), sed ut libidini suae obsequatur; qui enim (*iniuriam*) referunt, non contumeliam faciunt, sed ulciscuntur. 6 Causa autem voluptatis, quam nonnulli facienda contumelia capiunt, est, quod, quibus male faciunt,

δρῶντες, αὐτοὺς ὑπερέχειν μᾶλλον. διὸ καὶ οἱ νέοι καὶ οἱ πλούσιοι, ὑβρισταί· ὑπερέχειν γὰρ οἴονται ὑβρίζοντες. ὕβρεως δὲ ἀτιμία· ὁ δὲ ἀτιμάζων ὀλιγωρεῖ· τὸ γὰρ μηδενὸς ἄξιον οὐδεμίαν ἔχει τιμὴν οὔτε κακοῦ, οὔτε ἀγαθοῦ. διὸ λέγει ὀργιζόμενος ὁ Ἀχιλλεὺς,

Ἠτίμησεν· ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας.

καὶ,

Ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην·

ὡς διὰ ταῦτα ὀργιζόμενος. 7 Προσήκειν δ' οἴονται, πολυωρεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἡττόνων κατὰ γένος, κατὰ δύναμιν, κατ' ἀρετὴν, καὶ ὅλως ἐν ᾧ ἂν ταὐτῷ ὑπερέχει πολύ· οἷον ἐν χρήμασιν ὁ πλούσιος πένητος· καὶ ἐν τῷ λέγειν ῥητορικὸς ἀδυνάτου εἰπεῖν· καὶ ἄρχων ἀρχομένου· καὶ ἄρχειν ἄξιος οἰόμενος τοῦ ἄρχεσθαι ἀξίου. διὸ εἴρηται,

eis ſe ita demum ſuperiores eſſe putant. Quare & iuvenes & divites contumelioſi ſunt; ita enim dum faciunt, ſibi ſuperiores videntur. Contumeliae autem proprium eſt detrahere alteri dignitatem; id autem qui facit, negligit; quod enim nihili eſt, id nullo in pretio eſt, neque ut bonum, neque ut malum. Unde iratus Achilles ita loquitur,

Omni me Atrides plane ſpoliavit honore;
Nam mihi praecipuum dederant quod munus Achivi,
Praereptum ſuaque adductum in tentoria ſervat.

Et,

Nullius ut pretii atque incerta ſede vagantem;

ut qui propterea iraſcatur. 7 Convenire autem putant, ſe magni fieri ab inferioribus genere, potentia, virtute, omninoque qua quiſque in re multo alium ſuperat; ut pecunia pauperem dives; dicendi facultate pollens indiſertum; imperans imperio ſubiectum; dignum imperio ſe putans dignum, cui imperetur. Unde illud,

Θυμὸς δὲ μέγας ἐστι διστροφέων βασιλήων.

καὶ,

Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ·

ἀγαναικτοῦσι γὰρ διὰ τὴν ὑπεροχήν. 8 Ἔτι, ὑφ' ὧν τις οἴεται εὖ πάσχειν δεῖν· οὗτοι δέ εἰσιν, οὓς εὖ πεποίηκεν, ἢ ποιεῖ, ἢ αὐτὸς, ἢ τῶν αὐτοῦ τις, ἢ δι' αὐτοῦ, ἢ βούλεται, ἢ ἐβουλήθη. 9 Φανερὸν οὖν ἐκ τούτων ἤδη, πῶς τ' ἔχοντες ὀργίζονται αὐτοὶ, καὶ τίσι, καὶ διὰ ποῖα. αὐτοὶ μὲν γὰρ, ὅταν λυπῶνται· ἐοίκασι γάρ τινος ὁ λυπούμενος· ἐάν τε κατ' εὐθυωρίαν οὖν ἀντικρούῃ τις· οἷον, τῷ διψῶντι πρὸς τὸ πιεῖν· ἐάν τε μὴ, ὁμοίως ταὐτὸ φαίνεται ποιεῖν· καὶ ἄν τε ἀντιπράττῃ τις, ἄν τε μὴ συμπράττῃ, ἐάν τε ἄλλο τι ἐνοχλῇ οὕτως ἔχοντα, τοῖς πᾶσιν ὀργίζεται. 10 Διὸ κάμνοντες, πενό-

Regum magna ira potentum eſt.

Et,

Conceptam tamen iram alta ſub mente recondit;

ſtomachantur enim propter eum, quem ſupra ceteros obtinent, dignitatis gradum. 8 Itemque iis, a quibus bene ſibi fieri putant oportere; hi vero ſunt, quibus quiſque bene fecit, aut facit, aut ipſe, aut ſuorum aliquis, aut cauſa ſua, aut (*bene facere*) vult, aut voluit. 9 Iam igitur ex his conſtat, quomodo affecti ipſi iraſcantur, & quibus, & quas ob res. Nam ipſi quidem, cum aegro animo ſunt; appetit enim aliquid is, cui aegre eſt; ſive igitur quis ei directo adverſetur; ut ſi ſitienti (*aliquis*) obſtet, ne bibat; ſive non (*plane directo*), peraeque tamen idem facere videtur; & ſive contra tendat quis, ſive etiam non adiuvet, ſeu qua alia in re moleſtus ſit ita affecto, his omnibus (*ita affectus*) iraſcitur. 10 Quare aegrotantes, pauperes, amantes, ſitien-

μενοι, ἐρῶντες, διψῶντες, ὅλως ἐπιθυμοῦντες, καὶ μὴ κατορθοῦντες, ὀργίλοι εἰσὶ καὶ εὐπαρόρμητοι· μάλιστα μὲν πρὸς τοὺς τοῦ παρόντος ὀλιγωροῦντας· οἷον, κάμνων μὲν τοῖς πρὸς τὴν νόσον· πενόμενος δὲ τοῖς πρὸς τὴν πενίαν· πολεμῶν δὲ τοῖς πρὸς τὸν πόλεμον· ἐρῶν δὲ τοῖς πρὸς τὸν ἔρωτα· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις· προσδοποιεῖται γὰρ ἕκαστος πρὸς τὴν ἑκάστου ὀργὴν ὑπὸ τοῦ ὑπάρχοντος πάθους. 11 Ἔτι δὲ, ἐὰν τἀναντία τύχῃ προσδεχόμενος· λυπεῖ γὰρ μᾶλλον τὸ πολὺ παρὰ δόξαν, ὥσπερ καὶ τέρπει τὸ πολὺ παρὰ δόξαν, ἐὰν γένηται, ὃ βούλεται. διὸ καὶ ὧραι, καὶ χρόνοι, καὶ διαθέσεις, καὶ ἡλικίαι ἐκ τούτων φανεραὶ, ποῖαι εὐκίνητοι πρὸς ὀργὴν, καὶ πότε, καὶ ποῦ· καὶ ὅτι, ὅτε μᾶλλον ἐν τούτοις εἰσὶ, μᾶλλον καὶ εὐκίνητοι· αὐτοὶ μὲν

tes, omnino qui aliquid cupiunt, neque id conſequuntur, iracundi ſunt & facile incitantur; maxime quidem adverſus praeſentem ipſorum ſtatum negligentes; ut, aegrotus quidem adverſus eos, (*qui negligunt*) in iis, quae ad morbum pertinent; pauper adverſus negligentes in iis, quae ad paupertatem; bellum gerens adverſus negligentes in iis, quae ad bellum; amans adverſus negligentes in iis, quae ad amorem pertinent; ſimiliter vero etiam in aliis; prout enim quiſque affecto animo eſt, ita in eo via ſtrata eſt ad iram ex hac aut illa re concipiendam. 11 Praeterea vero (*iraſcitur aliquis*), ſi contra exſpectabat fore; maiorem enim moleſtiam inurit, quod valde praeter opinionem accidit; ſicut & magis delectat, ſi, quod volumus, evenit. Quare ex his quoque perſpicuum eſt, quae horae, tempora, affectiones, & aetates facile ad iram incitari queant, & quando, & ubi; conſtat etiam, quo magis in eis ſunt, eo incitari facilius; ergo ipſi quidem ita affecti facile

οὖν οὕτως ἔχοντες εὐκίνητοι πρὸς ὀργήν. 12 Ὀργίζονται δὲ τοῖς τε καταγελῶσι, καὶ χλευάζουσι, καὶ σκώπτουσιν· ὑβρίζουσι γάρ. καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα βλάπτουσιν, ὅσα ὕβρεως σημεῖα· ἀνάγκη δὲ, τοιαῦτα εἶναι, ἃ μήτε ἀντί τινος, μήτ' ὠφέλιμα τοῖς ποιοῦσιν· ἤδη γὰρ δοκεῖ δι' ὕβριν. 13 Καὶ τοῖς κακῶς λέγουσιν, καὶ καταφρονοῦσι, περὶ ἃ αὐτοὶ μάλιστα σπουδάζουσιν· οἷον, οἱ ἐπὶ φιλοσοφίᾳ φιλοτιμούμενοι, ἐάν τις εἰς τὴν φιλοσοφίαν· οἱ δ' ἐπὶ τῇ ἰδέᾳ, ἐάν τις εἰς τὴν ἰδέαν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. 14 Ταῦτα δὲ πολλῷ μᾶλλον, ἐὰν ὑποπτεύσωσι, μὴ ὑπάρχειν αὐτοῖς ἢ ὅλως, ἢ μὴ ἰσχυρῶς, ἢ μὴ δοκεῖν. ἐπειδὰν δὲ σφόδρα οἴωνται ὑπάρχειν ἐν τούτοις, ἐν οἷς σκώπτονται, οὐ φροντίζουσι. 15 Καὶ τοῖς φίλοις μᾶλ-

ad iram impelluntur. 12 Iraſcuntur porro deridentibus, & ludibrio habentibus, & dictis aculeatis mordentibus; contumelia enim afficiunt. Et iis, qui talia damna inferunt, ut in eis inſit ludibrii ac contumeliae ſignificatio; neceſſe autem eſt, talia eſſe, quaecunque neque ulciſcendi cauſa fiunt, neque utilia ſunt facientibus; iam enim per contumeliam fieri videntur. 13 Et maledicentibus, & contemnentibus iis in rebus, in quibus ipſi maximum ſtudium ponunt; ut honorem captantes e ſtudio philoſophiae (*iraſcuntur*), ſi quis in philoſophiam invehatur; qui autem *ideas* amplectuntur, ſi quis doctrinae de ideis adverſetur; ſimiliter vero etiam in aliis. 14 Multo autem magis iraſcuntur, ſi ſuſpicentur, ea, (*quibus ornati videri volunt*,) non ineſſe ſibi, aut omnino, aut non valde, aut etiam ſe tales non videri. Quod ſi autem egregie ſe inſtructos putent iis bonis, de quibus punguntur, non curant. 15 Et amicis

λον, ἢ τοῖς μὴ Φίλοις· οἴονται γὰρ προσήκειν μᾶλλον ὑπ' αὐτῶν εὖ πάσχειν, ἢ μή. 16 Καὶ τοῖς εἰθισμένοις τιμᾶν, ἢ Φροντίζειν, ἐὰν πάλιν μὴ οὕτως ὁμιλῶσι· καὶ γὰρ ὑπὸ τούτων οἴονται καταΦρονεῖσθαι· ταὐτὰ γὰρ ἂν ποιεῖν· καὶ τοῖς μὴ ἀντιποιοῦσιν εὖ, μηδὲ τὴν ἴσην ἀνταποδιδοῦσι. 17 Καὶ τοῖς τἀναντία ποιοῦσιν αὐτοῖς, ἐὰν ἥττους ὦσι· καταΦρονεῖν γὰρ πάντες οἱ τοιοῦτοι Φαίνονται· καὶ οἱ μὲν, ὡς ἡττόνων· οἱ δ', ὡς παρ' ἡττόνων. 18 Καὶ τοῖς ἐν μηδενὶ λόγῳ οὖσιν, ἄν τι ὀλιγωρῶσι, μᾶλλον· ὑπόκειται γὰρ ἡ ὀργὴ τῆς ὀλιγωρίας πρὸς τοὺς μὴ προσήκοντας· προσήκει δὲ τοῖς ἥττοσι, μὴ ὀλιγωρεῖν. 19 Τοῖς δὲ Φίλοις, ἐάν τε μὴ εὖ λέγωσιν, ἢ ποιῶσι· καὶ ἔτι μᾶλλον, ἐὰν τἀναντία· καὶ ἐὰν μὴ αἰσθάνωνται δεομένων· ὥσπερ ὁ Ἀντιφῶν-

magis, quam non amicis; putant enim convenientius esse, bene sibi ab illis fieri, quam (*ab iis, qui amici*) non sunt. 16 Et iis, qui consueverant ipsis honorem habere, eosque curare, si id facere desierint; etenim ab his se contemni putant; alioqui hos idem facturos esse, (*quod prius*); & iis, qui non vicissim bene faciunt, neque parem gratiam referunt. 17 Et iis, qui contrariis rebus studeant, si inferiores sint; nam videntur contemnere hi omnes; atque illi quidem (*videntur eos, quibus adversantur, contemnere*), ut inferiores; hi vero (*se negligi putabunt*), ut ab inferioribus. 18 Maior etiam ira commovetur, cum, qui contemnunt alios, ipsi nullo loco ac numero sunt; positum est enim, iram excitari, cum quis ab iis negligitur, a quibus non convenit; convenit autem inferioribus non negligere. 19 Amicis autem (*irascuntur*), si bene dicendi, aut benefaciendi occasionem praetermittant; & multo magis, si contraria faciant; & si indigentes non animadvertant; quemad-

τος Πλήξιππος τῷ Μελεάγρῳ· ὀλιγωρίας γὰρ τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι σημεῖον· ὧν γὰρ Φροντίζομεν, οὐ λανθάνει. 20 Καὶ τοῖς ἐπιχαίρουσι ταῖς ἀτυχίαις· καὶ ὅλως εὐθυμουμένοις ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀτυχίαις· ἢ γὰρ ἐχθροῦ, ἢ ὀλιγωροῦντος σημεῖον. καὶ τοῖς μὴ Φροντίζουσιν, ἐὰν λυπήσωσι· διὸ καὶ τοῖς κακὰ ἀγγέλλουσιν ὀργίζονται. 21 Καὶ τοῖς ἢ ἀκούουσι περὶ αὐτῶν, ἢ θεωμένοις τὰ αὐτῶν Φαῦλα· ὅμοιοι γάρ εἰσιν ἢ ὀλιγωροῦσιν, ἢ ἐχθροῖς· οἱ γὰρ Φίλοι συναλγοῦσι· θεώμενοι δὲ τὰ οἰκεῖα Φαῦλα πάντες ἀλγοῦσιν. 22 Ἔτι τοῖς ὀλιγωροῦσι πρὸς πέντε, πρὸς οὓς Φιλοτιμοῦνται, πρὸς οὓς θαυμάζουσιν, ὑΦ' ὧν βούλονται θαυμάζεσθαι, πρὸς οὓς αἰσχύνονται, ἢ ἐν τοῖς αἰσχυνομένοις αὐτούς· ἐν τούτοις ἐάν τις ὀλιγωρεῖ, ὀργίζονται μᾶλλον. 23 Καὶ τοῖς εἰς τὰ τοιαῦτα ὀλιγωροῦσιν, ὑπὲρ

modum Antiphontis Plexippus Meleagro (*succenſebat*); ſignum enim neglectus eſt, non animadvertere; nam, quae curamus, ea nos non latent. 20 Et iis, qui infortuniis ipſorum laetantur, omninoque iis, quos in adverſis ſuis rebus tranquillo animo eſſe vident; alterum enim inimici ſignum eſt, alterum negligentis. Et iis, qui non curant, ſintne moleſti futuri; unde & mala nuntiantibus iraſcuntur. 21 Et iis, qui aut audiverunt de ipſis, aut viderunt in ipſis, quae turpia ſunt; ſimiles enim ſunt aut negligentibus, aut inimicis; nam amici condoleſcunt; mala propria autem ſpectantes omnes dolent. 22 Praeterea (*iraſcuntur*) quinque (*potiſſimum hominum generibus*), ſi ab his negliguntur, iis, quibuſcum de honore contendunt, quos admirantur, quos ſui admiratores eſſe cupiunt, quos verentur, & iis, qui ipſos verentur; his omnibus, ſi quis eorum contemſerit, magis iraſcuntur. 23 Et iis, qui in talibus deſpiciunt, in

ὧν αὐτοῖς αἰσχρὸν μὴ βοηθεῖν· οἷον γονεῖς, τέκνα, γυναῖκας, ἀρχομένους. καὶ τοῖς χάριν μὴ ἀποδιδοῦσι· παρὰ τὸ προσῆκον γὰρ ἡ ὀλιγωρία. 24 Καὶ τοῖς εἰρωνευομένοις πρὸς σπουδάζοντας· καταφρονητικὸν γὰρ ἡ εἰρωνεία. 25 Καὶ τοῖς τῶν ἄλλων εὖ ποιητικοῖς, ἂν μὴ καὶ αὐτῶν· καὶ γὰρ τοῦτο καταφρονητικὸν, τὸ μὴ ἀξιοῦν, ὧν πάντας, καὶ αὐτόν. 26 Ποιητικὸν δ' ὀργῆς καὶ ἡ λήθη· οἷον καὶ τῶν ὀνομάτων οὖσα παρὰ μικρόν· ὀλιγωρίας γὰρ δοκεῖ καὶ ἡ λήθη σημεῖον εἶναι· δι' ἀμέλειαν μὲν γὰρ ἡ λήθη γίγνεται· ἡ δ' ἀμέλεια, ὀλιγωρία ἐστίν. 27 Οἷς μὲν οὖν ὀργίζονται, καὶ ὡς ἔχοντες, καὶ διὰ ποῖα, ἅμα εἴρηται. δῆλον δ', ὡς δέοι ἂν αὐτὸν κατασκευάζειν τῷ λόγῳ τοιούτους, οἵοι ὄντες ὀργίλως ἔχουσι, καὶ τοὺς ἐναντίους τούτοις ἐνόχους ὄντας, ἐφ' οἷς ὀργίζονται, καὶ τοιούτους, οἷοις ὀργίζονται.

quibus ipſis turpe ſit non opitulari; cuiuſmodi ſunt parentes, liberi, uxores, imperio ſubiecti. Et iis, qui gratiam non reddunt; nam hoc quoque neglectus genus eſt ab officio alienum. 24 Et iis, qui iocantes loquuntur cum ſerio agentibus: eſt enim talis diſſimulatio contemtui affinis. 25 Et iis, qui propenſi ſunt ad benefaciendum aliis, ſi non ipſis quoque (*benefaciant*); nam & hoc contemtus ſignificationem habet, quod aliis omnibus tribuas, id alicui uni non tribuere. 26 Sed etiam oblivio iram efficit, ut fere nominum; videtur enim & oblivio neglectus ſignum eſſe; nam naſcitur quidem oblivio ex incuria; incuria autem neglectus quidam eſt. 27 Quibus igitur iraſcantur, & quomodo affecti, & quas ob cauſas, ſimul dictum eſt. Patet autem, oratori videndum eſſe, cum iram concitare vult, ut auditores oratione ita afficiat, quomodo qui affecti ſunt facile iraſcuntur, & in adverſariis ea ineſſe oſtendat, propter quae iraſcuntur, & tales eſſe, qualibus iraſcuntur.

ΚΕΦ. γ'.

ΠΩΣ ΕΧΟΝΤΕΣ ΠΡΑΟΙ ΕΙΣΙ, ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΙΝΑΣ ΠΡΑΩΣ ΕΧΟΥΣΙ, ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΙΝΩΝ ΠΡΑΥΝΟΝΤΑΙ.

Ἐπεὶ δὲ τὸ ὀργίζεσθαι ἐναντίον τῷ πραΰνεσθαι, καὶ ὀργὴ πραότητι, ληπτέον, πῶς ἔχοντες πρᾶοί εἰσι, καὶ πρὸς τίνας πράως ἔχουσι, καὶ διὰ τίνων πραύνονται. 2 Ἔστω δὴ πράυνσις κατάστασις καὶ ἠρέμησις ὀργῆς. 3 Εἰ οὖν ὀργίζονται τοῖς ὀλιγωροῦσιν, ὀλιγωρία δέ ἐστιν ἑκούσιον, φανερὸν, ὅτι καὶ τοῖς μηδὲν τούτων ποιοῦσιν, ἢ ἀκουσίως ποιοῦσιν, ἢ φαινομένοις τοιούτοις, πρᾶοί εἰσι. 4 Καὶ τοῖς τἀναντία, ὧν ἐποίησαν, βουλομένοις· καὶ ὅσοι καὶ αὐτοὶ εἰς αὐτοὺς τοιοῦτοι· οὐδεὶς γὰρ αὐτὸς αὑτοῦ δοκεῖ ὀλιγωρεῖν. 5 Καὶ τοῖς ὁμολογοῦσι, καὶ μεταμελομένοις· ὡς γὰρ ἔχοντες δίκην τὸ λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς πεποιημένοις παύονται τῆς ὀργῆς.

CAP. III.

Quomodo affecti lenes ſint, & erga quos, & quibus rebus deliniantur.

Quando autem Iraſci & Deliniri adverſantur, itemque ira & lenitas, explicandum eſt quoque, quomodo affecti lenes ſint, & erga quos, & quibus rebus deliniantur. 2 Sit igitur delinitio ſedatio & reſtinctio irae. 3 Si igitur iraſcuntur homines negligentibus, neglectus autem eſt ſpontaneum quid, apparet, iis, qui aut tale nihil fecerint, aut inviti fecerint, aut de quibus ita opinemur, mites eos fore. 4 Itemque iis, qui facere volebant, contra quam fecerunt; & (*iis*), qui ipſi in ſe tales ſunt; nemo enim ſe ipſum negligere videtur. 5 Et iis, qui fatentur, quoſque poenitet; quaſi enim hoc ipſum poenae loco ſit, quod dolent ſe ita feciſſe,

σημεῖον δὲ ἐπὶ τῆς τῶν οἰκετῶν κολάσεως· τοὺς μὲν γὰρ ἀρνουμένους καὶ ἀντιλέγοντας μᾶλλον κολάζομεν· πρὸς δὲ τοὺς ὁμολογοῦντας δικαίως κολάζεσθαι παυόμεθα θυμούμενοι. αἴτιον δ', ὅτι ἀναισχυντία τὸ τὰ φανερὰ ἀρνεῖσθαι· ἡ δ' ἀναισχυντία ὀλιγωρία καὶ καταφρόνησις· ὧν γοῦν πολὺ καταφρονοῦμεν, οὐκ αἰσχυνόμεθα. 6 Καὶ τοῖς ταπεινουμένοις πρὸς αὐτοὺς, καὶ μὴ ἀντιλέγουσι· φαίνονται γὰρ ὁμολογεῖν ἥττους εἶναι· οἱ δ' ἥττους φοβοῦνται· φοβούμενος δὲ οὐδεὶς ὀλιγωρεῖ. ὅτι δὲ πρὸς τοὺς ταπεινουμένους παύεται ἡ ὀργὴ, καὶ οἱ κύνες δηλοῦσιν οὐ δάκνοντες τοὺς καθίζοντας. 7 Καὶ τοῖς σπουδάζουσι πρὸς τοὺς σπουδάζοντας· δοκεῖ γὰρ σπουδάζεσθαι, ἀλλ' οὐ καταφρονεῖσθαι. 8 Καὶ τοῖς μείζω κεχαρισμένοις· καὶ τοῖς δεομένοις, καὶ παραιτουμένοις· ταπεινότεροι γάρ. 9 Καὶ τοῖς μὴ ὑβρισταῖς,

ceſſant ab ira. Obſervamus autem hoc in punitione ſervorum; nam negantes & cauſam ſuam defendentes ſeverius punimus; at ſi merito ſe vapulare fatentur, ira noſtra conquieſcit. Cauſa autem eſt, quod res manifeſtas negare impudentia eſt; impudentia vero eſt negle-ctus & contemtus; itaque quos valde contemnimus, eos non veremur. 6 Et iis, qui humiliter ſe abiiciunt, nec contradicunt; videntur enim fateri, ſe inferiores eſſe; inferiores autem metuunt; & nemo, quem metuit, deſpicatur. Conquieſcere autem iram adverſus eos, qui ſe abiiciunt, canes etiam oſtendunt, qui ſedentes non mordent. 7 Et ſerio agentibus, cum ipſi ſerio agant; videntur enim nos cura & ſtudio dignos putare, haudquaquam contemnere. 8 Et iis, qui nobis aliquando maioribus in rebus gratificati ſunt; & precantibus, & deprecantibus; nam humiliores ſunt. 9 Et non contume-

μηδὲ χλευαστᾶις, μηδ' ὀλιγώροις, ἢ εἰς μηδένα, ἢ μὴ εἰς χρηστοὺς, ἢ μὴ εἰς τοιούτους, οἷοίπερ αὐτοί. 10 Ὅλως δ' ἐκ τῶν ἐναντίων δεῖ σκοπεῖν τὰ πραϋντικά. καὶ οὓς φοβοῦνται καὶ αἰσχύνονται· ἕως γὰρ ἂν οὕτως ἔχωσιν, οὐκ ὀργίζονται· ἀδύνατον γὰρ, ἅμα φοβεῖσθαι καὶ ὀργίζεσθαι. 11 Καὶ τοῖς δ' ὀργὴν ποιήσασιν ἢ οὐκ ὀργίζονται, ἢ ἧττον ὀργίζονται· οὐ γὰρ δ' ὀλιγωρίαν φαίνονται πρᾶξαι· οὐδεὶς γὰρ ὀργιζόμενος ὀλιγωρεῖ· ἡ μὲν γὰρ ὀλιγωρία ἄλυπον· ἡ δ' ὀργὴ μετὰ λύπης. 12 Καὶ τοῖς αἰσχυνομένοις αὐτούς. καὶ ἔχοντες δὲ ἐναντίως τῷ ὀργίζεσθαι, δῆλον, ὅτι πρᾷοί εἰσιν· οἷον ἐν παιδιᾷ, ἐν γέλωτι, ἐν ἑορτῇ, ἐν εὐημερίᾳ, ἐν κατορθώσει, ἐν πληρώσει· ὅλως, ἐν ἀλυπίᾳ καὶ ἡδονῇ μὴ ὑβριστικῇ, καὶ ἐν ἐλπίδι ἐπιεικεῖ. ἔτι κεχρο-

liosis, neque ludibrio habentibus, neque parvi facientibus, sive in nullum, sive non in bonos viros, sive non in homines eiusdem conditionis, qualis ipsi sunt, (*tales sint*). 10 Omnino autem ad leniendum facientia ex contrariis irae petenda sunt. Et iis, quos metuunt & reverentur; nam quamdiu ita affecti sunt, non irascuntur; impossibile enim est, metuere aliquem eidemque simul irasci. 11 Et iis, qui per iram aliquid fecerunt, aut non irascuntur, aut minus irascuntur; non enim videntur per neglectum feciſſe; eum enim, cui irascitur, nemo plane negligit; nam neglectus sine aegritudine animi est; at ira semper cum aegritudine. 12 Et iis, qui ipsos verentur. Et qui contra affecti sunt, atque irati, eos ad lenitatem propensos esse constat; ut in ludo, in risu, in festo, in die hilari, re bene gesta, in abundantia; omnino, in hilaritate & voluptate non insolenti, & in bona spe. Porro interiecto tempore, cum non recentes

νικότες, καὶ μὴ ὑπόγυιοι τῇ ὀργῇ ὄντες· παύει γὰρ ὀργὴν ὁ χρόνος. 13 Παύει δὲ καὶ ἑτέρου ὀργὴν * μείζω ἢ παρ' ἄλλου ληφθεῖσα τιμωρία πρότερον. διὸ εὖ Φιλοκράτης, εἰπόντος τινὸς, ὀργιζομένου τοῦ δήμου, τί οὐκ ἀπολογῇ; οὔπω γε, ἔφη· ἀλλὰ πότε; ὅταν ἄλλον ἴδω διαβεβλημένον. πρᾷοι γὰρ γίγνονται, ὅταν εἰς ἄλλον τὴν ὀργὴν ἀναλώσωσιν· οἷον συνέβη ἐπὶ Ἐργοφίλῳ· μᾶλλον γὰρ χαλεπαίνοντες, ἢ Καλλισθένει, ἀφῆσαν, διὰ τὸ Καλλισθένους τῇ προτεραίᾳ καταγνῶναι θάνατον. 14 Καὶ ἐὰν ἔλωσι, καὶ ἐὰν μεῖζον κακὸν πεπονθότες ὦσιν, ἢ οἱ ὀργιζόμενοι ἔδρασαν ἄν· ὥσπερ γὰρ εἰληφέναι τιμωρίαν οἴονται. 15 Καὶ ἐὰν ἀδικεῖν οἴωνται αὐτοὶ, καὶ δικαίως πάσχειν· οὐ γίγνεται γὰρ ἡ ὀργὴ πρὸς τὸ δίκαιον· οὐ γὰρ ἔτι παρὰ τὸ προσῆκον οἴονται πάσχειν· ἡ δὲ ὀργὴ τοῦτο ἦν. διὸ τῷ λόγῳ δεῖ προκολάζειν· ἀγανακτοῦσι γὰρ ἧττον κολα-

ab ira fumus; tempore enim ira ſedatur. 13 Sedatur etiam ira adverſus aliquem excitata facilius, ſi alius poenam ab eo ſumſerit prius. Praeclare igitur Philocrates, quaerente quodam, cum populus illi iraſceretur, cur te non defendis? Nondum, inquit; Quando igitur? Cum alium videro eodem crimine falſo accuſatum. Miteſcunt enim, cum iram in alium effuderint; quod in Ergophilo contigit; nam licet illi magis infenſi eſſent, quam Calliſtheni, liberarunt eum tamen, quia pridie Calliſthenem capite damnaverant. 14 Et ſi quando alios convicerint, & ſi (*ii, quibus iraſcuntur,*) in maius malum inciderint, quam ipſi irati illis intulerint; nam eos poenam ſibi dediſſe putant. 15 Et ſi ipſi (*iraſcentes*) putant, ſe iniuſte feciſſe, & merito pati; non enim putant, ſe immerito pati; iram autem hinc commoveri dicebamus. Quare prius verbis caſtigare oportet; ſiquidem

ζόμενοι καὶ οἱ δοῦλοι. 16 Καὶ ἐὰν μὴ αἰσθήσεσθαι οἰῶνται, ὅτι δι' αὐτοὺς, καὶ ἀνθ' ὧν ἔπαθον· ἡ γὰρ ὀργὴ τῶν καθέκαστόν ἐστι· δῆλον δ' ἐκ τοῦ ὁρισμοῦ. διὸ ὀρθῶς πεποίηται,

Φᾶσθαι Ὀδυσσῆα πτολίπορθον·

ὡς οὐ τετιμωρημένος, εἰ μὴ ἤσθετο, καὶ ὑφ' οὗ, καὶ ἀνθ' ὅτου. ὥστε οὔτε τοῖς ἄλλοις, ὅσοι μὴ αἰσθάνονται, ὀργίζονται· οὔτε τοῖς τεθνεῶσιν ἔτι, ὡς πεπονθόσι τε τὸ ἔσχατον, καὶ οὐκ ἀλγήσουσιν, οὐδ' αἰσθησομένοις, οὗ οἱ ὀργιζόμενοι ἐφίενται. διὸ εὖ περὶ τοῦ Ἕκτορος ὁ ποιητὴς παῦσαι βουλόμενος τὸν Ἀχιλλέα τῆς ὀργῆς τεθνεῶτος·

Κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων.

17 Δῆλον οὖν, ὅτι τοῖς καταπραΰνειν βουλομένοις ἐκ τούτων τῶν τόπων λεκτέον· αὐτοὺς μὲν παρασκευάζου-

& ſervi ita caſtigati minus iniquo animo ferunt. 16 Et cum putamus, eos, quos ultum imus, ſenſuros non eſſe, ſibi a nobis dolorem inuri, & cur inuratur; ira enim ſingulos petit, ut ex eius definitione conſtat. Quare recte poëta,

Dicito, me Troiae everſor caecavit Ulyſſes;

ut qui ſibi ultus eſſe non videretur, niſi ſciret ille (*Polyphemus*), & a quo, & quam ob cauſam. Itaque neque aliis, quicunque non ſentiunt, iraſcuntur; neque amplius mortuis, uti qui iam ultima paſſi ſint, nec doluerint, nec ſenſuri ſint, quod irati concupiſcunt. Bene igitur poëta de Hectore mortuo, cum ab ira revocare vellet Achillem:

Nunc etenim in terram ſenſu furit ille carentem.

17 Conſtat igitur, lenire ac mitigare volentibus ex his locis argumentandum eſſe; ut eos quidem, quos pla-

ὅτι τοιούτους· οἷς δ' ὀργίζονται, ἢ φοβεροὺς, ἢ αἰσχύνης ἀξίους, ἢ κεχαρισμένους, ἢ ἄκοντας, ἢ ὑπεραλγοῦντας τοῖς πεποιημένοις.

ΚΕΦ. δ'.

ΤΙΝΑΣ ΦΙΛΟΥΣΙ ΚΑΙ ΜΙΣΟΥΣΙ, ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΙ.

Τίνας δὲ φιλοῦσι, καὶ μισοῦσι, καὶ διὰ τί, τὴν φιλίαν καὶ τὸ φιλεῖν ὁρισάμενοι, λέγωμεν. 2 Ἔστω δὴ τὸ φιλεῖν τὸ βούλεσθαί τινι, ἃ οἴεται ἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ αὐτοῦ, καὶ τὸ κατὰ δύναμιν πρακτικὸν εἶναι τούτων. φίλος δ' ἐστὶν ὁ φιλῶν καὶ ἀντιφιλούμενος. οἴονται δὲ φίλοι εἶναι οἱ οὕτως ἔχειν οἰόμενοι πρὸς ἀλλήλους. 3 Τούτων δὲ ὑποκειμένων, ἀνάγκη, φίλον εἶναι τὸν συνηδόμενον τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ συναλγοῦντα τοῖς λυπηροῖς, μὴ διὰ τὶ ἕτερον,

catos volunt, tales efficiant; eos autem, quibus illi iraſcuntur, oſtendant aut metuendos, aut verendos, aut (*aliis in rebus*) gratificatos eſſe, aut invitos feciſſe, aut iis, quae fecerunt, ſupra modum dolere.

CAP. IV.

Quoſnam homines amant & oderunt, & quas ob cauſas.

Quos autem ament homines, quoſque oderint, & quas ob cauſas, dicamus, poſtquam Amicitiam & quid ſit Amare definierimus. 2 Sit igitur Amare velle alicui ea, quae bona arbitrare, idque eius cauſa, non tua, ad eaque pro viribus illi procuranda propenſum eſſe. Amicus autem eſt, qui amat & rurſus amatur. Putant vero, ſe amicos eſſe, qui ſe ita inter ſe affectos eſſe putant. 3 Quibus autem poſitis, neceſſe eſt, amicum eſſe una gaudentem bonis, & una dolentem adverſis (*alterius*), non propter aliud quid, ſed propter ipſum

ἀλλὰ δι' ἐκεῖνον. γιγνομένων γὰρ, ὧν βούλονται, χαίρουσι πάντες· τῶν ἐναντίων δὲ λυποῦνται· ὥστε τῆς βουλήσεως σημεῖον αἱ λύπαι καὶ αἱ ἡδοναί. 4 Καὶ οἷς δὴ ταὐτὰ ἀγαθὰ καὶ κακά· καὶ οἱ τοῖς αὐτοῖς φίλοι, καὶ οἱ τοῖς αὐτοῖς ἐχθροί· ταὐτὰ γὰρ τούτοις βούλεσθαι ἀνάγκη. ὥστε, ἅπερ αὐτῷ, καὶ ἄλλῳ βούλομενος, τούτῳ φαίνεται φίλος εἶναι. 5 Καὶ τοὺς πεποιηκότας εὖ φιλοῦσιν ἢ αὐτοὺς, ἢ ὧν κήδονται· ἢ εἰ μεγάλα, ἢ εἰ προθύμως, ἢ ἐν τοιούτοις καιροῖς, καὶ αὐτῶν ἕνεκα· ἢ οὓς ἂν οἴωνται βούλεσθαι ποιεῖν εὖ. 6 Καὶ τοὺς τῶν φίλων φίλους, καὶ τοὺς φιλοῦντας, οὓς αὐτοὶ φιλοῦσι· καὶ τοὺς φιλουμένους ὑπὸ τῶν φιλουμένων ἑαυτοῖς. 7 Καὶ τοὺς τοῖς αὐτοῖς ἐχθροὺς, καὶ μισοῦντας, οὓς αὐτοὶ μισοῦσι, καὶ τοὺς μισουμένους ὑπὸ τῶν ἑαυτοῖς μισουμένων· πᾶσι γὰρ τούτοις τὰ αὐτὰ ἀγαθὰ φαίνεται εἶναι, καὶ ἑαυτοῖς· ὥστε

(*alterum*). Omnes enim gaudent, cum ea eveniunt, quae volunt; dolentque contrariis; ut moleſtiae ac voluptates ſigna ſint voluntatis. 4 Et quibus ſunt eadem bona & mala, (*amici ſunt;*) & qui iiſdem amici ſunt, iiſdemque inimici; eadem enim hos velle neceſſe eſt. Itaque, cum alii velit illa, quae ille quoque alter vult, videtur huic amicus eſſe. 5 Amant etiam eos, qui aut ipſis, aut iis, quos caros habent, beneficia tribuerunt, aut ſi magna, aut ſi promto atque alacri animo, aut certis quibuſdam temporibus, idque ipſorum cauſa; aut quos exiſtimant velle benefacere. 6 Et amicorum amicos, & amantes eos, quos ipſi amant; & amatos ab iis, quos ipſi amant. 7 Et qui iiſdem inimici ſunt, eoſdemque oderunt, quos oderunt ipſi, & quos oderunt ii, quos ipſi oderunt; omnibus enim his eadem videntur bona eſſe, quae ipſis; unde fit, ut ea velint, quae

βούλεσθαι τὰ αὐτοῖς ἀγαθά· ὅπερ ἦν τοῦ φίλου. 8 Ἔτι τοὺς εὖ ποιητικοὺς εἰς χρήματα καὶ εἰς σωτηρίαν· διὸ τοὺς ἐλευθερίους καὶ τοὺς ἀνδρείους τιμῶσι. 9 Καὶ τοὺς δικαίους· τοιούτους δ' ὑπολαμβάνουσι τοὺς μὴ ἀφ' ἑτέρων ζῶντας· τοιοῦτοι δὲ οἱ ἀπὸ τοῦ ἐργάζεσθαι· καὶ τούτων οἱ ἀπὸ γεωργίας· καὶ τῶν ἄλλων οἱ αὐτούργοι μάλιστα. 10 Καὶ τοὺς σώφρονας, ὅτι οὐκ ἄδικοι· καὶ τοὺς ἀπράγμονας, διὰ τὸ αὐτό. 11 Καὶ οἷς βουλόμεθα φίλοι εἶναι, ἐὰν φαίνωνται βουλόμενοι. εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι οἵ τε ἀγαθοὶ κατὰ ἀρετήν, καὶ οἱ εὐδόκιμοι ἢ ἐν πᾶσιν, ἢ ἐν τοῖς βελτίστοις, ἢ ἐν τοῖς θαυμαζομένοις ὑπ' αὐτῶν, ἢ ἐν οἷς θαυμάζουσιν αὐτούς. 12 Ἔτι τοὺς ἡδεῖς συνδιαγαγεῖν καὶ συνδιημερεῦσαι· τοιοῦτοι δ' οἱ εὔκολοι, καὶ μὴ ἐλεγκτικοὶ τῶν ἁμαρτανομένων, καὶ μὴ φιλόνεικοι, μηδὲ δυσέριδες. πάντες

ipsis bona sunt; quod amici esse diximus. 8 Porro eos amant, qui propensi sunt ad alios pecunia adiuvandos, vel ad eorum salutem defendendam; quare liberales & fortes viri in honore sunt. 9 Et iustos; tales autem putant eos, qui non ex aliorum opibus victum sibi parant, cuiusmodi sunt operarii; & ex his, qui agros colunt, & ex aliis maxime, qui ipsi laborem subeunt. 10 Et sapientes, quia non sunt iniusti; eademque de causa eos, qui se multis negotiis non implicant. 11 Et eos, quibus amici fieri volumus, si ipsi idem velle videantur. Tales autem sunt, qui virtute praestant, qui bona existimatione sunt aut apud omnes, aut apud optimos, aut apud eos, quos ipsi, quive ipsos admirantur. 12 Porro, quorum convictus ac consuetudo suavis est; tales autem sunt faciles, neque ad peccata redarguenda propensi, neque concertationum avidi, neque litigiosi.

γὰρ οἱ τοιοῦτοι μαχητικοί· οἱ δὲ μαχόμενοι τἀναντία φαίνονται βούλεσθαι. 13 Καὶ οἱ ἐπιδέξιοι καὶ τῷ τωθάσαι, καὶ τῷ ὑπομεῖναι· ἐπὶ ταὐτὰ γὰρ ἀμφότεροι σπεύδουσι τῷ πλησίον· δυνάμενοί τε σκώπτεσθαι, καὶ ἐμμελῶς σκώπτοντες. 14 Καὶ τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ὑπάρχοντα ἀγαθὰ, καὶ τούτων μάλιστα, ἃ φοβοῦνται μὴ ὑπάρχειν αὐτοῖς. 15 Καὶ τοὺς καθαρείους περὶ ὄψιν, περὶ ἀμπεχόνην, περὶ ὅλον τὸν βίον. 16 Καὶ τοὺς μὴ ὀνειδιστὰς μήτε τῶν ἁμαρτημάτων, μήτε τῶν εὐεργετημάτων· ἀμφότεροι γὰρ ἐλεγκτικοί. 17 Καὶ τοὺς μὴ μνησικάκους, μηδὲ φυλακτικοὺς τῶν ἐγκλημάτων, ἀλλ' εὐκαταλλάκτους· οἵους γὰρ ἂν ὑπολάβωσιν εἶναι πρὸς τοὺς ἄλλους, καὶ πρὸς αὐτοὺς οἴονται. 18 Καὶ τοὺς μὴ κακολόγους, μηδὲ εἰδότας μήτε τὰ τῶν πλησίον κακὰ, μήτε τὰ αὐτῶν, ἀλλὰ

Omnes enim tales pugnaces ſunt; pugnantes autem contraria velle videntur. 13 Et in quibus ineſt dexteritas quaedam & ad iocandum in alios, & ad excipiendos aliorum iocos; utrique enim idem petere videntur cum eo, quicum verſantur; cum & in ſe dicta aequo animo ferre poſſint, & ipſi urbane in alios dicant. 14 Amant etiam laudantes bona, quae in ipſis inſunt, & ex his maxime illa, quae ipſi, ne inſint verentur. 15 Et mundos corpore, & veſtitu, & tota vita. 16 Et qui exprobrare non ſolent neque peccata, neque beneficia ſua; utrique enim ad redarguendum propenſi ſunt. 17 Et eos, qui acceptas iniurias facile obliviſcuntur, neque animo conſervant cauſas de aliis conquerendi, ſed placabiles ſunt; quales enim eos erga alios eſſe exiſtimant, tales in ſe quoque fore arbitrantur. 18 Et non maledicos, quique non norunt neque propinquorum mala, neque noſtra, ſed bona tantum; id enim faciunt

τὰ ἀγαθά· ὁ γὰρ ἀγαθὸς τοῦτο δρᾷ. 19 Καὶ τοὺς μὴ ἀντιτείνοντας τοῖς ὀργιζομένοις, ἢ σπουδάζουσι· μαχητικοὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι. καὶ τοὺς πρὸς αὐτοὺς σπουδαίως πως ἔχοντας· οἷον θαυμάζοντας αὐτούς. καὶ σπουδαίους ὑπολαμβάνοντας. καὶ χαίροντας αὐτοῖς. 20 Καὶ ταῦτα μάλιστα πεπονθότας, περὶ ἃ μάλιστα βούλονται αὐτοὶ ἢ θαυμάζεσθαι, ἢ σπουδαῖοι δοκεῖν εἶναι, ἢ ἡδεῖς. 21 Καὶ τοὺς ὁμοίους, καὶ ταὐτὰ ἐπιτηδεύοντας, ἂν μὴ παρενοχλῶσι, μηδὲ ἀπὸ ταὐτοῦ ᾖ ὁ βίος· γίνεται γὰρ οὕτω τὸ, „κεραμεὺς κεραμεῖ.„ 22 Καὶ τοὺς τῶν αὐτῶν ἐπιθυμοῦντας, ὧν ἐνδέχεται ἅμα μετέχειν αὐτούς· εἰ δὲ μή, ταὐτὸ καὶ οὕτω συμβαίνει. 23 Καὶ πρὸς οὓς οὕτως ἔχουσιν, ὥστε μὴ αἰσχύνεσθαι τὰ πρὸς δόξαν, μὴ καταφρονοῦντες. καὶ πρὸς οὓς αἰσχύνονται τὰ πρὸς ἀλήθειαν. 24 Καὶ πρὸς

viri boni. 19 Et eos, qui non adverſantur iratis, aut ſerio aliquid agentibus; tales enim pugnaces ſunt. Et ſtudioſos noſtri (*amamus*); ut eos, qui nos admirantur. Et quos cura & ſtudio dignos cenſemus. Et qui noſtra conſuetudine gaudent. 20 Et qui talia maxime experti ſunt, in quibus volumus ipſi aut admirationi eſſe, aut egregii, aut iucundi & ſuaves videri. 21 Amant etiam quiſque ſimiles ſui, & iiſdem ſtudiis deditos, niſi eorum alter alteri obſtet, & niſi ex eodem ſtudio victum ſibi quaerant; tunc enim evenit illud, *Figulus figulum*. 22 Et eadem concupiſcentes, modo haec talia ſint, ut ea ſimul conſequi queant; alioquin enim idem hîc quoque evenit. 23 Et eos, erga quos ita affecti ſunt, utne verecundentur apud eos ob eas res, quae opinione tantum (*turpes habentur*), cum tamen eos non contemnant. Et quos verentur conſcios habere eorum, quae vere

οὓς φιλοτιμοῦνται, ἢ ὑφ' ὧν ζηλοῦσθαι βούλονται, καὶ μὴ φθονεῖσθαι, τούτους ἢ φιλοῦσιν, ἢ βούλονται φίλοι εἶναι. 25 Καὶ οἷς ἂν τἀγαθὰ συμπράττωσιν, ἐὰν μὴ μέλλῃ αὐτοῖς ἔσεσθαι μείζω κακά. 26 Καὶ τοῖς ὁμοίως [καὶ] τοὺς ἀπόντας καὶ τοὺς παρόντας φιλοῦσι· διὸ καὶ τοὺς περὶ τοὺς τεθνεῶτας τοιούτους πάντες φιλοῦσι. καὶ ὅλως τοὺς σφόδρα φιλοφίλους, καὶ μὴ ἐγκαταλείποντας· μάλιστα γὰρ φιλοῦσι τῶν ἀγαθῶν τοὺς φιλεῖν ἀγαθούς. 27 Καὶ τοὺς μὴ πλαττομένους πρὸς αὐτούς· τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ τὰ φαῦλα τὰ ἑαυτῶν λέγοντες· εἴρηται γὰρ, ὅτι πρὸς τοὺς φίλους τὰ πρὸς δόξαν οὐκ αἰσχυνόμεθα· εἰ οὖν ὁ αἰσχυνόμενος μὴ φιλεῖ, ὁ μὴ αἰσχυνόμενος φιλοῦντι ἔοικε. καὶ τοὺς μὴ φοβεροὺς, καὶ οἷς θαῤῥοῦμεν· οὐδεὶς γὰρ, ὃν φοβεῖται, φιλεῖ. 28 Εἴδη δὲ φιλίας, ἑταιρία, οἰκειότης,

(*turpia sunt*). 24 Et apud quos in pretio esse, aut a quibus beati haberi, non tamen sibi invideri, volunt, hos aut amant, aut eis amici esse volunt. 25 Et quos libenter ad consequenda bona adiuverint, nisi maiora sibi ex eo mala eventura sint. 26 Et iis, qui & absentes & praesentes aeque amant; unde fit, ut qui tales sunt etiam erga mortuos, ab omnibus amentur. Omninoque eos amant, qui vehementer sunt amici amicis, neque eos deserunt; nam ex omnibus bonis maxime amantur boni amici. 27 Et eos, qui apud se nihil fingunt; tales autem sunt, qui etiam vitia sua detegunt; diximus enim, eorum, quae opinione tantum turpia habentur, apud amicos nos non pudere; quod si igitur is, quem pudet, non amat, is, quem non pudet, amanti similis est. Et eos, qui metuendi non sunt, quibusque confidimus; nemo enim, quem metuit, diligit. 28 Partes autem amicitiae sunt, sodalitas, necessitudo, cognatio, & quae-

συγγένεια, καὶ ὅσα τοιαῦτα. 29 Ποιητικὰ δὲ Φιλίας, χάρις, καὶ τὸ μὴ δεηθέντος ποιῆσαι, καὶ τὸ ποιήσαντα μὴ δηλῶσαι· αὐτοῦ γὰρ οὕτως ἕνεκα φαίνεται, καὶ οὐ δι' ἕτερον. 30 Περὶ δὲ ἔχθρας καὶ τοῦ μισεῖν φανερὸν, ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων δεῖ θεωρεῖν. ποιητικὰ δὲ ἔχθρας, ὀργὴ, ἐπηρεασμὸς, διαβολή. 31 Ὀργὴ μὲν οὖν ἐστιν ἐκ τῶν πρὸς ἑαυτόν· ἔχθρα δὲ καὶ ἄνευ τῶν πρὸς ἑαυτόν· ἐὰν γὰρ ὑπολάβωμεν εἶναι τοιόνδε, μισοῦμεν. καὶ ἡ μὲν ὀργὴ ἀεὶ περὶ τὰ καθέκαστα· οἷον Καλλίαν, ἢ Σωκράτην· τὸ δὲ μῖσος καὶ πρὸς τὰ γένη· τὸν γὰρ κλέπτην μισεῖ καὶ τὸν συκοφάντην ἕκαστος. καὶ τὸ μὲν ἰατὸν χρόνῳ· τὸ δ' ἀνίατον. καὶ ἡ μὲν τοῦ λυπῆσαι ἐθέλεται· ἡ δὲ τοῦ κακῶσαι μᾶλλον. αἰσθέσθαι γὰρ βούλεται ὁ ὀργιζόμενος· τῷ δὲ οὐδὲν διαφέρει. ἔστι δὲ τὰ μὲν λυπηρὰ αἰσθητὰ πάντα· τὰ δὲ μά-

cunque talia ſunt. 29 Quae autem amicitiam efficiunt, ſunt, amicitia, & non rogatum aliquid feciſſe, & ſi, cum feceris, aliis non praedicaveris; nam ita demum videtur (*aliquis*) feciſſe illius cauſa, (*cui tribuit beneficium*,) non propter aliud. 30 De inimicitia vero & odio conſtat, ex contrariis quaerenda argumenta eſſe. Efficiunt autem inimicitias ira, incommodatio, criminatio. 31 Ira quidem exſiſtit ex iis, quae ad nos pertinent; at inimicitia ex iis etiam, quae ad nos non pertinent; odimus enim, quem talem eſſe opinamur. Et ira ſemper ſpectat ad ſingula; ut Calliam, aut Socratem; odium vero etiam ad tota rerum genera; omnes enim furem & ſycophantam oderunt. Et ira quidem tempore ſanari poteſt; odium eſt inſanabile. Et illa quidem moleſtiam inferre ſtudet; hoc vero malum dare potius. Nam iratus ſentire vult eum, in quem ultionem exercet; eius vero, qui odit, nihil refert. Moleſta autem omnia ſentiuntur;

λιστα κακὰ, ἥκιστα αἰσθητὰ, ἀδικία καὶ ἀφροσύνη· οὐδὲν γὰρ λυπεῖ ἡ παρουσία τῆς κακίας. καὶ τὸ μὲν μετὰ λύπης· τὸ δ' οὐ μετὰ λύπης. ὁ μὲν γὰρ ὀργιζόμενος λυπεῖται· ὁ δὲ μισῶν οὔ. καὶ ὁ μὲν, πολλῶν ἂν γενομένων, ἐλεήσειεν· ὁ δὲ οὐδενός. ὁ μὲν γὰρ ἀντιπαθεῖν βούλεται, ᾧ ὀργίζεται· ὁ δὲ, μὴ εἶναι. 32 Φανερὸν οὖν ἐκ τούτων, ὅτι ἐνδέχεται ἐχθροὺς καὶ φίλους καὶ ὄντας ἀποδεικνύναι, καὶ μὴ ὄντας ποιεῖν, καὶ φάσκοντας διαλύειν, καὶ ἢ δι' ὀργὴν, ἢ δι' ἔχθραν ἀμφισβητοῦντας, ἐφ' ὁπότερ' ἂν προαιρῆταί τις, ἄγειν. ποῖα δὲ φοβοῦνται, καὶ τίνας, καὶ πῶς ἔχοντες, ᾧδ' ἔσται φανερόν.

at e malis, quae maxima sunt, minime sentiuntur, ut iniustitia & imprudentia; nullam enim molestiam vitii praesentia inurit. Et alterum cum aegritudine coniunctum est; alterum vero ea vacat. Aegre enim est ei, qui irascitur; at ei, qui odit, non item. Et illum quidem, si multa mala eveniant ei, (*cui iratus est*,) misericordia ceperit; hunc vero flectere nihil potest. Nam ille quidem eum, cui irascitur, vicissim molestе aliquid perferre vult; at ille eum, quem odit, prorsus exstingui. 32 Manifestum igitur est, ex his sumi posse ea, quibus tum eos, qui inimici amicive sunt, tales esse doceamus, tum eos, qui non sunt, tales faciamus, tum dissolvamus ea, quibus nitentur, qui horum utrumlibet dicent; tum, si, irane an odio aliquid factum sit, ambigatur, utram in partem maluerimus, audientium animos impellamus. Quae autem, & quos, & quomodo affecti metuant, hac ratione intelligetur.

ΚΕΦ. ε'.

ΤΙ ΕΣΤΙ ΦΟΒΟΣ ΚΑΙ ΤΑ ΦΟΒΕΡΑ, ΚΑΙ ΩΣ ΕΚΑΣΤΟΙ ΕΧΟΝΤΕΣ ΔΕΔΙΑΣΙ.

Ἔστω δὴ φόβος λύπη τις ἢ ταραχὴ ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ ἢ φθαρτικοῦ, ἢ λυπηροῦ. οὐ γὰρ πάντα τὰ κακὰ φοβεῖται· οἷον, εἰ ἔσται ἄδικος, ἢ βραδύς· ἀλλ' ὅσα ἢ λύπας μεγάλας, ἢ φθορὰς δύναται· καὶ ταῦτα ἂν μὴ πόρρω, ἀλλὰ σύνεγγυς φαίνηται, ὥστε μέλλειν· τὰ γὰρ πόρρω σφόδρα οὐ φοβοῦνται. ἴσασι γὰρ πάντες, ὅτι ἀποθανοῦνται· ἀλλ', ὅτι οὐκ ἐγγύς, οὐδὲν φροντίζουσιν. 2 Εἰ δὴ ὁ φόβος τοῦτ' ἐστὶν, ἀνάγκη, τὰ τοιαῦτα φοβερὰ εἶναι, ὅσα φαίνεται δύναμιν ἔχειν μεγάλην τοῦ φθείρειν, ἢ βλάπτειν βλάβας εἰς λύπην μεγάλην συντεινούσας. διὸ καὶ τὰ ση-

CAP. V.

Quid ſit metus, quae ſint metuenda, & quomodo affecti homines metuant.

Sit igitur metus moleſtia aut perturbatio quaedam ex obiecta ſpecie imminentis mali, in quo inſit vis aut interimendi, aut moleſtiae inferendae. Non enim omnia mala metuit aliquis; velut, ne iniuſtus, neve tardo ingenio fiat; ſed quaecunque aut magnas moleſtias afferre, aut etiam interimere poſſunt; atque haec (*ita demum*), ſi non longe diſtent, ſed propinqua eſſe videantur, ita ut immineant. Homines enim, quae longe abſunt, non timent. Nam ſciunt omnes, ſibi eſſe moriendum; ſed quia id prope eſſe non putant, nihil curant. 2 Quod ſi haec metus natura eſt, neceſſe eſt, ea eſſe terribilia, quaecunque videntur magnam vim habere interimendi, aut ita nocendi, ut magna aliqua moleſtia conſequatur. Quocirca talium quoque ſigna terribilia

μεῖα τῶν τοιούτων φοβερά· ἐγγὺς γὰρ φαίνεται τὸ φοβερόν· τοῦτο γάρ ἐστι κίνδυνος, φοβεροῦ πλησιασμός. 3 Τοιαῦτα δὲ ἔχθρα τε καὶ ὀργὴ δυναμένων ποιεῖν τι· δῆλον γὰρ, ὅτι βούλονταί τε καὶ δύνανται· ὥστε ἐγγύς εἰσι τοῦ ποιεῖν. 4 Καὶ ἀδικία δύναμιν ἔχουσα· τῷ προαιρεῖσθαι γὰρ ὁ ἄδικος ἄδικος. 5 Καὶ ἀρετὴ ὑβριζομένη δύναμιν ἔχουσα· δῆλον γὰρ, ὅτι προαιρεῖται μὲν, ὅταν ὑβρίζηται, ἀεὶ, δύναται δὲ νῦν. 6 Καὶ φόβος τῶν δυναμένων τὶ ποιῆσαι· ἐν παρασκευῇ γὰρ ἀνάγκη εἶναι καὶ τὸν τοιοῦτον. 7 Ἐπεὶ δ' οἱ πολλοὶ χείρους καὶ ἥττους τοῦ κερδαίνειν, καὶ δειλοὶ ἐν τοῖς κινδύνοις, φοβερὸν ὡς ἐπιτοπολὺ τὸ ἐπ' ἄλλῳ αὐτὸν εἶναι. ὥστε οἱ συνειδότες πεποιηκότι τὶ δεινὸν φοβεροὶ ἢ κατειπεῖν, ἢ ἐγκαταλιπεῖν. 8 Καὶ οἱ δυνάμενοι ἀδικεῖν ἀεὶ τοῖς δυναμένοις ἀδικεῖσθαι· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ

sunt; prope enim adesse videtur terribile; nam & hoc ipsum est periculum, rei terribilis appropinquatio. 3 Talia autem sunt inimicitia & ira potentum; constat enim, eos & velle & posse; quare fere iam in eo sunt, ut faciant. 4 Et iniustitia vim habens; nam iniustus eo ipso iniustus est, quod vult. 5 Et virtus contumelia affecta, vim habens; constat enim, eam semper quidem cupere se ulcisci, nunc autem posse. 6 (*Terribile est etiam*) metui ab iis, qui nocere possunt; paratos enim eos esse necesse est. 7 Quoniam autem plerique homines improbi sunt, & vinci se a lucro sinunt, & in periculis timidi sunt, terribile utplurimum est, ab alio quodam pendere. Itaque qui facinoris alicuius conscii sunt alii, metuendi sunt, ne aut prodant, aut deserant. 8 Et qui possunt iniuriam facere (*metuendi sunt illis*), qui possunt iniuria affici; utplurimum enim homines iniuriam,

πολὺ ἀδικοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ὅταν δύνωνται. καὶ οἱ ἠδικημένοι, ἢ νομίζοντες ἀδικεῖσθαι· ἀεὶ γὰρ τηροῦσι καιρόν. καὶ οἱ ἠδικηκότες, ἐὰν δύναμιν ἔχωσι, Φοβεροὶ, δεδιότες τὸ ἀντιπαθεῖν· ὑπέκειτο γὰρ τὸ τοιοῦτο Φοβερόν. 9 Καὶ οἱ τῶν αὐτῶν ἀνταγωνισταὶ, ὅσα μὴ ἐνδέχεται ἅμα ὑπάρχειν ἀμφοῖν· ἀεὶ γὰρ πολεμοῦσι πρὸς τοιούτους. 10 Καὶ οἱ τοῖς κρείττοσιν αὐτῶν Φοβεροὶ, καὶ αὐτοῖς Φοβεροί· μᾶλλον γὰρ ἂν δύναιντο βλάπτειν αὐτοὺς, ἢ τοὺς κρείττους· καὶ οὓς Φοβοῦνται οἱ κρείττους αὐτῶν, διὰ ταὐτό. 11 Καὶ οἱ τοὺς κρείττους αὐτῶν ἀνηρηκότες. καὶ οἱ τοῖς ἥττοσιν αὐτῶν ἐπιτιθέμενοι· ἢ γὰρ ἤδη Φοβεροὶ, ἢ αὐξηθέντες. καὶ τῶν ἠδικημένων καὶ ἐχθρῶν ἢ ἀντιπάλων οὐχ οἱ ὀξύθυμοι καὶ παρρησιαστικοὶ, ἀλλ' οἱ πρᾷοι καὶ εἴρωνες καὶ πανοῦργοι· ἄδηλοι γὰρ, εἰ ἐγγύς· ὥστ' οὐδέποτε φανεροὶ, ὅτι

cum poſſunt, faciunt. Et qui aut iniuriam acceperunt, aut accepiſſe ſe putant; ſemper enim captant occaſionem. Et qui iniuriam fecerunt, ſi vires habeant, metuendi ſunt; metuunt enim, ne, quod fecerunt, ſibi referatur; nam poſitum erat, hoc terribile eſſe. 9 Et competitores earum rerum, quas utrique ſimul conſequi non poſſunt; ſemper enim adverſus tales bellum gerunt. 10 Et qui terribiles ſunt potentioribus, ipſis etiam terribiles ſunt; nam multo magis ipſis nocere poſſint, quam potentioribus; & quos timent ipſis potentiores, eandem ob cauſam. 11 Et qui potentiores ipſis ſuſtulerunt. Et qui in impotentes impetum faciunt; aut enim iam metuendi ſunt, aut certe cum viribus auctı erunt. Et ex iniuriâ affectis & inimicis aut adverſariis non irâ efferveſcentes & libere loquentes, ſed ſedati & diſſimulatores & callidi; nam incertum eſt, an prope ſint; ita ut nunquam conſtet, eos longe abeſſe.

πόρρω. 12 Πάντα δὲ τὰ φοβερὰ φοβερώτερα, ὅσα, ἂν ἁμάρτωσιν, ἐπανορθώσασθαι μὴ ἐνδέχεται, ἀλλ' ἢ ὅλως ἀδύνατα, ἢ μὴ ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις. καὶ ὧν βοήθειαι μὴ εἰσὶν, ἢ μὴ ῥᾴδιαι. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, φοβερά ἐστιν, ὅσα ἐφ' ἑτέρων γιγνόμενα ἢ μέλλοντα ἐλεεινά ἐστι. τὰ μὲν οὖν φοβερὰ, καὶ ἃ φοβοῦνται, σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, τὰ μέγιστα ταῦτά ἐστιν· ὡς δὲ διαιρείμενοι αὐτὰ φοβοῦνται, νῦν λέγωμεν. 13 Εἰ δή ἔστιν ὁ φόβος μετὰ προσδοκίας τοῦ πείσεσθαί τι φθαρτικὸν πάθος, φανερὸν, ὅτι οὐδεὶς φοβεῖται τῶν οἰομένων μηδὲν ἂν παθεῖν, οὐδὲ ταῦτα, ἃ μὴ οἴονται παθεῖν, οὐδὲ τούτους, ὑφ' ὧν μὴ οἴονται, οὐδὲ τότε, ὅτε μὴ οἴονται. ἀνάγκη τοίνυν, φοβεῖσθαι τοὺς οἰομένους τὶ παθεῖν ἂν, καὶ τοὺς ὑπὸ τού-

12 Omnia autem terribilia terribiliora sunt, cum, si quid peccatum sit, corrigi non potest; sed aut omnino talia sunt, ut corrigi nequeant, aut eorum correctio non in ipsorum, sed in adversariorum potestate sita est. Et adversus quae auxilium nullum est, aut non facile. Ut universe vero dicam, terribilia sunt, quaecunque cum aliis eveniunt aut imminent, misericordiam commovent. Terribilia igitur, & quae metuunt (*homines*), haec fere praecipua sunt; quemadmodum autem affecti ipsi metuant, nunc explicemus. 13 Nimirum si metus est coniunctus cum exspectatione quadam excipiendi ac perpetiendi aliquid, quod interitum afferre possit, constat, eos non metuere, qui sibi nihil tale evenire posse arbitrantur, neque ea (*timeri*), quae non putant sibi evenire posse, neque eos, a quibus non putant, neque tunc, cum eventura esse ea non putant. Necessario igitur ii demum timent, qui & sibi aliquid mali evenire posse, & ab iis, & haec mala, & tunc evenire posse

των, καὶ ταῦτα, καὶ τότε. 14 Οὐκ οἴονται δὲ παθεῖν ἂν οὔτε οἱ ἐν εὐτυχίαις μεγάλαις ὄντες, καὶ δοκοῦντες· διὸ ὑβρισταὶ, καὶ ὀλίγωροι, καὶ θρασεῖς· ποιεῖ δὲ τοιούτους πλοῦτος, ἰσχὺς, πολυφιλία, δύναμις· οὔτε οἱ ἤδη πεπονθέναι νομίζοντες τὰ δεινὰ, καὶ ἀπεψυγμένοι πρὸς τὸ μέλλον, ὥσπερ οἱ ἀποτυμπανιζόμενοι ἤδη· ἀλλὰ δεῖ τινα ἐλπίδα ὑπεῖναι σωτηρίας, περὶ οὗ ἀγωνιῶσι· σημεῖον δὲ ὁ γὰρ Φόβος βουλευτικοὺς ποιεῖ· καίτοι οὐδεὶς βουλεύεται περὶ τῶν ἀνελπίστων. 15 Ὥστε δεῖ τοιούτους παρασκευάζειν, ὅταν ᾖ βέλτιον τὸ φοβεῖσθαι αὐτοὺς, ὅτι τοιοῦτοί εἰσιν, οἷοι παθεῖν· καὶ γὰρ ἄλλοι μείζους ἔπαθον· καὶ τοὺς ὁμοίους δεικνύναι πάσχοντας ἢ πεπονθότας, καὶ ὑπὸ τούτων, ὑφ' ὧν οὐκ ᾠοντο, καὶ ταῦτα, καὶ τότε, ὅτε οὐκ ᾠοντο. 16

arbitrantur. 14 Non putant autem, ſibi tale quidquam accidere poſſe neque ii, qui in magna proſperitate aut ſunt, aut eſſe ſibi videntur; unde contumelioſi ſunt, & contemtores, & audaces; tales autem efficit divitiarum affluentia, robur, amicorum copia, potentia; neque ii, qui omnia atrocia eveniſſe ſibi iam putant, ita ut obriguerint ad futurum, quemadmodum ii, qui iam ad ſupplicium ducuntur; ſed oportet ſpem aliquam ſubeſſe, ſervari ſe poſſe ab eo, de quo anxii ſunt; cui rei hoc argumento eſt, quod metus homines ad conſultandum excitat; de rebus autem deſperatis conſultat nemo. 15 Itaque ſi quando cauſae noſtrae expediet, ut auditores metuant, tunc ira eos dicendo afficere oportet, ut putent, talia ſibi accidere poſſe, quod ea & maioribus ac potentioribus acciderint; oſtendere quoque oportet eiuſdem ordinis aliquos, qui perpetiantur perpeſſive ſint, a quibus non putaſſent, & quae non putaſſent, & tum, cum minime putaſſent. 16 Quoniam

Ἐπεὶ δὲ περὶ Φόβου φανερὸν, τί ἐστι, καὶ περὶ τῶν φοβερῶν, καὶ ὡς ἕκαστοι ἔχοντες δεδίασι, φανερὸν ἐκ τούτων καὶ, τὸ θαρρεῖν τί ἐστι, καὶ περὶ ποῖα θαρραλέοι, καὶ πῶς διακείμενοι θαρραλέοι εἰσί· τό, τε γὰρ θάρσος ἐναντίον τῷ φόβῳ, καὶ τὸ θαρραλέον τῷ φοβερῷ· ὥστε μετὰ φαντασίας ἡ ἐλπὶς τῶν σωτηρίων ὡς ἐγγὺς ὄντων· τῶν δὲ φοβερῶν ἢ μὴ ὄντων, ἢ πόρρω ὄντων. 17 Ἔστι δὲ θαρραλέα τά, τε δεινὰ πόρρω ὄντα, καὶ τὰ [θαρραλέα] ἐγγύς. καὶ ἐπανορθώσεις ἐὰν ὦσι, καὶ βοήθειαι, ἢ πολλαὶ, ἢ μεγάλαι, ἢ ἄμφω. καὶ μήτε ἠδικημένοι, μήτε ἠδικηκότες ὦσιν· ἀνταγωνισταί τε ἢ μὴ ὦσιν ὅλως, ἢ μὴ ἔχωσι δύναμιν· ἢ δύναμιν ἔχοντες ὦσι φίλοι· ἢ πεποιηκότες ὦσιν εὖ, ἢ πεπονθότες. ἢ ἐὰν πλείους ὦσιν, οἷς ταῦτα συμφέρει,

autem conſtat, quid ſit metus, & quae ſint terribilia, & quomodo affecti ſinguli metuant, patet ex his etiam, quid ſit confidere, & quibus in rebus, & quomodo affecti homines facile confidant; nam & fiducia metui adverſatur, & id, quod fiduciam gignit, ei, quod terret; quare ſpes cum opinione coniuncta eſt, ea, quae ſalutem afferre poſſint, praeſto eſſe; ea vero, quae terrendi vim habeant, aut nulla eſſe, aut longe abeſſe. 17 Efficitur autem fiducia, ſi, quae terrere poſſunt, procul abſint, & ſi [quae ſaluti eſſe poſſunt] prope ſint. Et ſi non deſint facultates corrigendi & reſarciendi, & auxilia, aut multa, aut magna, aut utraque. Et ſi iniuriam neque acceperint (*homines*), neque intulerint; & ſi competitores aut omnino non ſint, aut vires non habeant, aut vires habentes, amici ſint; & ſi beneficia aut tribuerint, aut acceperint. Aut ſi plures ſint, quibus eadem utilia ſunt, aut potentiores, aut

ἢ κρείττους, ἢ ἄμφω. 18 Αὐτοὶ δ' οὕτως ἔχοντες θαῤῥαλέοι εἰσὶν, ἐὰν πολλὰ κατωρθωκέναι οἴωνται, καὶ μὴ πεπονθέναι. ἢ ἐὰν πολλάκις ἐληλυθότες ὦσιν εἰς τὰ δεινὰ, καὶ διαπεφευγότες· διχῶς γὰρ ἀπαθεῖς γίγνονται οἱ ἄνθρωποι, ἢ τῷ μὴ πεπειρᾶσθαι, ἢ τῷ βοηθείας ἔχειν· ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ θάλατταν κινδύνοις οἵ τε ἄπειροι χειμῶνος θαῤῥοῦσι τὰ μέλλοντα· καὶ οἱ βοηθείας ἔχοντες διὰ τὴν ἐμπειρίαν. 19 Καὶ ὅταν τοῖς ὁμοίοις μὴ ᾖ φοβερὸν, μηδὲ τοῖς ἥττοσι, καὶ ὧν κρείττους οἴονται εἶναι· οἴονται δὲ, ὧν κεκρατήκασιν ἢ αὐτῶν, ἢ τῶν κρειττόνων, ἢ τῶν ὁμοίων. 20 Καὶ ἐὰν ὑπάρχειν αὐτοῖς οἴωνται πλείω καὶ μείζω, οἷς ὑπερέχοντες φοβεροί εἰσι· ταῦτα δ' ἐστὶ, πλῆθος χρημάτων, καὶ ἰσχὺς σωμάτων, καὶ φίλων, καὶ χώρας, καὶ τῶν πρὸς πόλεμον παρασκευῶν, ἢ πασῶν, ἢ τῶν μεγί-

utrique. 18 Ipſi vero ita affecti facile confidunt, ſi multa ad eum, quem volebant, finem ſe perduxiſſe, neque quidquam ſibi incommode veniſſe opinantur. Aut ſi ſaepe in periculum adducti incolumes evaſerint; duobus enim modis terroris expertes homines fiunt, aut quod experti non ſint, aut quod auxilia parata habeant; quemadmodum in periculis, quibuſcum conflictantur in mari, firmo animo ſunt tum rudes tempeſtatum; tum qui uſu & experientia multas ſuae expediendae ſalutis rationes tenent. 19 Confidunt etiam, cum vident, ſui ſimiles non terreri, neque inferiores, & eos, quibus ipſi ſe potentiores putant; eos autem tales eſſe ducunt, quos vicerunt aut ipſos, aut alios potentiores, aut ſimiles. 20 Et ſi putent, adeſſe ſibi plura & maiora eorum, quibus qui praeſtant terribiles ſunt; haec vero ſunt, magnae opes, robor corporum, & amicorum, & regionis, & apparatuum belli, aut omnium,

στων. καὶ ἐὰν μὴ ἠδικηκότες ὦσιν ἢ μηδένα, ἢ μὴ πολλοὺς, ἢ μὴ τοιούτους, περὶ ὧν φοβοῦνται. 21 Καὶ ὅλως, ἂν τὰ πρὸς θεοὺς αὐτοῖς καλῶς ἔχῃ, τά, τε ἄλλα, καὶ τὰ ἀπὸ σημείων καὶ λογίων· θαρραλέον γὰρ ἡ ὀργή· τὸ δὲ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀδικεῖσθαι, ὀργῆς ποιητικόν· τὸ δὲ θεῖον ὑπολαμβάνεται βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις. 22 Καὶ ὅταν προεπιχειροῦντες ἢ μηδὲν ἂν παθεῖν μηδὲ πείσεσθαι, ἢ κατορθώσειν οἴωνται. καὶ περὶ μὲν τῶν φοβερῶν καὶ θαρραλέων εἴρηται.

ΚΕΦ. στ'.

ΠΟΙΑ ΑΙΣΧΥΝΟΝΤΑΙ ΚΑΙ ΑΝΑΙΣΧΥΝΤΟΥΣΙ, ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΙΝΑΣ, ΚΑΙ ΠΩΣ ΕΧΟΝΤΕΣ.

Ποῖα δὲ αἰσχύνονται, καὶ ἀναισχυντοῦσι, καὶ πρὸς τίνας, καὶ πῶς ἔχοντες, ἐκ τῶνδε δῆλον. 2 Ἔστω δὴ

aut maximorum. Et si aut neminem iniuria affecerint, aut non multos, aut non tales, a quibus timendum sit. 21 Et omnino, si quae ad Deos pertinent, bene se habeant, tum alia, tum quae e signis atque oraculis vaticinantur; nam & ira fiduciam efficit; non facere autem iniuriam, sed iniuriâ affici, iram gignit; divinum vero numen existimatur iis, quibus iniuria fit, opitulari. 22 Et cum, si priores impetum fecerint, aut nihil se incommodi accipere posse, aut accepturos esse, aut rem tamen bene gesturos esse arbitrantur. Ac de iis quidem, quae metum & fiduciam afferunt, dictum est.

CAP. VI.

Propter quae pudore suffundantur aut non suffundantur homines, & apud quos, & quomodo affecti.

Quarum autem rerum homines pudeat, & quarum non pudeat, & apud quos, & quomodo affecti ipsi pudore suffundantur, ex sequentibus intelligetur. 2 Sit igi-

αἰσχύνη λύπη τις καὶ ταραχὴ περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινόμενα φέρειν τῶν κακῶν, ἢ παρόντων, ἢ γεγενότων, ἢ μελλόντων. ἡ δ' ἀναισχυντία ὀλιγωρία τις καὶ ἀπάθεια περὶ τὰ αὐτὰ ταῦτα. 3 Εἰ δή ἐστιν αἰσχύνη ἡ ὁρισθεῖσα, ἀνάγκη, αἰσχύνεσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τῶν κακῶν, ἃ δοκεῖ αἰσχρὰ εἶναι αὐτῷ, ἢ ὧν φροντίζει· τοιαῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα ἀπὸ κακίας ἔργα ἐστίν· οἷον, ἀποβαλεῖν ἀσπίδα, ἢ φυγεῖν· ἀπὸ δειλίας γάρ· καὶ τὸ ἀποστερῆσαι παρακαταθήκην· ἀπ' ἀδικίας γάρ. 4 Καὶ τὸ συγγενέσθαι, οἷς οὐ δεῖ, ἢ ὅπου οὐ δεῖ, ἢ ὅτε μὴ δεῖ· ἀπ' ἀκολασίας γάρ. 5 Καὶ τὸ κερδαίνειν ἀπὸ μικρῶν, ἢ ἀπὸ αἰσχρῶν, ἢ ἀπ' ἀδυνάτων, οἷον πενήτων, ἢ τεθνεώτων· ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, τὸ, „καὶν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν·„ ἀπὸ αἰσχροκερδίας γὰρ καὶ ἀνελευθερίας. 6 Καὶ τὸ μὴ βοηθεῖν δυνάμενον εἰς

tur pudor moleſtia quaedam & perturbatio animi orta ex iis malis, quae ignominiam inurere videntur, aut praeſentibus, aut praeteritis, aut futuris. Impudentia autem eſt contemtio quaedam & firmitas animi adverſus haec ipſa. 3 Quod ſi haec pudoris natura eſt, neceſſe eſt, ea mala cuique pudorem incutere, quae turpia videntur eſſe ipſi, aut iis, quos curae habet; talia autem ſunt, quaecunque a vitio proficiſcuntur; ut, abieciſſe clypeum, aut fugiſſe; timiditatis enim eſt; & fraudare alium depoſito; iniuſtitiae enim eſt. 4 Et una eſſe cum iis, quibuſcum non oportet, aut quo loco, aut quo tempore non oportet; eſt enim intemperantiae. 5 Et lucrum facere ex rebus puſillis, aut turpibus, aut ex iis, quae fieri non poſſe videantur, ut a pauperibus, aut a mortuis; unde etiam proverbium, *A mortuo quoque aliquid abradere.* Hoc enim a turpis lucri cupiditate, & ab illiberalitate proficiſcitur. 6 Et non ſubve-

χρήματα, ἢ ἧττον βοηθεῖν· καὶ τὸ βοηθεῖσθαι παρὰ τῶν ἧττον εὐπόρων. 7 Καὶ δανείζεσθαι, ὅτε δόξει αἰτεῖν· καὶ αἰτεῖν, ὅτε ἀπαιτεῖν· καὶ ἀπαιτεῖν, ὅτε αἰτεῖν· καὶ ἐπαινεῖν, ἵνα δοξῃ αἰτεῖν· καὶ τὸ ἀποτετυχηκότα μηδὲν ἧττον· πάντα γὰρ ἀνελευθερίας ταῦτα σημεῖα. 8 Τὸ δὲ ἐπαινεῖν παρόντα κολακείας· καὶ τὸ τἀγαθὰ μὲν ὑπερεπαινεῖν, τὰ δὲ φαῦλα συναλείφειν· καὶ τὸ ὑπεραλγεῖν ἐπ' ἀλγοῦντι· καὶ τἆλλα πάντα, ὅσα τοιαῦτα· κολακείας γὰρ σημεῖα. 9 Καὶ τὸ μὴ ὑπομένειν πόνους, οὓς οἱ πρεσβύτεροι, ἢ οἱ τρυφῶντες, ἢ οἱ ἐν ἐξουσίᾳ μᾶλλον ὄντες, ἢ ὅλως οἱ ἀδυνατώτεροι· πάντα γὰρ μαλακίας σημεῖα. 10 Καὶ τὸ ὑφ' ἑτέρου εὖ πάσχειν, καὶ τὸ πολλάκις· καὶ, ἃ εὖ ἐποίησεν, ὀνειδίζειν· μικροψυχίας γὰρ πάντα καὶ ταπεινότητος ση-

nire pecuniâ, cum poſſis, aut minus ſubvenire, (*quam neceſſe ſit, & poſſis;*) & tale auxilium petere ab iis, qui minus habent. 7 Et mutuam pecuniam ſumere, cum quis petiturus videbitur; & petere, cum aliquem repetiturum; & repetere, cum eum petiturum putas; & laudare, ut petere videaris; & cum repulſus ſis, nihilominus petere; omnia enim haec ſigna ſunt illiberalitatis. 8 Praeſentem vero laudare adulationis eſt; & bona, (*quae in eo inſint,*) ſupra modum laudare, mala vero oblinere; & immodice dolere alieno dolore; & quaecunque alia eius generis ſunt; nam adulationis ſigna ſunt. 9 Et imparem eſſe iis laboribus, quos ferant grandiores natu, aut delicatuli, aut qui magis ſui arbitrii ſunt, omninoque ii, qui minus videntur poſſe; nam omnia haec mollitiem arguunt. 10 Et ab alio beneficia accipere, & ſaepe; & quae benigne in alium feceris exprobrare; haec enim omnia puſilli & humilis

μεῖα. 11 Καὶ τὸ περὶ αὑτοῦ λέγειν καὶ ἐπαγγέλλεσθαι· καὶ τὸ τὰ ἀλλότρια αὑτοῦ φάσκειν· ἀλαζονείας γάρ· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑκάστης τῶν τοῦ ἤθους κακιῶν τὰ ἔργα, καὶ τὰ σημεῖα, καὶ τὰ ὅμοια· αἰσχρὰ γὰρ καὶ αἰσχυντηλά. 12 Καὶ ἐπὶ τούτοις τὸ καλῶν, ὧν πάντες μετέχουσιν, ἢ οἱ ὅμοιοι πάντες, ἢ οἱ πλεῖστοι, μὴ μετέχειν. ὁμοίους δὲ λέγω ὁμοεθνεῖς, πολίτας, ἡλικας, συγγενεῖς, ὅλως τοὺς ἐξ ἴσου· αἰσχρὸν γὰρ ἤδη τὸ μὴ μετέχειν· οἷον, παιδεύσεως ἐπὶ τοσοῦτον, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. πάντα δὲ ταῦτα μᾶλλον, ἂν δι' ἑαυτὸν φαίνηται· οὕτω γὰρ ἤδη ἀπὸ κακίας μᾶλλον, ἂν αὐτὸς ᾖ αἴτιος τῶν ὑπαρξάντων, ἢ ὑπαρχόντων, ἢ μελλόντων. 13 Πάσχοντες δὲ, ἢ πεπονθότες, ἢ πεισόμενοι τὰ τοιαῦτα, αἰσχύνονται, ὅσα εἰς ἀτιμίαν φέρει καὶ ὀνείδη. ταῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα

animi signa sunt. 11 Et de se dicere ac praedicare; & aliena sibi vindicare; arrogantiae enim est; itidemque etiam in omnibus aliis vitiis & facta, & signa, & similia; nam turpia & pudenda sunt. 12 Et praeterea quorum bonorum omnes participes sunt, aut omnes similes, aut plerique, eorum expertem esse. Similes autem dico eos, qui sunt eiusdem gentis, civitatis, aetatis, generis, omnino pares; iam enim turpe est, eorum participem non esse, (*cuius isti participes sunt;*) velut, eruditionis aliquatenus, itidemque aliorum. Atque haec omnia eo turpiora, si ipsius culpa esse videatur; tunc enim magis intelligitur, ea a vitio esse, cum quis ipse causa sit, ut ea in se aut exstiterint, aut sint, aut futura sint. 13 Verecundantur autem, cum sibi aut eveniunt, aut evenerunt, aut eventura sunt talia, quae ignominiam ac dedecus conciliant. Haec vero sunt, si

εἰς ὑπηρετήσεις ἢ σώματος, ἢ ἔργων αἰσχρῶν, ὧν ἐστι τὸ ὑβρίζεσθαι. καὶ τὰ μὲν εἰς ἀκολασίαν, καὶ ἑκόντα καὶ ἄκοντα· τὰ δὲ εἰς βίαν, ἄκοντα· ἀπὸ ἀνανδρίας γὰρ ἡ δειλίας ἡ ὑπομονή· καὶ τὸ μὴ ἀμύνεσθαι. ἃ μὲν οὖν αἰσχύνονται, ταῦτά ἐστι καὶ τὰ τοιαῦτα. 14 Ἐπεὶ δὲ περὶ ἀδοξίας φαντασία ἐστὶν ἡ αἰσχύνη, καὶ ταύτης αὐτῆς χάριν, ἀλλὰ μὴ τῶν ἀποβαινόντων· οὐδεὶς δὲ δόξης φροντίζει, ἀλλ' ἢ διὰ τοὺς δοξάζοντας· ἀνάγκη, τούτους αἰσχύνεσθαι, ὧν λόγον ἔχει. 15 Λόγον δὲ ἔχει τῶν θαυμαζόντων, καὶ οὓς θαυμάζει, καὶ ὑφ' ὧν βούλεται θαυμάζεσθαι, καὶ πρὸς οὓς φιλοτιμεῖται, καὶ ὧν μὴ καταφρονεῖ τῆς δόξης. 16 Θαυμάζεσθαι μὲν οὖν βούλονται ὑπὸ τούτων, καὶ θαυμάζου-

quis aut corpore, aut foedis factis alicui inſervit, cuius generis eſt flagitioſam alicuius libidinem explere. Ac quae quidem ad intemperantiam pertinent, (*turpia ſunt*,) ſive ſponte, ſive invitus ea aliquis perferat; quae autem ad vim, ita demum, ſi invitus; talis enim perpeſſio ab ignavia eſt aut timiditate; & ea a ſe non depellere neque ulciſci. Quae igitur pudorem incutiunt, haec & talia ſunt. 14 Quoniam autem pudor eſt ſpecies quaedam obverſans animo amiſſae amittendaeve exiſtimationis, idque ipſius exiſtimationis cauſa, at non eorum, quae inde proveniunt; nemo vero de exiſtimatione laborat, niſi propter ipſos de ſe exiſtimantes: neceſſe eſt, eum eorum quemque pudere, quorum rationem habet. 15 Rationem autem habet quiſque eorum, a quibus colitur, & quos admiratur ipſe, & a quibus ſe coli vult, & quibuſcum de honore concertat, & quorum opinionem non contemnit. 16 Coli igitur ſe ab iis volunt, eoſque ſuſpiciunt ipſi, qui bono aliquo eorum,

σι τούτους, οἱ ἔχουσί τι ἀγαθὸν τῶν τιμίων· ἢ παρ' ὧν τυγχάνουσι δεόμενοι σφόδρα τινὸς, ὧν ἐκεῖνοι κύριοι· οἷον οἱ ἐρῶντες. 17 Φιλοτιμοῦνται δὲ πρὸς τοὺς ὁμοίους. Φροντίζουσι δὲ, ὡς ἀληθευόντων τῶν φρονίμων· τοιοῦτοι δὲ, οἵ τε πρεσβύτεροι καὶ οἱ πεπαιδευμένοι. 18 Καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ τὰ ἐν φανερῷ· ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, τὸ, „ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ.„ διὰ τοῦτο τοὺς ἀεὶ παρεσομένους μᾶλλον αἰσχύνονται, καὶ τοὺς προσέχοντας αὐτοῖς, διὰ τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς ἀμφότερα. 19 Καὶ τοὺς μὴ περὶ ταῦτα ἐνόχους· δῆλον γὰρ, ὅτι τἀναντία δοκεῖ τούτοις. καὶ τοὺς μὴ συγγνωμονικοὺς τοῖς φαινομένοις ἁμαρτάνειν· ἃ γάρ τις αὐτὸς ποιεῖ, ταῦτα λέγεται τοῖς πέλας οὐ νεμεσᾶν· ὥστε ἃ μὴ ποιεῖ, δῆλον, ὅτι νεμεσᾷ. 20 Καὶ τοὺς ἐξαγγελτικοὺς πολλοῖς· οὐδὲν γὰρ διαφέρει, μὴ δοκεῖν, ἢ μὴ ἐξαγγέλ-

quae honore digna cenſentur, praediti ſunt; aut a quibus vehementer cupiunt impetrare aliquid, quod in ipſorum poteſtate eſt; velut amantes. 17 De honore autem concertant cum paribus. Laborant vero de opinione prudentium, ut qui vere opinentur; tales autem ſunt ſenes & eruditi. 18 Et (*pudorem movent*), quae in oculis ſunt & in propatulo; unde & proverbio dicitur, *Pudorem in oculis habitare.* Quare eorum magis nos pudet, qui ſemper una futuri ſunt, & qui attente obſervant, quid a nobis agatur, quia utrique in oculis ſunt. 19 Et eorum, qui eidem culpae obnoxii non ſunt; conſtat enim, contra ipſis videri. Et eorum, qui haud facile veniam dant iis, quos peccare putant; quae enim aliquis ipſe facit, de his aliis non ſuccenſere dicitur; unde patet, eum indignari, cum alii faciunt, quae ipſe non facit. 20 Et eorum, qui libenter in vulgus enuntiant, (*quidquid ſciunt;*) nihil enim intereſt, non videri

λειν. ἐξαγγελτικοὶ δὲ οἵ τε ἠδικημένοι διὰ τὸ παρατηρεῖν· καὶ οἱ κακολόγοι· εἴπερ γὰρ καὶ τοὺς μὴ ἁμαρτάνοντας, ἔτι μᾶλλον τοὺς ἁμαρτάνοντας. καὶ οἷς ἡ διατριβὴ ἐπὶ ταῖς τῶν πέλας ἁμαρτίαις· οἷον, χλευασταῖς καὶ κωμῳδοποιοῖς· κακολόγοι γάρ πως οὗτοι, καὶ ἐξαγγελτικοί. καὶ ἐν οἷς μηδὲν ἀποτετυχήκασιν· ὥσπερ γὰρ θαυμαζόμενοι διάκεινται. διὸ καὶ τοὺς πρῶτόν τι δεηθέντας αἰσχύνονται, ὡς οὐδέν πω ἠδοξηκότες ἐν αὐτοῖς. τοιοῦτοι δ' εἴ τε ἄρτι βουλόμενοι φίλοι εἶναι· τὰ γὰρ βέλτιστα τεθέανται· διὸ εὖ ἔχει ἡ τοῦ Εὐριπίδου ἀπόκρισις πρὸς τοὺς Συρακουσίους· καὶ τῶν πάλαι γνωρίμων οἱ μηδὲν συνειδότες. 21 Αἰσχύνονται δ' οὐ μόνον αὐτὰ τὰ ῥηθέντα αἰσχυντηλὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ σημεῖα· οἷον, οὐ μόνον ἀφροδισιάζοντες, ἀλλὰ καὶ τὰ

peccaſſe, & peccatum non efferri foras. Libenter autem talia diſſeminant tum qui iniuriam acceperunt; nam obſervant ſemper; tum maledici; nam, ſiquidem nulla in re peccantes traducunt, multo magis eos, qui peccant. Et ii, quorum ſtudium eſt, aliena peccata inquirere; ut deriſores & comoediarum ſcriptores; nam hi quodammodo maledici ſunt, & ad aliena peccata divulganda propenſi. Eos (*quoque verentur*), a quibus nihil unquam fruſtra petierunt; videntur enim illis admirationi eſſe. Quo fit, ut etiam eos vereantur, qui tum primum a ſe aliquid petunt, ut apud quos integra adhuc ſit exiſtimatio ſua. Tales autem ſunt & qui recens amici nobis eſſe cupiunt; viderunt enim, quae in nobis ſunt optima; unde bene reſpondit Euripides Syracuſanis; & ex veteſtis familiaribus illi, qui nullius turpitudinis conſcii ſunt. 21 Pudorem vero commovent non modo ea ipſa, quae pudenda eſſe diximus, ſed etiam eorum ſigna; e. c. non tantum rebus venereis inhiantes verecundantur,

σημεῖα αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνον ποιοῦντες τὰ αἰσχρὰ, ἀλλὰ καὶ λέγοντες. 22 Ὁμοίως δὲ οὐδὲ τοὺς εἰρημένους αἰσχύνονται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς δηλώσοντας αὐτοῖς· οἷον, θεράποντας καὶ φίλους τούτων. 23 Ὅλως δ' οὐκ αἰσχύνονται, οὗ ὧν πολὺ καταφρονοῦσι τῆς δόξης τοῦ ἀληθεύειν· οὐδεὶς γὰρ παιδία καὶ θηρία αἰσχύνεται· οὔτε τὰ αὐτὰ τοὺς γνωρίμους καὶ τοὺς ἀγνῶτας· ἀλλὰ τοὺς μὲν γνωρίμους τὰ πρὸς ἀλήθειαν δοκοῦντα· τοὺς δὲ ἄποθεν τὰ πρὸς τὸν νόμον. 24 Αὐτοὶ δὲ ὧδε διακείμενοι αἰσχυνθεῖεν ἄν· πρῶτον μὲν, εἰ ὑπάρχοιεν πρὸς αὐτοὺς ἔχοντες οὕτω τινὲς, οἵους ἔφαμεν εἶναι, οὓς αἰσχύνονται. ἦσαν δὲ οὗτοι ἢ θαυμαζόμενοι, ἢ θαυμάζοντες, ἢ ὑφ' ὧν βούλονται θαυμάζεσθαι, ἢ ὧν δέονταί τινα χρείαν, ὧν μὴ τεύξονται ἄδοξοι ὄντες. καὶ οὗτοι ἢ ὁρῶντες· ὥσπερ Κυδίας περὶ τῆς Σάμου κληρ-

sed etiam eius rei signa pudorem incutiunt; neque tantum facientes turpia (*horum pudet*), sed & dicentes. 22 Similiter vero non tantum eorum nos pudet, quos diximus, sed & eorum, qui ipsis indicaturi sint; itaque servos & amicos eorum veremur. 23 Omnino autem neque eos veremur, quorum opinionem valde contemnimus; nemo enim puerulos aut bestias veretur; neque earundem rerum pudet apud familiares & apud ignotos; sed apud familiares quidem eorum, quae ad veritatem; apud externos vero eorum, quae ad opinionem spectant. 24 Ipsi autem ita affecti facile verecundantur; primum quidem, si qui sint ita erga eos affecti, ut eos esse diximus, quos verentur. Erant vero ii aut qui admirationi sunt, aut qui admirantur, aut quibus admirationi esse student, aut a quibus egent re aliqua, quam, si existimationem amiserint, non consequentur. Hique, si aut videant; quemadmodum Cydias

ουχίας ἐδημηγόρησεν· ἠξίου γὰρ, ὑπολαβεῖν τοὺς Ἀθηναίους, περιεστάναι κυκλῳ τοὺς Ἕλληνας, ὡς ὁρῶντας, καὶ μὴ μόνον ἀκουσομένους, ἃ ἂν ψηφίσωνται· ἢ ἂν πλησίον ὦσιν οἱ τοιοῦτοι, ἢ μέλλωσιν αἰσθήσεσθαι· διὸ καὶ ὁρᾶσθαι ἀτυχοῦντες ὑπὸ τῶν ζηλούντων ποτὲ οὐ βούλονται· θαυμασταὶ γὰρ οἱ ζηλωταί. 25 Καὶ ὅταν ἔχωσιν, ἃ καταισχυνοῦσιν, ἔργα καὶ πράγματα ἢ ἑαυτῶν, ἢ προγόνων, ἢ ἄλλων τινῶν, πρὸς οὓς ὑπάρχει τις αὐτοῖς ἀγχιστεία· καὶ ὅλως, ὑπὲρ ὧν αἰσχύνονται αὐτοί. εἰσὶ δ' οὗτοι οἱ εἰρημένοι, καὶ οἱ εἰς αὐτοὺς ἀναφερόμενοι, ὧν διδάσκαλοι ἢ σύμβουλοι γεγόνασι. 26 Καὶ ἐὰν ὦσιν ἕτεροι ὅμοιοι, πρὸς οὓς φιλοτιμοῦνται· πολλὰ γὰρ αἰσχυνόμενοι διὰ τοὺς τοιούτους καὶ ποιοῦσι, καὶ οὐ ποιοῦσι. 27 Καὶ μέλλοντες ὁρᾶσθαι, καὶ ἐν φανερῷ ἀναστρέφεσθαι τοῖς συνειδό-

in oratione de dividendo agro Samio dixit; petiit enim ab Athenienſibus, ut fingerent cinctos ſe omnium Graecorum corona, qui non tantum audituri eſſent, ſed viderent ea, quae illi ſuffragiis ſuis ſciſcerent; aut ſi tales prope ſint, ſenſurive ſint; quare etiam qui in malis ſunt, nolunt ſe ab iis conſpici, qui eos aliquando beatos eſſe ducebant; quos (*homines*) enim beatos iudicant, eos admirantur. 25 Et ſi habeant, quae pudorem incutiunt, res & actiones vel ſuas, vel maiorum, vel aliorum, quibuſcum aliqua eis intercedit neceſſitudo; omninoque eorum, pro quibus ipſi verecundantur. Tales ſunt ii, quos diximus, & ii, qui ad ipſos referuntur, eorum diſciplina aut conſiliis uſi. 26 Et ſi qui ſint eiuſdem ordinis, quibuſcum de honore contendant; multa enim & faciunt homines & non faciunt talium pudore commoti. 27 Magis etiam eos pudet, qui ſciunt, ſe viſum iri a conſciis contractae illius maculae, & in

σιν, αἰσχυντηλοὶ μᾶλλόν εἰσιν. ὅθεν καὶ Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς, μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους, ὡς ἦσαν διὰ τῶν πυλῶν· „τί ἐγκαλύπτεσθε, „ ἔφη, „ ἢ μὴ αὔριόν τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων; „ περὶ μὲν οὖν αἰσχύνης ταῦτα· περὶ δὲ ἀναισχυντίας, δῆλον, ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων εὐπορήσομεν.

ΚΕΦ. ζ'.

ΤΙΣΙ ΧΑΡΙΝ ΕΧΟΥΣΙ, ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΙΣΙΝ, Η ΠΩΣ ΑΥΤΟΙ ΕΧΟΝΤΕΣ.

Τίσι δὲ χάριν ἔχουσι, καὶ ἐπὶ τίσιν, ἢ πῶς αὐτοὶ ἔχοντες, ὁρισαμένοις τὴν χάριν δῆλον ἔσται. 2 Ἔστω δὴ χάρις, καθ' ἣν ὁ ἔχων λέγεται χάριν ὑπουργεῖν τῷ δεομένῳ μὴ ἀντὶ τινὸς, μηδ' ἵνα τι αὐτῷ τῷ ὑπουργοῦντι, ἀλλ' ἵνα ἐκείνῳ τι. μεγάλη δ', ἂν ἢ σφόδρα δεο-

illorum oculis fore. Unde & Antiphо poëta, cum Dionyſii iuſſu ad ſupplicium duceretur, videretque eos, quibus ſecum una moriendum erat, cum e portis exirent, caput ſibi obvolventes: *Quid*, inquit, *caput obnubitis? anne quis vos horum cras videat?* Haec igitur de verecundia dicta ſint; de inverecundia autem, conſtat, e contrariis magnam nobis enthymematum copiam fore.

CAP. VII.

Quibuſnam gratiam habeant homines, & quas ob res, & quomodo ipſi affecti.

Quibus autem gratiam habeant, & quas ob res, aut quomodo ipſi affecti, perſpicuum erit, ſi prius, quid gratia ſit, definierimus. 2 Sit igitur gratia, qua is, qui aliquid habet, dicitur gratificari indigenti, non, ut aliquid referat, neque ut ad gratificantem aliquid propterea perveniat, ſed eius tantum cauſa, cui gratificatur. Magna autem, ſi aut valde egentibus, aut ſi ma-

μένων, ἢ μεγάλων καὶ χαλεπῶν, ἢ ἐν καιροῖς τοιούτοις, ἢ μόνος, ἢ πρῶτος, ἢ μάλιστα. 3 Δεήσεις δέ εἰσιν αἱ ὀρέξεις, καὶ τούτων μάλιστα αἱ μετὰ λύπης τοῦ μὴ γιγνομένου· τοιαῦται δὲ αἱ ἐπιθυμίαι· οἷον ὁ ἔρως. καὶ ἐν ταῖς τοῦ σώματος κακώσεσι, καὶ ἐν κινδύνοις· καὶ γὰρ ὁ κινδυνεύων ἐπιθυμεῖ, καὶ ὁ λυπούμενος. διὸ οἱ ἐν πενίᾳ παριστάμενοι καὶ φυγαῖς, κἂν μικρὰ ὑπηρετήσωσι, διὰ τὸ μέγεθος τῆς δεήσεως, καὶ τὸν καιρὸν κεχαρισμένοι· οἷον, ὁ ἐν Λυκείῳ τὸν φορμὸν δούς. 4 Ἀνάγκη οὖν, μάλιστα μὲν εἰς τοιαῦτα ἔχειν τὴν ὑπουργίαν· εἰ δὲ μή, εἰς ἴσα, ἢ μείζω. ὥστ' ἐπεὶ φανερὸν, καὶ ὅτε, καὶ ἐφ' οἷς γίγνεται χάρις, καὶ πῶς ἔχουσι, δῆλον, ὅτι ἐκ τούτων παρασκευαστέον τοὺς μὲν δεικνύντας ἢ ὄντας, ἢ γεγενημένους ἐν τοιαύτῃ λύπῃ

gna & difficilia tribuantur, aut in eiuſmodi temporibus, aut ſi ſolus, aut primus, aut maxime (*aliquis tribuerit*). 3 Egere autem dicuntur homines iis, quae appetunt, maximeque ſi iis carere ſine dolore non poſſunt; tales vero ſunt cupiditates; ut amor. Et qui male affecto ſunt corpore, & qui in periculis verſantur; nam & periclitans, & cui aegre eſt, concupiſcunt. Quocirca & qui in paupertate fugave ſubveniunt, etiamſi parva quaedam ac minuta ſuppeditaverint, propter magnitudinem indigentiae, & propter tempus ipſum magnam gratiam ineunt; velut is, qui in Lyceo ſtoream dedit. 4 Neceſſe igitur eſt, maxime in talibus ſubvenire (*iis, quos devincire volumus*); ſin id non liceat, in aequalibus, aut maioribus. Itaque cum pateat, & quando, & quibus in rebus, & quomodo affectis hominibus, tribuendo beneficio concilietur gratia, perſpicuum eſt, ex his ſumenda eſſe argumenta, quibus oſtendamus, hos quidem aut eſſe, aut fuiſſe in tali moleſtia & indigentia; illos vo-

καὶ δεήσει· τοὺς δὲ ὑπηρετῆσαι ἐν τοιαύτῃ χρείᾳ τοιοῦτόν τι ὑπηρετοῦντας. 5 Φανερὸν δὲ καὶ, ὅθεν ἀφαιρεῖσθαι ἐνδέχεται τὴν χάριν, καὶ ποιεῖν ἀχαρίστους· ἢ γὰρ, ὅτι αὐτῶν ἕνεκα ὑπηρετοῦσιν, ἢ ὑπηρέτησαν· τοῦτο δὲ οὐκ ἦν χάρις· ἢ ὅτι ἀπὸ τύχης συνέπεσεν, ἢ ἠναγκάσθησαν· ἢ ὅτι ἀπέδωκαν, ἀλλ' οὐκ ἔδωκαν, εἴ τε εἰδότες, εἴ τε μή· ἀμφοτέρως γάρ τι ἀντὶ τινός· ὥστε οὐδὲ οὕτως ἂν εἴη χάρις. 6 Καὶ περὶ ἁπάσας τὰς κατηγορίας σκεπτέον· ἡ γὰρ χάρις ἐστὶν, ἢ ὅτι τοδὶ, ἢ τοσονδὶ, ἢ τοιονδὶ, ἢ ποτὲ, ἢ ποῦ. σημεῖον δὲ, εἰ ἔλαττον μὴ ὑπηρέτησαν· καὶ εἰ τοῖς ἐχθροῖς ἢ ταὐτὰ, ἢ ἴσα, ἢ μείζω· δῆλον γὰρ, ὅτι οὐδὲ ταῦτα ἡμῶν ἕνεκα. ἢ εἰ φαῦλα εἰδώς· οὐδεὶς γὰρ ὁμολογεῖ, δεῖσθαι φαύλων. καὶ περὶ μὲν τοῦ χαρίζεσθαι καὶ ἀχαριστεῖν εἴρηται.

ro in tali neceſſitate ſuppeditaſſe tale aliquid. 5 Manifeſtum autem etiam eſt, unde ſumenda ſint, quibus removeri poſſit gratia, & effici, ut nulla gratia deberi videatur; aut enim (*dicendum eſt*), ſuum commodum illos in tribuendo beneficio ſequi, ſecutoſve eſſe; hoc autem beneficium non erat; aut caſu feciſſe; aut coactos; aut reddidiſſe, non dediſſe, ſive ſcientes, ſive neſcientes; utroque enim modo aliquid pro aliquo redditur; ut ne ſic quidem gratia ulla debeatur. 6 Ac conſiderandae ſunt omnes categoriae; ſpectatur enim beneficium, aut re ipſa, aut magnitudine, aut qualitate, aut tempore, aut loco. Signum vero eſt, ſi minus aliquid nobis tribuere noluerunt; & ſi inimicis ſuis aut eadem, aut paria, aut maiora (*tribuerunt*); conſtat enim, ne illa quidem tribuiſſe, quod nobis bene cuperent. Aut ſi quis ea tribuit, quae vilia eſſe novit; nemo enim vilibus egere ſe confitetur. Quibus igitur rationibus gratia conciliari aut detrahi poſſit, dictum eſt.

ΚΕΦ. η'.

ΠΕΡΙ ΕΛΕΟΥΣ.

Ποῖα δὲ ἐλεεινὰ, καὶ τίνας ἐλεοῦσιν, καὶ πῶς αὐτοὶ ἔχοντες, λέγωμεν. 2 Ἔστω δὴ ἔλεος λύπη τις ἐπὶ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ καὶ λυπηρῷ τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν, ὃ καὶ αὐτὸς προσδοκήσειεν ἂν παθεῖν, ἢ τῶν αὐτοῦ τινα· καὶ τοῦτο, ὅταν πλησίον φαίνηται· δῆλον γὰρ, ὅτι ἀνάγκη, τὸν μέλλοντα ἐλεήσειν ὑπάρχειν τοιοῦτον, οἷον οἰήσεσθαι παθεῖν ἄν τι κακὸν ἢ αὐτὸν, ἢ τῶν αὐτοῦ τινα, καὶ τοιοῦτον κακὸν, οἷον εἴρηται ἐν τῷ ὅρῳ, ἢ ὅμοιον, ἢ παραπλήσιον. 3 Διὸ οὔτε οἱ παντελῶς ἀπολωλότες ἐλεοῦσιν· οὐδὲν γὰρ ἂν ἔτι παθεῖν οἴονται· πεπόνθασι γάρ· οὔτε οἱ ὑπερευδαιμονεῖν οἰόμενοι, ἀλλ' ὑβρίζουσιν· εἰ γὰρ ἅπαντα οἴονται ὑπάρ-

CAP. VIII.

De misericordia.

Quae autem sint miserabilia, & quorum misericordia commoveri, & quomodo ipsi affecti homines soleant, nunc dicamus. 2 Sit igitur misericordia aegritudo quaedam exorta ex eo, quod malum esse videatur interimendi & molestiam afferendi vim habens ei, qui tali sorte non dignus sit, quodque tale est, ut id nobis quoque, aut alicui nostrorum, evenire quoque posse arbitremur; idque, si eiusmodi malum propinquum esse videatur; constat enim necessario requiri, ut is, qui alium miseraturus est, talis sit, ut putet, aut sibi, aut suorum alicui evenire posse aliquid mali, idque tale, quale in definitione dictum est, aut simile, aut propinquum. 3 Quare neque ii, qui funditus se periisse putant, miserantur; nihil enim amplius sibi putant accidere posse, ut qui omnia iam perpessi sint; neque qui sibi supra modum beati esse videntur, immo vero contumelioſi sunt; nam si bona omnia sibi adesse putant, illud quo-

χειν τἀγαθὰ, δῆλον, ὅτι καὶ τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι παθεῖν τι κακὸν· καὶ γὰρ τοῦτο τῶν ἀγαθῶν. 4 Εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι, οἷοι νομίζειν παθεῖν ἄν· οἵ τε πεπονθότες ἤδη, καὶ διαπεφευγότες· καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ διὰ τὸ φρονεῖν, καὶ δι' ἐμπειρίαν. καὶ οἱ ἀσθενεῖς. καὶ οἱ δειλότεροι μᾶλλον. καὶ οἱ πεπαιδευμένοι· εὐλόγιστοι γάρ. 5 Καὶ οἷς ὑπάρχουσι γονεῖς, ἢ τέκνα, ἢ γυναῖκες· αὐτοῦ τε γὰρ ταῦτα, καὶ οἷα παθεῖν, τὰ εἰρημένα. 6 Καὶ μήτε ἐν ἀνδρείας πάθει ὄντες· οἷον ἐν ὀργῇ, ἢ θάρρει· ἀλόγιστα γὰρ τοῦ ἐσομένου ταῦτα· μήτ' ἐν ὑβριστικῇ διαθέσει· καὶ γὰρ οὗτοι ἀλόγιστοι τοῦ πείσεσθαί τι· ἀλλ' οἱ μεταξὺ τούτων· μήτ' αὖ φοβούμενοι σφόδρα· οὐ γὰρ ἐλεοῦσιν οἱ ἐκπεπληγμένοι διὰ τὸ εἶναι πρὸς τῷ οἰκείῳ πάθει. 7 Κἂν οἴωνται, τινὰς εἶναι ἐπιεικεῖς· ὁ γὰρ μηδένα οἰόμενος, πάντας οἰήσεται

que neceſſe eſt ſibi adeſſe exiſtiment, ut ne in ullum malum incidere poſſint; eſt enim hoc quoque in bonis. 4 Sunt autem tales, ut poſſe ſibi evenire aliquid putent, tum ii, qui iam in malum aliquod inciderunt, ex eoque evaſerunt; tum ſenes & propter prudentiam, & propter experientiam. Et imbecilli. Et timidiores magis. Et eruditi; bene enim ſecum rationes reputant. 5 Et quibus ſunt parentes, aut liberi, aut uxores; nam & eos in ſuis quiſque ducit, & obnoxii ſunt eiuſmodi caſibus. 6 Et qui non ſunt in motu animi ad iuvandam fortitudinem apto; ut in ira, aut confidentia; iſti enim, quid futurum ſit, non cogitant; neque ii, quos ſecundae res contumelioſos fecere; nam nec hi quidem putant, ſibi quidquam accidere poſſe; ſed qui inter hos medii ſunt; neque rurſus qui valde metuunt; non enim perterrefacti miſerantur alios, ſed ipſi de ſe cogitant. 7 Et ſi viros bonos eſſe aliquos putent; nam qui de

ἀξίους εἶναι κακοῦ. ὅλως δή, ὅταν ἔχῃ οὕτως, ὥστ' ἀναμνησθῆναι τοιαῦτα συμβεβηκότα ἢ αὐτῷ, ἢ τῶν αὐτοῦ· ἢ ἐλπίσαι γενέσθαι ἢ αὐτῷ, ἢ τῶν αὐτοῦ. ὡς μὲν οὖν ἔχοντες ἐλεοῦσιν, εἴρηται. 8 Ἃ δὲ ἐλεοῦσιν, ἐκ τοῦ ὁρισμοῦ δῆλον. ὅσα τε γὰρ τῶν λυπηρῶν καὶ ὀδυνηρῶν φθαρτικά, πάντα ἐλεεινά· καὶ ὅσα ἀναιρετικά· καὶ ὅσων ἡ τύχη αἰτία κακῶν μέγεθος ἐχόντων. 9 Ἔστι δὲ ὀδυνηρὰ μὲν καὶ φθαρτικὰ θάνατοι καὶ αἰκίαι, καὶ σωμάτων κακώσεις, καὶ γῆρας, καὶ νόσοι, καὶ τροφῆς ἔνδεια. 10 Ὧν δὲ ἡ τύχη αἰτία κακῶν, ἀφιλία, ὀλιγοφιλία· διὸ καὶ τὸ διεσπᾶσθαι ἀπὸ τῶν φίλων καὶ συνήθων ἐλεεινόν· αἶσχος, ἀσθένεια, ἀναπηρία· καὶ τὸ, ὅθεν προσῆκεν ἀγαθόν τι πρᾶξαι, κακόν τι συμβῆναι· καὶ τὸ πολλάκις τοιοῦτο. 11 Καὶ

nemine bene sentit, omnes malo dignos esse arbitrabitur. Omnino autem, cum ita affectus aliquis est, ut aut sibi aut suis talia vel iam eveniisse meminerit, vel ne eveniant timeat. Quomodo igitur affecti miserantur, dictum est. 8 Quae autem res misericordiam concitent, ex definitione perspicuum est. Nam quaecunque molestiam ac dolorem inurunt, ea omnia miserabilia sunt; & quaecunque interimendi vim habent; & quorum malorum causa fortuna est, quae quidem alicuius ponderis sunt. 9 Dolorem autem afferunt & interimendi vim habent mortes & verbera, & corporum vexationes, & senectus, & morbi, & cibi penuria. 10 Mala vero, quorum fortuna est causa, sunt solitudo ab amicis, amicorum paucitas; itaque etiam divelli ab amicis & familiaribus miserabile est; & deformitas, imbecillitas, debilitatio; & si, unde boni quid exspectari par erat, inde malum aliquod proveniat; & si saepe tale quid contingat. 11 Et si boni quid tum demum evenit, cum

τὸ πεπονθότος γενέσθαί τι ἀγαθόν· οἷον, Διοπείθει τὰ παρὰ βασιλέως τεθνεῶτι κατεπέμφθη. καὶ τὸ ἢ μηδὲν γεγενῆσθαι ἀγαθὸν, ἢ γενομένων μὴ εἶναι ἀπόλαυσιν. ἐφ' οἷς μὲν οὖν ἐλεοῦσι, ταῦτα καὶ τοιαῦτά ἐστιν. 12 Ἐλεοῦσι δὲ τούς τε γνωρίμους, ἐὰν μὴ σφόδρα ἐγγὺς ὦσιν οἰκειότητι· περὶ δὲ τούτους, ὥσπερ περὶ αὐτοὺς μέλλοντας, ἔχουσι. διὸ καὶ Ἄμασις ἐπὶ μὲν τῷ υἱεῖ ἀγομένῳ ἐπὶ τὸ ἀποθανεῖν οὐκ ἐδάκρυσεν, ὡς φασιν, ἐπὶ δὲ τῷ Φίλῳ προσαιτοῦντι· τοῦτο μὲν γὰρ ἐλεεινόν· ἐκεῖνο δὲ δεινόν. τὸ γὰρ δεινὸν ἕτερον τοῦ ἐλεεινοῦ, καὶ ἐκκρουστικὸν τοῦ ἐλέου, καὶ πολλάκις τῷ ἐναντίῳ χρήσιμον. 13 Ἔτι ἐλεοῦσιν ἐγγὺς αὐτοῦ τοῦ δεινοῦ ὄντος. καὶ τοὺς ὁμοίους ἐλεοῦσι κατὰ ἡλικίαν, κατὰ ἦθη, κατὰ ἕξεις, κατὰ ἀξιώματα, κατὰ γένη· ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις μᾶλλον φαίνεται, καὶ αὐτῷ ἂν

is, cui evenit, perpeſſus eſt, quidquid perpeti poterat; ut, Diopithi regia munera iam mortuo miſſa ſunt. Et ſi boni aut nihil evenerit, aut tum demum evenerit, cum fructus iam nullus ex eo percipi poteſt. Quae igitur miſerationem commovent, haec & talia ſunt. 12 Miſerantur autem & familiares, niſi arcto admodum neceſſitudinis vinculo coniuncti ſint; nam erga hos ita affecti ſunt, ut erga ſe ipſos. Quare etiam Amaſis filium quidem ad ſupplicium duci videns non illacrimavit, ut aiunt, ſed cum amicum mendicantem videret; nam hoc quidem miſerabile erat, illud vero atrox. Differt enim Atrox a Miſerabili, immo vero atrocitas miſericordiam exturbat, & ſaepe in contrarium utiliter adhibetur. 13 Miſerantur praeterea, cum id, quod atrox eſt, appropinquat. Et miſerantur ſimiles ſui aetate, moribus, habitibus, dignitate, genere; nam haec omnia efficere poſſunt, ut magis putet quiſque, ſibi idem evenire poſ-

ὑπάρξαι. ὅλως γὰρ καὶ ἐνταῦθα δεῖ λαβεῖν, ὅτι, ὅσα ἐφ' αὑτῶν φοβοῦνται, ταῦτα ἐπ' ἄλλων γιγνόμενα ἐλεοῦσιν. 14 Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς φαινόμενα τὰ πάθη ἐλεεινά εἰσι, τὰ δὲ μυριοστὸν ἔτος γενόμενα ἢ ἐσόμενα οὔτ' ἐλπίζοντες οὔτε μεμνημένοι ἢ ὅλως οὐκ ἐλεοῦσιν, ἢ οὐχ ὁμοίως· ἀνάγκη, τοὺς συναπεργαζομένους σχήμασι, καὶ φωναῖς, καὶ ἐσθῆτι, καὶ ὅλως τῇ ὑποκρίσει, ἐλεεινοτέρους εἶναι. ἐγγὺς γὰρ ποιοῦσι φαίνεσθαι τὸ κακὸν πρὸ ὀμμάτων ποιοῦντες, ἢ ὡς μέλλον, ἢ ὡς γεγονός. 15 Καὶ τὰ γεγονότα ἄρτι, ἢ μέλλοντα διὰ ταχέων, ἐλεεινότερα διὰ τὸ αὐτό. 16 Καὶ τὰ σημεῖα, καὶ τὰς πράξεις· οἷον, ἐσθῆτάς τε τῶν πεπονθότων, καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ λόγους τῶν ἐν τῷ πάθει ὄντων, οἷον ἤδη τελευτώντων. καὶ μάλιστα τὸ σπουδαίους εἶ-

se. Nam omnino hic quoque tenendum eſt, quaecunque homines in ſemetipſis metuunt, ea, cum aliis eveniunt, miſericordiam commovere. 14 Quoniam autem mala ita demum miſerationem commovent, ſi prope eſſe videantur, quae autem abhinc decem millibus annorum fuerunt, futurave ſunt, neque exſpectantes, neque memoria repetentes miſerantur, aut omnino, aut non adaeque; neceſſe eſt, eos, qui ad miſericordiam commovendam conformati ſunt, & geſtu corporis, & voce, & veſte, & omnino actione miſerabiliores eſſe. Nam (*haec adhibentes*) efficiunt, ut res propinqua videatur, conſtituentes malum ante oculos, aut ut futurum, aut ut praeteritum. 15 Et quae nuper fuere, aut brevi futura ſunt, propter eam ipſam cauſam miſerabiliora ſunt. 16 Et indicia, & actiones; ut, veſtes eorum, qui grave aliquid pertulerunt, & quae huiuſmodi ſunt. Et ſermones ab iis habiti in ipſa calamitate, ut iam morientium. Et ma-

ναι ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ὄντας ἐλεεινόν. ἅπαντα γὰρ ταῦτα διὰ τὸ ἐγγὺς φαίνεσθαι μᾶλλον ποιεῖ τὸν ἔλεον· καὶ ὡς ἀναξίου τε ὄντος, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς φαινομένου τοῦ πάθους.

ΚΕΦ. Θ'.

ΠΕΡΙ ΝΕΜΕΣΕΩΣ.

Ἀντίκειται δὲ τῷ ἐλεεῖν μάλιστα μὲν, ὃ καλοῦσι νεμεσᾶν· τῷ γὰρ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις κακοπραγίαις ἀντικείμενόν ἐστι τρόπον τινὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἤθους τὸ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις εὐπραγίαις· καὶ ἄμφω τὰ πάθη ἤθους χρηστοῦ. 2 Δεῖ γὰρ ἐπὶ μὲν τοῖς ἀναξίως πράττουσι κακῶς συνάχθεσθαι καὶ ἐλεεῖν· τοῖς δ' εὖ νεμεσᾶν· ἄδικον γὰρ τὸ παρὰ τὴν ἀξίαν γιγνόμενον· διὸ καὶ τοῖς θεοῖς ἀποδίδομεν τὸ νε-

xime ſi in eiuſmodi temporibus ſtrenuos viros ſe eſſe oſtenderint. Omnia enim haec, quia vicina videntur, efficaciora ſunt ad miſericordiam commovendam; tum quod is, cui talia obtigere, tali ſorte indignus ſit, tum quod ante oculos res ipſa ponatur.

CAP. IX.

De indignatione.

Miſericordiae autem maxime adverſatur is animi motus, qui indignatio dicitur; pugnant enim haec quodammodo, cum tamen ab iiſdem moribus proficiſcantur, dolere adverſis rebus alicuius, quod eis non dignus ſit, & proſperis, quod eis item indignus ſit; uterque vero horum animi motuum hominis eſt bonis moribus praediti. 2 Nam & quibus res immerentibus male ſuccedunt, cum his una dolere, eoſque miſerari, & quibus bene praeter ipſorum dignitatem, eis indignari oportet; iniuſtum enim eſt, quidquid ſit praeter dignitatem; quare Diis quoque ipſis indignationem tribuimus. 3 Videri

μεσᾶν. 3 Δόξειε δ' ἂν καὶ ὁ φθόνος τῷ ἐλεεῖν τὸν αὐτὸν ἀντικεῖσθαι τρόπον, ὡς συνεγγὺς ὂν καὶ ταὐτὸν τῷ νεμεσᾶν· ἔστι δὲ ἕτερον. λύπη γὰρ ταραχώδης καὶ ὁ φθόνος ἐστὶ, καὶ εἰς εὐπραγίαν, ἀλλ' οὐ τοῦ ἀναξίου, ἀλλὰ τοῦ ἴσου καὶ ὁμοίου. τὸ δὲ, μὴ ὅτι αὐτῷ τι συμβήσεται ἕτερον, ἀλλὰ δι' αὐτὸν τὸν πλησίον, ἅπασιν ὁμοίως δεῖ ὑπάρχειν. οὐ γὰρ ἔτι ἔσται τὸ μὲν φθόνος· τὸ δὲ νέμεσις· ἀλλὰ φόβος, ἂν διὰ τοῦτο ὑπάρχῃ ἡ λύπη, καὶ ἡ ταραχὴ, ὅτι αὐτῷ τι ἔσται φαῦλον ἀπὸ τῆς ἐκείνου εὐπραξίας. 4 Φανερὸν δὲ, ὅτι ἀκολουθήσει καὶ τὰ ἐναντία πάθη τούτοις. ὁ μὲν γὰρ λυπούμενος ἐπὶ τοῖς ἀναξίοις κακοπραγοῦσιν ἡσθήσεται, ἡ ἄλυπος ἔσται ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις κακοπραγοῦσιν. οἷον, τοὺς πατραλοίας καὶ μιαιφόνους, ὅταν τύχωσι τιμωρίας, οὐ-

autem possit & invidentia miserationi eodem modo opponi, tanquam vicina, & eadem cum indignatione; sed tamen alia est. Nam invidentia quoque aegritudo quaedam est animum perturbans ob res alterius secundas, non tamen eius, qui eis non dignus sit, sed qui aequalis ac similis sit. Hoc autem & in eis, qui indignantur, & in eis, qui invident, peraeque inesse oportet, ut ne doleant causa sua, neque quod sibi aliquid aliud eventurum putent, sed eius tantum ipsius causa, qui prospera fortuna utitur. Non enim amplius hoc erit invidentia; illud vero indignatio; sed metus, si eo angatur quis & perturbetur animo, quod ex aliena prosperitate mali sibi aliquid eventurum sit. 4 Constat autem fore, ut ex his affectibus alii etiam affectus inter se contrarii consequantur. Nam qui ex bonorum virorum calamitatibus dolorem capit, idem si malis male esse viderit, aut gaudebit, aut certe nullam ex ea re molestiam sentiet. Velut, nemo vir bonus parricidae aut si-

δεὶς ἂν λυπηθείη χρηστός· δεῖ γὰρ χαίρειν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις· ὡς δ' αὕτως καὶ ἐπὶ τοῖς εὖ πράττουσι κατ' ἀξίαν· ἄμφω γὰρ δίκαια, καὶ ποιεῖ χαίρειν τὸν ἐπιεικῆ· ἀνάγκη γὰρ ἐλπίζειν, ὑπάρξαι ἂν, ἅπερ τῷ ὁμοίῳ, καὶ αὐτῷ. 5 Καὶ ἔστι τοῦ αὐτοῦ ἤθους ἅπαντα ταῦτα· τὰ δὲ ἐναντία τοῦ ἐναντίου. ὁ γὰρ αὐτός ἐστιν ἐπιχαιρέκακος καὶ Φθονερός· ἐφ' ᾧ γάρ τις λυπεῖται γιγνομένῳ, καὶ ὑπάρχοντι, ἀναγκαῖον, τοῦτον ἐπὶ τῇ στερήσει, καὶ τῇ Φθορᾷ τῇ τούτου χαίρειν. διὸ κωλυτικὰ μὲν ἐλέους πάντα ταῦτ' ἐστί· διαΦέρει δὲ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας· ὥστε πρὸς τὸ μὴ ἐλεεινὰ ποιεῖν ἅπαντα ὁμοίως χρήσιμα. 6 Πρῶτον μὲν οὖν περὶ τοῦ νεμεσᾶν λέγωμεν, τίσι τε νεμεσῶσι, καὶ ἐπὶ τίσι, καὶ πῶς ἔχοντες αὐτοί· εἶτα μετὰ ταῦτα περὶ τῶν ἄλλων. 7 Φανερὸν δ' ἐκ τῶν εἰρημένων· εἰ γάρ ἔστι τὸ νεμεσᾶν

carii ſupplicio miſericordia commovetur; gaudendum enim potius eſt, cum tale aliquid evenit; ut & cum proſpera fortuna utuntur, qui ea digni ſunt; nam utraque iuſta ſunt, & viro bono gaudium afferunt; neceſſario enim, quae videt evenire ſui ſimili, ea ſperat etiam eventura ſibi. 5 Eorundemque morum haec omnia ſunt; contraria autem contrariorum. Nam qui alienis malis laetatur, idem eſt etiam invidus. Et quae cuique res, cum fit, cumque eſt, moleſtiam affert, idem eius rei abſceſſu atque interitu gaudeat neceſſe eſt. Quare haec quidem omnia apta ſunt ad impediendam miſericordiam; differunt autem inter ſe ob eas, quas diximus, cauſas; itaque ſunt omnia ſimiliter utilia ad efficiendum, ne res miſerabiles eſſe videantur. 6 Primum igitur de indignatione dicamus, tum quibus indignentur, tum quas ob res, tum quomodo ipſi affecti; deinde cetera perſequemur. 7 Patet autem hoc ex dictis; ſi enim Indignari

λυπεῖσθαι ἐπὶ τῷ φαινομένῳ ἀναξίως εὐπραγεῖν, πρῶτον μὲν δῆλον, ὅτι οὐχ οἷον τ' ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς νεμεσᾶν. 8 Οὐδεὶς γὰρ, εἰ δίκαιος, ἢ ἀνδρεῖος, ἢ εἰ ἀρετὴν λήψεται, νεμεσήσει τούτῳ· οὐδὲ γὰρ οἱ ἔλεοι ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις τούτων εἰσίν· ἀλλ' ἐπὶ πλούτῳ, καὶ δυνάμει, καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅσων, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἄξιοί εἰσιν οἱ ἀγαθοὶ, καὶ οἱ τὰ φύσει ἔχοντες ἀγαθά· οἷον, εὐγένειαν, καὶ κάλλος, καὶ ὅσα τοιαῦτα. 9 Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐγγύς τι φαίνεται τοῦ φύσει, ἀνάγκη, τοῖς τὸ αὐτὸ ἔχουσιν ἀγαθὸν, ἐὰν νεωστὶ ἔχοντες τυγχάνωσι, καὶ διὰ τοῦτο εὐπραγῶσι, μᾶλλον νεμεσᾶν. μᾶλλον γὰρ λυποῦσιν οἱ νεωστὶ πλουτοῦντες τῶν πάλαι καὶ διὰ γένους. ὁμοίως δὲ καὶ ἄρχοντες, καὶ δυνάμενοι, καὶ πολύφιλοι, καὶ εὐτεκνοι, καὶ ὁτιοῦν τῶν

est aegre ferre, quod alicui res suae prospere cedant praeter ipsius dignitatem, primum quidem apparet, non omnia cuiusque generis bona indignationem concitare. 8 Non enim, si quis iustus aut fortis evadat, aut virtutem denique aliquam consequatur, propterea ei quisquam indignabitur; neque enim contrariis rebus misericordia commovetur; sed si opes, & potentiam, & talia, quibus, ut universe loquar, digni sunt viri boni, & ii, qui habent ea, quae naturâ bona sunt; ut, nobilitatem, pulchritudinem, & huius generis alia. 9 Quoniam autem id, quod antiquum est, prope naturale videtur esse, necesse est, si plures idem bonum habeant, maiorem in eos indignationem concitari, qui id nuper consecuti sint, atque ob id bene ac feliciter vivant. Maiorem enim dolorem inurunt ii, qui nuper ad divitias pervenerunt, quam ii, quibus illae veteres sunt & hereditariae. Similiter vero etiam ii, qui ad imperia, ad potentiam, ad copiam amicorum, liberorum, & quae-

τοιούτων, κἂν διὰ ταῦτα ἄλλο τι ἀγαθὸν γίγνηται αὐτοῖς, ὠσαύτως. καὶ γὰρ ἐνταῦθα μᾶλλον λυποῦσιν οἱ νεόπλουτοι ἄρχοντες διὰ τὸν πλοῦτον, ἢ οἱ ἀρχαιόπλουτοι. 10 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. αἴτιον δ', ὅτι οἱ μὲν δοκοῦσι τὰ αὑτῶν ἔχειν, οἱ δ' οὔ· τὸ γὰρ ἀεὶ οὕτω φαινόμενον ἔχειν ἀληθὲς δοκεῖ· ὥστε οἱ ἕτεροι οὐ τὰ αὑτῶν ἔχειν. 11 Καὶ ἐπεὶ ἕκαστον τῶν ἀγαθῶν οὐ τοῦ τυχόντος ἄξιον, ἀλλά τίς ἐστιν ἀναλογία, καὶ τὸ ἁρμόττον· οἷον, ὅπλων κάλλος οὐ τῷ δικαίῳ ἁρμόττει, ἀλλὰ τῷ ἀνδρείῳ· καὶ γάμοι διαφέροντες οὐ τοῖς νεωστὶ πλουτοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς εὐγενέσιν· ἐὰν οὖν ἀγαθὸς ὢν μὴ τοῦ ἁρμόττοντος τυγχάνῃ, νεμεσητὸν, καὶ τὸν ἧττω τῷ κρείττονι ἀμφισβητεῖν· μάλιστα μὲν οὖν τοὺς ἐν τῷ αὐτῷ· ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται,

cunque alia ſunt eiuſdem generis, pervenerunt, itidemque, ſi horum ope aliud quid bonum nanciſcantur. Nam & hic maiorem moleſtiam afferunt, qui repente divites facti ſunt, ſi propter opes magiſtratum aliquem ceperint, quam ii, quibus vetuſtae ſunt divitiae. 10 Eadem etiam eſt in ceteris ratio. Cauſa autem eſt, quoniam hi quidem videntur ſua & propria habere, illi autem non ſua; quod enim ſemper videtur ita ſe habere, verum videtur; quo fit, ut alii videantur habere non ſua. 11 Et quoniam non cuilibet bonum quodlibet convenit, ſed eſt quaedam analogia, & aliud alii convenit; velut, pulchra arma non iuſto conveniunt, ſed forti; & matrimonia praeſtantia non iis, qui nuper divites eſſe coeperunt, ſed nobilibus; evenit, ut interdum, etſi vir bonus conſequatur aliquid boni, quia tamen id bonum ipſi non convenit, commoveatur indignatio, & ſi inferior cum ſuperiori contendat, maxime quidem ea ipſa in re, in qua inferior eſt; unde & illud dictum eſt,

Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην Τελαμωνιάδαο·

Ζεὺς γάρ οἱ νεμέσασχ', ὅτ' ἀμείνονι Φωτὶ μάχοιτο·

εἰ δὲ μή, κἂν ὁπωσοῦν ὁ ἥττων τῷ κρείττονι· οἷον, εἰ ὁ μουσικὸς τῷ δικαίῳ· βελτίων γὰρ ἡ δικαιοσύνη τῆς μουσικῆς. οἷς μὲν οὖν νεμεσῶσι, καὶ δι' ἃ, ἐκ τούτων δῆλον· ταῦτα γάρ, καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν. 12 Αὐτοὶ δὲ νεμεσητικοί εἰσιν, ἐὰν ἄξιοι τυγχάνωσιν ὄντες τῶν μεγίστων ἀγαθῶν, καὶ ταῦτα κεκτημένοι· τὸ γὰρ τῶν ὁμοίων ἠξιῶσθαι τοὺς μὴ ὁμοίους, οὐ δίκαιον. 13 Δεύτερον δ', ἂν ὄντες ἀγαθοὶ καὶ σπουδαῖοι τυγχάνωσι· κρίνουσί τε γὰρ εὖ, καὶ τὰ ἄδικα μισοῦσι. 14 Καὶ ἐὰν φιλότιμοι, καὶ ὀρεγόμενοί τινων πράξεων, καὶ μάλιστα περὶ ταῦτα φιλότιμοι ὦσιν, ὧν ἕτεροι ἀνάξιοι ὄντες τυγχάνουσι. 15 Καὶ ὅλως οἱ ἀξιοῦντες αὐτοὶ αὑτοὺς, ὧν ἑτέρους μὴ ἀξιοῦσι, νεμεσητικοὶ τού-

Aiacis autem declinabat pugnam Telamoniadae;
Iuppiter enim ei indignabatur, si quando fortiori viro contenderet;

sin minus, etiam quacunque in re inferior cum superiore contendat; ut, si musicus cum viro iusto; praestat enim iustitia musicae. Quibus igitur, & propter quae indignentur, ex his perspicuum est; sunt enim haec, & talia. 12 Propensi autem sunt ad indignationem, qui & maximis bonis digni, & ea consecuti sunt; neque enim iustum est, similem esse eorum, qui similes non sunt, dignitatem. 13 Secundo autem loco, qui, cum boni gravesque viri sint, ea non consequuntur; nam & recte iudicant, & oderunt ea, quae iniusta sunt. 14 Et si honoris cupidi, ac talium actionum appetentes; praecipue si iis in rebus gloriae cupidi sunt, quas alii, cum indigni sint, consequuntur. 15 Omninoque qui dignos esse se existimant iis, quibus indignos alios esse ducunt, his

τοις, καὶ τούτων. διὸ καὶ οἱ ἀνδραποδώδεις καὶ φαῦλοι καὶ ἀφιλότιμοι οὐ νεμεσητικοί· οὐδὲν γάρ ἐστι τοιοῦτον, οὗ αὐτοὺς οἴονται ἀξίους εἶναι. 16 Φανερὸν δ' ἐκ τούτων, ἐπὶ ποίοις ἀτυχοῦσι, καὶ κακοπραγοῦσιν, ἢ μὴ τυγχάνουσι, χαίρειν, ἢ ἀλύπως ἔχειν δεῖ· ἐκ γὰρ τῶν εἰρημένων τὰ ἀντικείμενα δῆλά ἐστιν. ὥστε ἂν τούς τε κριτὰς τοιούτους παρασκευάσῃ ὁ λόγος, καὶ τοὺς ἀξιοῦντας ἐλεεῖσθαι, καὶ ἐφ' οἷς ἐλεεῖσθαι, δείξῃ ἀναξίους μὲν ὄντας τυγχάνειν, ἀξίους δὲ μὴ τυγχάνειν, ἀδύνατον ἐλεεῖν.

ΚΕΦ. ι'.

ΠΕΡΙ ΦΘΟΝΟΥ.

Δῆλον δὲ, καὶ ἐπὶ τίσι φθονοῦσι, καὶ τίσι, καὶ πῶς ἔχοντες, εἴπερ ἐστὶν ὁ φθόνος λύπη τις ἐπὶ εὐ-

& ob illa facile indignantur. Quare etiam homines ſerviles, nebulones, nec honoris ſtudioſi, non ſunt propenſi ad indignationem; nihil enim tale eſt, quo ſe ipſi dignos exiſtiment. 16 Conſtat autem ex iis, cuiuſmodi ſint homines, quibus adverſa fortuna utentibus, aut male rem gerentibus, aut ab eo, quod cupiunt, excidentibus, gaudere, aut certe nullam exinde moleſtiam capere oportet; ex iis enim, quae diximus, etiam contraria intelliguntur. Itaque ſi dicentis oratio iudices quidem tales effecerit, conantes autem miſericordiam ſui commovere iis ipſis in rebus, de quibus agitur, oſtendat eſſe indignos, qui conſequantur, quod volunt, dignos vero, qui non conſequantur, fieri non poteſt, ut miſeratio excitetur.

CAP. X.

De invidia.

Conſtat autem, & quas ob res invideant, & quibuſnam, & quomodo ipſi affecti, ſiquidem invidia eſt mo-

πραγίᾳ φαινομένῃ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν περὶ τοὺς ὁμοίους, μὴ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλὰ δι' ἐκείνους· φθονήσουσι μὲν γὰρ οἱ τοιοῦτοι, οἷς εἰσί τινες ὅμοιοι, ἢ φαίνονται. 2 Ὁμοίους δὲ λέγω, κατὰ γένος, κατὰ συγγένειαν, καθ' ἡλικίαν, καθ' ἕξιν, κατὰ δόξαν, κατὰ τὰ ὑπάρχοντα. καὶ οἷς μικροῦ ἐλλείπει τὸ μὴ πάντα ὑπάρχειν· διὸ οἱ μεγάλα πράττοντες καὶ εὐτυχοῦντες φθονεροί εἰσιν· πάντας γὰρ οἴονται τὰ αὑτῶν φέρειν. 3 Καὶ οἱ τιμώμενοι ἐπί τινι διαφερόντως, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοφίᾳ, ἢ εὐδαιμονίᾳ. καὶ οἱ φιλότιμοι φθονερώτεροι τῶν ἀφιλοτίμων. καὶ οἱ δοξόσοφοι· φιλότιμοι γὰρ ἐπὶ σοφίᾳ. καὶ ὅλως οἱ φιλόδοξοι περί τι φθονεροὶ περὶ τοῦτο. καὶ οἱ μικρόψυχοι· πάντα γὰρ αὐτοῖς δοκεῖ μεγάλα εἶναι. 4 Ἐφ' οἷς δὲ φθονοῦσι, τὰ μὲν

leſtia quaedam ex eo, quod in eo, de quo diximus, bonorum genere alii ſimiles bene ac feliciter rem gerere videantur, idque non, ut ne quid eveniat invidenti, ſed eorum ipſorum cauſa, quibus invidetur; invidebunt enim illi, quorum aliqui ſimiles aut ſunt, aut eſſe videntur. 2 Similes autem dico, genere, cognatione, aetate, habitu, gloria, facultatibus. Et quibus parum abeſt, quin eadem omnia inſint; quare magnas res gerentes proſperaque fortuna utentes invidi ſunt; omnes enim ſibi eripere ſua putant. 3 Et qui praecipue in re aliqua magni fiunt, maximeque ſi ob ſapientiam, aut felicitatem. Et honoris cupidi magis invidi ſunt, quam qui honoris ſtudio non tenentur. Et ſapientiae exiſtimationem aucupantes; coli enim ob ſapientiam volunt. Et omnino ex aliqua re gloriam captantes, ubi de ea re agitur, facile aliis invident. Et puſillanimi; omnia enim ipſis videntur magna eſſe. 4 Quae autem bona ſint,

ἀγαθὰ εἴρηται· ἐφ' ὅσοις γὰρ φιλοδοξοῦσι, καὶ φιλοτιμοῦνται ἔργοις, καὶ ὀρέγονται δόξης, καὶ ὅσα εὐτυχήματά ἐστι, σχεδὸν περὶ πάντα φθόνος ἐστὶ, καὶ μάλιστα, ὧν αὐτοὶ ἢ ὀρέγονται, ἢ οἴονται δεῖν αὐτοὺς ἔχειν, ἢ ὧν αὐτοὶ τῇ κτήσει μικρῷ ὑπερέχουσιν, ἢ μικρῷ ἐλλείπουσι. 5 Φανερὸν δὲ καὶ, οἷς φθονοῦσιν· ἅμα γὰρ εἴρηται· τοῖς γὰρ ἐγγὺς καὶ χρόνῳ, καὶ τόπῳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ δόξῃ, φθονοῦσιν· ὅθεν εἴρηται,

Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται·

καὶ πρὸς οὓς φιλοτιμοῦνται· φιλοτιμοῦνται μὲν γὰρ πρὸς τοὺς εἰρημένους· πρὸς δὲ τοὺς μυριοστὸν ἔτος ὄντας, ἢ πρὸς τοὺς ἐσομένους, ἢ τεθνεῶτας, οὐδείς· οὐδὲ πρὸς τοὺς ἐφ' Ἡρακλείαις στήλαις· οὐδ' ὧν πολὺ οἴονται παρ' αὐτοῖς, ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις, λείπεσθαι· οὐδ' ὧν

ob quae invidetur, iam dictum est; nam ex quibuscunque rebus homines gloriam & honorem ambeunt, & apud alios existimationem aucupantur, & quaecunque in prosperitate fortunae posita sunt, iis fere omnibus invidia concitatur, maximeque ob ea, quae alii ipsi aut appetunt, aut se habere oportere putant, aut quorum possessione ipsi vel paulo superiores sunt, vel paulo inferiores. 5 Perspicuum autem etiam est, quibus invideant; nam simul hoc explicatum est; proximis enim & tempore, & loco, & aetate, & gloria, invident; unde dictum est,

Namque invidere novit & cognatio;

& iis, quibuscum de honore contendunt; nam contendunt quidem de honore cum iis, quos diximus; illis vero, qui abhinc decem millibus annorum aut fuerunt, aut erunt, aut mortuis, nemo (*invidet*); neque iis, qui ad columnas Herculis habitant, aut quos longo intervallo a se, vel ab aliis, relinqui; aut quibus se multo

πολὺ ὑπερέχειν. ὡσαύτως καὶ πρὸς τούτους, καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα. 6 Ἐπεὶ δὲ πρὸς τοὺς ἀνταγωνιστὰς, καὶ ἀντεραστὰς, καὶ ὅλως τοὺς τῶν αὐτῶν ἐφιεμένους φιλοτιμοῦνται, ἀνάγκη, τούτοις μάλιστα φθονεῖν· ὅθεν εἴρηται, „καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ.„ 7 Καὶ τοῖς ταχὺ ἢ οἱ μόλις τυχόντες, ἢ μὴ τυχόντες, φθονοῦσι. 8 Καὶ ὧν ἢ κεκτημένων, ἢ κατορθούντων, ὄνειδος αὐτοῖς· εἰσὶ δὲ καὶ οὗτοι ἐγγὺς καὶ ὅμοιοι· δῆλον γὰρ, ὅτι παρ' αὐτοὺς οὐ τυγχάνουσι τοῦ ἀγαθοῦ· ὥστε τοῦτο λυποῦν ποιεῖ τὸν φθόνον. 9 Καὶ τοῖς ἢ ἔχουσι ταῦτα, ἢ κεκτημένοις, ἃ αὐτοῖς προσῆκεν, ἢ ἐκέκτηντό ποτε· διὸ πρεσβύτεροι γε νεωτέροις. 10 Καὶ οἱ πολλὰ δαπανήσαντες εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς ὀλίγα φθονοῦσι. 11 Δῆλον δὲ καὶ, ἐφ' οἷς χαίρουσιν οἱ τοιοῦτοι, καὶ ἐπὶ τίσι, καὶ

superiores esse putant. Sic etiam (*aliis*) talibus, & propter talia (*non invident*). 6 Quoniam autem cum competitoribus, & aemulis, omninoque cum iis, qui eadem, quae ipsi, concupiscunt, de honore concertant, his maxime invideant necesse est; unde dictum est, *Et figulus figulo.* 7 Et iis, qui cito aliquid consecuti sunt, ab iis, qui vix, aut ne vix quidem consequi idem potuerunt, invidetur. 8 Et iis, quibus (*aliquod bonum*) possidentibus, aut bene rem gerentibus, dedecus nobis conflatur; tales vero sunt propinqui & similes; nam patet, quod non idem bonum consequamur, id culpa nostra evenire; quare hoc animum vellicans invidiam efficit. 9 Et habentibus aut possidentibus ea (*homines invident*), quae ipsos habere conveniebat, aut quae aliquando possederunt; quare seniores iunioribus. 10 Et qui magnos sumtus ad aliquid obtinendum fecerunt iis, qui parvo sumtu idem consecuti sunt. 11 Patet vero etiam, quas ob res, & quibusnam, & quomodo affecti

πῶς ἔχοντες· ὡς γὰρ μὴ ἔχοντες λυποῦνται, οὕτως ἔχοντες ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἡσθήσονται. ὥστε, ἂν αὐτοὶ μὲν παρασκευασθῶσιν οὕτως ἔχειν, οἱ δ' ἐλεεῖσθαι ἢ τυγχάνειν τινὸς ἀγαθοῦ ἀξιούμενοι ὦσιν, οἷοι οἱ εἰρημένοι, δῆλον, ὡς οὐ τεύξονται ἐλέου παρὰ τῶν κυρίων.

ΚΕΦ. ια'.

ΠΕΡΙ ΖΗΛΟΥ.

Πῶς δ' ἔχοντες ζηλοῦσι, καὶ τὰ ποῖα, καὶ ἐπὶ τίσιν, ἐνθένδ' ἐστὶ δῆλον. εἰ γάρ ἐστι ζῆλος λύπη τις ἐπὶ φαινομένῃ παρουσίᾳ ἀγαθῶν ἐντίμων, καὶ ἐνδεχομένων αὐτῷ λαβεῖν, περὶ τοὺς ὁμοίους τῇ φύσει, οὐχ ὅτι ἄλλῳ, ἀλλ' ὅτι οὐχὶ καὶ αὐτῷ ἐστι· (διὸ καὶ ἐπιεικές ἐστιν ὁ ζῆλος, καὶ ἐπιεικῶν· τὸ δὲ φθονεῖν φαῦλον, καὶ φαύλων· ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν παρασκευάζει διὰ

gaudeant tales; nam quomodo non affecti dolent, eodem modo affecti gaudebunt contrariis. Itaque si iudices quidem ita oratione conformati fuerint, ii autem, qui misericordiam sui excitare, aut boni quid consequi volunt, tales sint, quales diximus, patet, hos ab iis, quorum in manu arbitrium est, misericordiam non consecuturos esse.

CAP. XI.

De aemulatione.

Quomodo autem affecti, & qualia, & in quibus aemulentur, ex sequentibus manifestum fit. Nam si aemulatio dolor quidam est, cum iis, qui nobis naturâ similes sunt, bona quaedam honorifica suppetant, quorum ipsi quoque capaces sumus, non quod ea in alio insint, sed quod nobis quoque non insint; (unde & aemulatio bonum quiddam est, & bonis viris convenit; at invidere improbum est, & hominum improborum; nam aemulans

τὸν ζῆλον τυγχάνειν τῶν ἀγαθῶν· ὁ δὲ τὸν πλησίον μὴ ἔχειν διὰ τὸν φθόνον·) ἀνάγκη δή, ζηλωτικοὺς μὲν εἶναι τοὺς ἀξιοῦντας ἑαυτοὺς ἀγαθῶν, ὧν μὴ ἔχουσιν· οὐδεὶς γὰρ ἀξιοῖ τὰ φαινόμενα ἀδύνατα· διὸ οἱ νέοι, καὶ οἱ μεγαλόψυχοι, τοιοῦτοι· καὶ οἷς ὑπάρχει τοιαῦτα ἀγαθὰ, ἃ τῶν ἐντίμων ἄξιά ἐστιν ἀνδρῶν· ἔστι γὰρ ταῦτα πλοῦτος, καὶ πολυφιλία, καὶ ἀρχαὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὡς γὰρ προσῆκον αὐτοῖς ἀγαθοῖς εἶναι, ὅτι προσῆκε τοῖς ἀγαθῶς ἔχουσι, ζηλοῦσι τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν. 2 Καὶ οὓς οἱ ἄλλοι ἀξιοῦσι. 3 Καὶ ὧν πρόγονοι, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἰκεῖοι, ἢ τὸ ἔθνος, ἢ ἡ πόλις, ἔντιμοι, ζηλωτικοὶ περὶ ταῦτα· οἰκεῖα γὰρ οἴονται αὐτοῖς εἶναι, καὶ ἄξιοι τούτων. 4 Εἰ δέ ἐστι ζηλωτὰ τὰ ἔντιμα ἀγαθὰ, ἀνάγκη, τάς τε ἀρετὰς εἶναι τοιαύτας, καὶ ὅσα τοῖς ἄλλοις ὠφέλιμα καὶ εὐερ-

talem efficere se studet, ut ipse bona quoque nanciscatur; at invidens studet efficere, ut ne alter boni quid habeat;) necesse est, propensos quidem esse ad aemulandum dignos se existimantes bonis, quibus carent; nemo enim postulat, quae capere se non posse intelligit; quare tales sunt adolescentes, & magnanimi; & quibus talia bona suppetunt, quae honoratis viris digna sunt; haec enim sunt opes, amicorum copia, & magistratus, & alia huiusmodi. Bonos enim viros esse se, par esse arbitrantur, quia tales esse par est eos, qui talibus bonis affluunt. 2 Et (*ad aemulandum propensi sunt*), quos alii verentur. 3 Et quorum maiores, aut cognati, aut propinqui, aut gens, aut civitas, honore fruuntur, faciles sunt iisdem in rebus ad aemulandum; propria enim sibi esse haec, seque iis dignos esse putant. 4 Quod si autem bona honorifica aemulanda sunt, necesse est, virtutes quoque eiusmodi esse, & quaecunque aliis fru-

γετικά· τιμῶσι γὰρ τοὺς εὐεργετοῦντας καὶ τοὺς ἀγαθούς· καὶ ὅσων ἀγαθῶν ὑπόλαυσις τοῖς πλησίον ἐστίν· οἷον, πλοῦτος καὶ κάλλος μᾶλλον ὑγιείας. 5 Φανερὸν δὲ καὶ, οἱ ζηλωτοὶ τίνες· οἱ γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κεκτημένοι ζηλωτοί· ἔστι δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα, οἷον ἀνδρεία, σοφία, ἀρχή· οἱ γὰρ ἄρχοντες πολλοὺς δύνανται εὖ ποιεῖν· στρατηγοὶ, ῥήτορες, πάντες οἱ τὰ τοιαῦτα δυνάμενοι. 6 Καὶ οἷς πολλοὶ ὅμοιοι βούλονται εἶναι, ἢ πολλοὶ γνώριμοι, ἢ φίλοι πολλοί. ἢ οὓς πολλοὶ θαυμάζουσιν, ἢ οὓς αὐτοὶ θαυμάζουσι. 7 Καὶ ὧν ἔπαινοι καὶ ἐγκώμια λέγονται ἢ ὑπὸ ποιητῶν, ἢ λογογράφων. καταφρονοῦσι δὲ τῶν ἐναντίων· ἐναντίον γὰρ ζῆλῳ καταφρόνησίς ἐστι, καὶ τὸ ζηλοῦν τῷ καταφρονεῖν. ἀνάγκη δὲ, τοὺς οὕτως ἔχοντας, ὥστε ζηλῶσαί τινας, ἢ ζηλοῦσθαι, καταφρονητικοὺς εἶναι

ctuosa ac benefica sunt; nam honos tribuitur beneficis ac probis viris; & bona, quorum fructus ad propinquos pertinet; ut, opes ac pulchritudo magis, quam bona valetudo. 5 Manifestum vero etiam est, quinam aemulationem excitent; haec enim & talia habentes facile aemulos inveniunt; sunt autem haec, quae diximus, ut fortitudo, sapientia, imperium; nam imperantes multis benefacere possunt; exercituum duces, oratores, omnes denique, quibus talis aliqua potentia est. 6 Et ii, quorum similes multi, aut familiares, aut amicos esse se student. Aut quos multi admirantur, aut quos ipsi admirantur. 7 Et quorum laudes & encomia celebrantur vel a poëtis, vel ab orationum scriptoribus. Contemnunt autem homines sibi contrarios; nam contemtus est aemulationi contrarius, & aemulari & contemnere sibi adversantur. Necesse autem est, ita se habentes, ut aut ipsi alios, aut ipsos alii aemulentur, contemtores esse

τούτων τε, καὶ ἐπὶ τούτοις, ὅσοι τὰ ἐναντία καπὸὶ ἔχουσι τῶν ἀγαθῶν τῶν ζηλωτῶν. διὸ πολλάκις καταφρονοῦσι τῶν εὐτυχούντων, ὅταν ἄνευ τῶν ἐντίμων ἀγαθῶν ὑπάρχῃ αὐτοῖς ἡ τύχη. δι' ὧν μὲν οὖν τὰ πάθη ἐγγίγνεται, καὶ διαλύεται, ἐξ ὧν αἱ πίστεις γίγνονται, περὶ αὐτῶν εἴρηται.

ΚΕΦ. ιβ'.

ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ ΚΑΙ ΕΞΕΩΝ ΤΩΝ ΝΕΩΝ.

Τὰ δὲ ἤθη ποῖί τινες, κατὰ τὰ πάθη, καὶ τὰς ἕξεις, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς τύχας, διέλθωμεν μετὰ ταῦτα. 2 Λέγω δὲ πάθη μὲν ὀργὴν, ἐπιθυμίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, περὶ ὧν εἰρήκαμεν πρότερον. ἕξεις δὲ ἀρετὰς καὶ κακίας. εἴρηται καὶ περὶ τούτων πρότερον, καὶ ποῖα προαιροῦνται ἕκαστοι, καὶ ποίων πρακτικοί. ἡλικίαι δέ εἰσι νεότης, καὶ ἀκμὴ, καὶ γῆρας. τύχην δὲ

eorum (*hominum*), & earum (*rerum*), in quibus insunt mala bonis aemulationem excitantibus contraria. Quo fit, ut saepe contemnant homines fortunatos, si quando illis, carentibus bonis honore dignis, fortuna tantum adsit. Quaenam igitur sint, quibus animorum motus aut excitari, aut sedari possint, unde argumenta ducantur, expositum est.

CAP. XII.

De affectibus & habitibus iuvenum.

Nunc autem qui mores animorum motus, & habitus, & aetates, & fortunas consequantur, explicemus. 2 Dico vero animorum motus iram, cupiditatem, & talia, de quibus ante dictum est; habitus autem virtutes & vitia. Actum est quoque de his in superioribus, quae consilia singuli (*illis praediti*) capere, & cuiusmodi res gerere soleant. Aetates vero sunt iuventus, aetas virilis, & senectus. Fortunam autem voco nobilitatem, &

λέγω εὐγένειαν, καὶ πλοῦτον, καὶ δυνάμεις, καὶ τἀναντία τούτοις, καὶ ὅλως εὐτυχίαν καὶ δυστυχίαν. 3 Οἱ μὲν οὖν νέοι τὰ ἤθη εἰσὶν ἐπιθυμητικοὶ, καὶ οἷοι ποιεῖν, ὧν ἂν ἐπιθυμήσωσι. καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν μάλιστα ἀκολουθητικοί εἰσι τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια, καὶ ἀκρατεῖς ταύτης. 4 Εὐμετάβολοι δὲ καὶ ἀψίκοροι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας. καὶ σφόδρα μὲν ἐπιθυμοῦσι, ταχὺ δὲ παύονται. ὀξεῖαι γὰρ αἱ βουλήσεις, καὶ οὐ μεγάλαι, ὥσπερ αἱ τῶν καμνόντων δίψαι καὶ πεῖναι. 5 Καὶ θυμικοὶ, καὶ ὀξύθυμοι, καὶ οἷοι ἀκολουθεῖν τῇ ὁρμῇ. καὶ ἥττους εἰσὶ τοῦ θυμοῦ· διὰ γὰρ φιλοτιμίαν οὐκ ἀνέχονται ὀλιγωρούμενοι, ἀλλ' ἀγανακτοῦσιν, ἂν οἴωνται ἀδικεῖσθαι. 6 Καὶ φιλότιμοι μέν εἰσι, μᾶλλον δὲ φιλόνικοι· ὑπεροχῆς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἡ νεότης· ἡ δὲ νίκη ὑπεροχή τις. καὶ ἄμφω ταῦτα

opes, & potentiam, quaeque his contraria sunt, omninoque prosperam adversamque fortunam. 3 Iuvenes igitur iis moribus sunt, ut facile concupiscant, &, quae concupiverunt, exsequantur. Et ex cupiditatibus corporis maxime propensi sunt in venerem, eiusque impotentes. 4 Facile vero etiam mutantur & fastidiunt ea, quae concupiverunt. Et vehementer quidem cupiunt, sed cito desinunt. Acriter enim volunt, quod volunt, sed non diu volunt, qualis esse fames ac sitis aegrotantium solet. 5 Et iracundi, & in ira celeres sunt, & animi impetum sequi possunt. Et ira eos vincit; nam prae honoris studio non patiuntur, se contemni, sed excandescunt, si qua se iniuria affici putant. 6 Et honoris cupidi sunt, magis tamen victoriae; praestare enim aliis cupit iuventus; victoria autem exsuperantia quaedam est. Et utriusque harum rerum studiosiores sunt, quam

μᾶλλον, ἢ φιλοχρήματοι· φιλοχρήματοι δὲ ἥκιστα, διὰ τὸ μήπω ἐνδείας πεπειρᾶσθαι· ὥσπερ τὸ Πιττακοῦ ἔχει ἀπόφθεγμα εἰς Ἀμφιάραον. 7 Καὶ οὐ κακοήθεις ἀλλ' εὐήθεις, διὰ τὸ μήπω τεθεωρηκέναι πολλὰς πονηρίας. καὶ εὔπιστοι, διὰ τὸ μήπω πολλὰ ἐξηπατῆσθαι. 8 Καὶ εὐέλπιδες· ὥσπερ γὰρ οἱ οἰνωμένοι, οὕτω διάθερμοί εἰσιν οἱ νέοι ὑπὸ τῆς φύσεως· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ μήπω πολλὰ ἀποτετυχηκέναι. καὶ ζῶσι τὰ πλεῖστα ἐλπίδι· ἡ μὲν γὰρ ἐλπὶς τοῦ μέλλοντός ἐστιν· ἡ δὲ μνήμη τοῦ παροιχομένου. τοῖς δὲ νέοις τὸ μὲν μέλλον πολύ· τὸ δὲ παρεληλυθὸς βραχύ. τῇ γὰρ πρώτῃ ἡμέρᾳ μεμνῆσθαι μὲν οὐδὲν οἴονται, ἐλπίζειν δὲ πάντα. καὶ εὐεξαπάτητοι εἰσι διὰ τὸ εἰρημένον· ἐλπίζουσι γὰρ ῥᾳδίως. 9 Καὶ ἀνδρειότεροι· θυμώδεις γὰρ καὶ εὐέλπιδες· ὧν τὸ μὲν μὴ φοβεῖσθαι· τὸ δὲ θαρρεῖν ποιεῖ. οὔτε γὰρ ὀργιζόμενος οὐδεὶς φοβεῖται· τό,

pecuniae; pecuniae vero minime omnium, propterea quia egeſtatem nondum experti ſunt; quale eſt illud Pittaci dictum in Amphiaraum. 7 Neque ſunt malitioſi, ſed boni ac ſimplices, quia nondum multa improbe facta cognorunt. Et creduli, quia nondum ſaepe deluſi ſunt. 8 Et faciles ad ſperandum; ut enim ebrii, ſic & iuvenes calidi ſunt naturâ; ſimul vero etiam, quia nondum eos ſua ſpes ſaepe fruſtrata eſt. Et maximam partem ſpe vivunt; nam ſpes quidem futuri eſt, memoria autem praeteriti. Iuvenibus vero quod futurum eſt multum eſt; quod praeteriit breve. Primis enim temporibus aetatis nihil ſe meminiſſe, omnia autem ſperare arbitrantur. Et facile falluntur eaſdem ob cauſas; facile enim ſperant. 9 Et fortiores ſunt; nam ſunt iracundi & ſpei pleni; quorum illo quidem fit, ut ne timeant; hoc vero, ut confidant. Neque enim quiſquam, dum iraſcitur, timet; &

τε ἐλπίζειν ἀγαθόν τι, θαρραλέον ἐστί. 10 Καὶ αἰσχυντηλοί· οὐ γάρ πω καλὰ ἕτερα ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλὰ πεπαίδευνται ὑπὸ τοῦ νόμου μόνον. 11 Καὶ μεγαλόψυχοι· οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ βίου οὔπω τεταπείνωνται, ἀλλὰ τῶν ἀναγκαίων ἄπειροί εἰσι· καὶ τὸ ἀξιοῦν αὑτὸν μεγάλων μεγαλοψυχίας· τοῦτο δ' εὐέλπιδος. 12 Καὶ μᾶλλον αἱροῦνται πράττειν τὰ καλὰ τῶν συμφερόντων· τῷ γὰρ ἔθει ζῶσι μᾶλλον, ἢ τῷ λογισμῷ. ἔστι δ' ὁ μὲν λογισμὸς τοῦ συμφέροντος· ἡ δ' ἀρετὴ τοῦ καλοῦ. 13 Καὶ φιλόφιλοι, καὶ φιλέταιροι μᾶλλον τῶν ἄλλων ἡλικιῶν, διὰ τὸ χαίρειν τῷ συζῆν, καὶ μήπω πρὸς τὸ συμφέρον κρίνειν μηδέν· ὥστε μηδὲ τοὺς φίλους. 14 Καὶ ἅπαντα ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ σφοδρότερον ἁμαρτάνουσι, παρὰ τὸ Χιλώνειον· πάντα γὰρ ἄγαν πράττουσι· φιλοῦσί τε γὰρ ἄγαν, καὶ μισοῦσιν ἄγαν, καὶ τἆλλα πάντα ὁμοίως. [οἱ] καὶ εἰδέναι

concepta animo boni ſpes confidentes facit. 10 Et ſunt verecundi; nondum enim percipiunt alia pulchra, ſed a lege tantum inſtituti ſunt. 11 Et magnanimi; nondum enim domiti ac depreſſi ſunt a vita; immo rudes ſunt rerum neceſſariarum; & magnitudo animi eſt, dignum ſe magnis rebus exiſtimare; hoc autem bene ſperantis eſt. 12 Et magis cupiunt peragere honeſta, quam utilia; mores enim magis, quam ratiocinationes ſequuntur; ratiocinatio autem tendit ad utile; virtus vero ad honeſtum. 13 Et amicorum ac ſodalium amantes magis ſunt, quam ceterae aetates, quia gaudent conviƈtu, & quia nondum quidquam utilitate metiuntur; quare ne amicos quidem. 14 Et quidquid peccant, in eo peccant, ut modum tranſeant, contra dictum Chilonis; omnia enim cum vehementia faciunt; nam amant vehementer & oderunt vehementer, ſimiliterque cetera omnia. [Quin

tur, amare, tanquam oſurus ſis, ſed potius odiſſe, tanquam amaturus ſis. 14 Oportet autem ipſo dicendi genere animi ſui propenſionem declarare; ſin minus, cauſam ſubiungere; aut ita dicentem, *Oportet amare, non, ut vulgo dicunt, ſed ut ſi ſemper amaturus ſis; alterum enim inſidiatoris eſt;* aut hoc modo, *Non placet mihi, quod vulgo dicitur; veri enim amici eſt, ita amare, ut ſemper amaturum. Ac ne illud quidem*, Ne quid nimis; *nam improbos immodice odiſſe oportet.* 15 Multum autem adiumenti afferunt in dicendo, primum quidem propter ſtultam quandam vanitatem audientium; gaudent enim, ſi quis univerſe loquens incurrat in eas opiniones, quas ipſi in parte habent. Quod autem dico, ita magis perſpicuum erit; ſimulque, quomodo ſententias venari oporteat; ſententia enim, ut diximus, enuntiatio eſt univerſalis; gaudent autem, eo univerſe dicto, quod ipſi iam ex par-

κατὰ μέρος προϋπολαμβάνοντες τυγχάνουσιν. οἷον, εἴ τις γείτοσι τύχῃ κεχρημένος ἢ τέκνοις Φαύλοις, ἀποδέξαιτ' ἂν τοῦ εἰπόντος, οὐδὲν γειτονίας χαλεπώτερον· ἢ ὅτι οὐδὲν ἠλιθιώτερον τεκνοποιίας. ὥστε δεῖ στοχάζεσθαι, πῶς τυγχάνουσι, ποῖα προϋπολαμβάνοντες· εἶθ' οὕτω περὶ τούτων καθόλου λέγειν. 16 Ταύτην δὲ δεῖ μίαν χρῆσιν ἔχειν τὸ γνωμολογεῖν, καὶ ἑτέραν κρείττω· ἠθικοὺς γὰρ ποιεῖ τοὺς λόγους. ἦθος δ' ἔχουσι λόγοι, ἐν ὅσοις δῆλη ἡ προαίρεσις. αἱ δὲ γνῶμαι πᾶσαι τοῦτο ποιοῦσι, διὰ τὸ ἀποφαίνεσθαι τὸν τὴν γνώμην λέγοντα καθόλου περὶ τῶν προαιρετῶν· ὥστ' ἂν χρησταὶ ὦσιν αἱ γνῶμαι, καὶ χρηστοήθη φαίνεσθαι ποιοῦσι τὸν λέγοντα. περὶ μὲν οὖν γνώμης, καὶ τί ἐστι, καὶ πόσα εἴδη αὐτῆς, καὶ πῶς χρηστέον αὐταῖς, καὶ τίνα ὠφέλειαν ἔχει, εἰρήσθω τοσαῦτα.

te aliqua prius animo conceperant. Ut, si cui mali vicini, aut mali liberi obtigerint, facile assentientur dicenti, *Nihil est odiosius vicinia;* aut, *Nihil stultius est, quam liberos procreare.* Itaque danda opera est, ut coniectura quodammodo consequantur, quas quaque de re anticipatas opiniones habeant; tum deinde universe de illis pronuntiandum est. 16 Hunc igitur unum fructum habere debet sententiosum dicendi genus, & alium praeterea potiorem; moratas enim orationes facit. Mores vero habent orationes, quae declarant, quid expetat dicens in ratione vivendi. Omnes autem sententiae id praestant, quia sententiam proferens universe aliquid de rebus in vita eligendis pronuntiat; itaque si bonae fuerint sententiae, probitatis opinionem etiam conciliabunt dicenti. Ergo de sententia quidem, & quid sit, & quot eius sint genera, & quomodo illis utendum sit, & quem fructum afferant, haec a nobis dicta sint.

ΚΕΦ. κβ'.

ΠΕΡΙ ΕΝΘΥΜΗΜΑΤΩΝ.

Περὶ δὲ ἐνθυμημάτων καθόλου τε εἴπωμεν, τίνα τρόπον δεῖ ζητεῖν, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς τόπους· ἄλλο γὰρ εἶδος ἑκατέρου τούτων ἐστίν. 2 Ὅτι μὲν οὖν τὸ ἐνθύμημα συλλογισμός τίς ἐστιν, εἴρηται πρότερον· καὶ πῶς συλλογισμὸς, καὶ τί διαφέρει τῶν διαλεκτικῶν. 3 Οὔτε γὰρ πόρρωθεν, οὔτε πάντα δεῖ λαμβάνοντα συνάγειν· τὸ μὲν γὰρ ἀσαφὲς διὰ μῆκος· τὸ δὲ ἀδολεσχία διὰ τὸ φανερὰ λέγειν. τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ πιθανωτέρους εἶναι τοὺς ἀπαιδεύτους τῶν πεπαιδευμένων ἐν τοῖς ὄχλοις, ὥσπερ φασὶν οἱ ποιηταὶ, τοὺς ἀπαιδεύτους παρ' ὄχλῳ μουσικωτέρους λέγειν. οἱ μὲν γὰρ τὰ κοινὰ καὶ τὰ καθόλου λέγουσιν· οἱ δ', ἐξ ὧν ἴσασι, καὶ τὰ ἐγγύς. ὥστ' οὐκ ἐξ ἁπάντων τῶν δο-

CAP. XXII.

De enthymematibus.

De enthymematibus autem dicamus aliquid universe, quomodo ea quaerere oporteat, ac deinde tradamus locos; alia enim horum utriusque ratio est. 2 Enthymema igitur syllogismum quendam esse, prius diximus; & quomodo sit syllogismus, & quomodo differat a dialecticis. 3 Neque enim longe repetentem, neque omnia sumentem concludere oportet; illud enim obscurum est propter longitudinem; hoc vero inanis loquacitas, quia perspicua & aperta dicuntur. Nam & haec causa est, cur apud imperitam multitudinem aptiores sint ad persuadendum ineruditi, quam eruditi, quemadmodum aiunt poëtae, indoctos in vulgus magis ad dicendum musicos esse. Etenim illi quidem communia quaedam & universalia dicunt; hi vero ex iis, quae sciunt (*auditores*), & quae rei propinqua sunt. Itaque

κούντων, ἀλλ' ἐκ τῶν ὡρισμένων λεκτέον· οἷον, ἢ τοῖς κρίνουσιν, ἢ οὓς ἀποδέχονται. καὶ τοῦτο δ', ὅτι οὕτω φαίνεται δῆλον εἶναι ἢ πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις· καὶ μὴ μόνον συνάγειν ἐκ τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. 4 Πρῶτον μὲν οὖν δεῖ λαβεῖν, ὅτι, περὶ οὗ δεῖ λέγειν καὶ συλλογίζεσθαι εἴτε πολιτικῷ συλλογισμῷ, εἴθ' ὁποιῳοῦν, ἀναγκαῖον, κατὰ τούτου ἔχειν τὰ ὑπάρχοντα ἢ πάντα, ἢ ἔνια· μηδὲν γὰρ ἔχων ἐξ οὐδενὸς ἂν ἔχοις συνάγειν. 5 Λέγω δὲ, οἷον, πῶς ἂν δυναίμεθα συμβουλεύειν Ἀθηναίοις, εἰ πολεμητέον, ἢ μὴ πολεμητέον, μὴ ἔχοντες, τίς ἡ δύναμις αὐτῶν, πότερον ναυτικὴ, ἢ πεζικὴ, ἢ ἄμφω· καὶ αὐτὴ πόση· καὶ πρόσοδοι τίνες· ἢ φίλοι, καὶ ἐχθροί· ἔτι δὲ, τίνας πολέμους πεπολεμήκασι, καὶ πῶς,

non ex omnibus, quae videntur, ſed e definitis quibuſdam dicendum eſt; ut aut iudicantibus, aut iis, quorum ipſi iudicio acquieſcunt. Atque hoc ipſum, ita eis videri, conſtare oportet vel ipſis omnibus, vel plurimis; neque tantum ex neceſſariis argumentandum eſt, ſed etiam ex iis, quae plerumque fiunt. 4 Primum igitur intelligendum eſt, quicunque de re aliqua dicturus vel diſputaturus eſt, ſive ſyllogiſmo politico, ſive quolibet alio, ei neceſſario, quae in ea re inſunt, aut omnia, aut pleraque nota eſſe oportere; ſi enim nihil habeas, nihil erit, unde poſſis argumenta ducere. 5 Dico autem exempli cauſa, quomodo fieri poteſt, ut conſilium demus Athenienſibus, bellare illi an non debeant, neſcientes, quibus copiis inſtructi ſint, navalibus, an terreſtribus, an utriſque; & illae ipſae quantae ſint; & quae vectigalia; qui amici, aut inimici; ac praeterea, quae bella geſſerint, & quomodo, & eiuſdem generis

καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα. 6 Καὶ ἐπαινεῖν, εἰ μὴ ἔχοιμεν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, ἢ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην, ἢ τὰ ὑπὲρ Ἡρακλειδῶν πραχθέντα, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων. ἐκ γὰρ τῶν ὑπαρχόντων ἢ δοκούντων [ὑπάρχειν] καλῶν ἐπαινοῦσι πάντες. 7 Ὁμοίως δὲ καὶ ψέγουσιν ἐκ τῶν ἐναντίων, σκοποῦντες, τί ὑπάρχει τοιοῦτον αὐτοῖς, ἢ δοκεῖ ὑπάρχειν· οἷον, ὅτι τοὺς Ἕλληνας κατεδουλώσαντο, καὶ τοὺς πρὸς τὸν βάρβαρον συμμαχεσαμένους, καὶ ἀριστεύσαντας ἠνδραποδίσαντο Αἰγινήτας καὶ Ποτιδαιάτας· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, καὶ εἴ τι ἄλλο ἁμάρτημα τοιοῦτον ὑπάρχει αὐτοῖς. ὡς δ' αὕτως καὶ οἱ κατηγορεῦντες, καὶ οἱ ἀπολογούμενοι, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων σκοπούμενοι κατηγορεῦσι καὶ ἀπολογοῦνται. 8 Οὐδὲν δὲ διαφέρει, περὶ Ἀθηναίων, ἢ Λακεδαιμονίων, ἢ ἀνθρώπου, ἢ θεοῦ, ταὐτὸ τοῦτο δρᾶν. καὶ γὰρ συμβουλεύοντα τῷ

alia. 6 Et quomodo eos laudemus, nisi teneamus pugnam navalem apud Salaminem, aut proelium Marathonium, aut quae pro Heraclidis gesserunt, aut aliud quid eiusmodi. Omnes enim laudant ex iis, quae in quoque pulchra insunt, aut inesse videntur. 7 Similiter vero etiam vituperant ex contrariis, intuentes, quid in eis tale aut insit, aut inesse videatur; velut, quod Graecos in servitutem redegere, &, a quibus adiuti erant in bello adversus barbaros, quique se fortiter gesserant, Aeginetas & Potidaeatas in captivitatem abduxerunt; & quaecunque alia sunt eiusmodi, & si quid aliud tale ab iis peccatum est. Eodemque modo & accusantes, & defendentes, ea, quae insunt, respiciendo accusant & defendunt. 8 Nihil autem interest, de Athenienſibus, an de Lacedaemoniis, de homine, an de Deo agendum sit. Nam & si Achilli consilium dare velis, &

Ἀχιλλεῖ, καὶ ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα, καὶ κατηγοροῦντα καὶ ἀπολογούμενον ὑπὲρ αὐτοῦ, τὰ ὑπάρχοντα, ἢ δοκοῦντα ὑπάρχειν, ληπτέον, ἵν' ἐκ τούτων λέγωμεν, ἐπαινοῦντες ἢ ψέγοντες, εἴ τι καλὸν ὑπάρχει, ἢ αἰσχρόν· κατηγοροῦντες δὲ ἢ ἀπολογούμενοι, εἴ τι δίκαιον ἢ ἄδικον· συμβουλεύοντες δὲ, εἴ τι συμφέρον ἢ βλαβερόν. 9 Ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ περὶ πράγματος ὁτουοῦν· οἷον περὶ δικαιοσύνης, εἰ ἀγαθὸν ἢ μὴ ἀγαθὸν, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων τῇ δικαιοσύνῃ, ἢ τῷ ἀγαθῷ. 10 Ὥστ', ἐπειδὴ καὶ πάντες οὕτω φαίνονται ἀποδεικνύντες, ἄν τε ἀκριβέστερον, ἄν τε μαλακώτερον συλλογίζωνται· οὐ γὰρ ἐξ ἁπάντων λαμβάνουσιν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ ἕκαστον ὑπαρχόντων, καὶ διὰ τοῦ λόγου· δῆλον γὰρ, ὅτι ἀδύνατον, ἄλλως δεικνύναι· φανερὸν, ὅτι ἀναγκαῖον, ὥσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς, πρῶτον περὶ ἕκαστον ἔχειν ἐξειλεγμένα περὶ τῶν ἐνδεχομένων καὶ

si eum laudare & vituperare, & si accusare & defendere, sumenda sunt, quae in eo aut insunt, aut ineſſe videntur, ut ex iis dicendi materiam petamus, laudantes quidem aut vituperantes, si quid pulchrum ineſt, aut turpe; accusantes vero aut defendentes, si quid iustum aut iniustum; consilium denique dantes, si quid utile aut noxium. 9 Similiter vero, si quis de re qualibet dicat; velut de iustitia, bonumne sit an non bonum, ex iis, quae iustitiae, aut bono (*insunt*). 10 Itaque, quando omnes sic demonstrare videntur, sive severius, sive paulo laxius argumententur; non enim undecunque argumenta ducunt, sed ex iis, quae in quaque re insunt, & per rationem; nam fieri non posse perspicuum est, ut quisquam alio modo demonstret; patet, necessarium esse, ut in topicis, habere selectas propositiones de rebus, quae usu venire possunt, ma-

τῶν ἐπικαιροτάτων. 11 Περὶ δὲ τῶν ἐξ ὑπογυίου γιγνομένων ζητεῖν τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀποβλέποντα μὴ εἰς ἀόριστα, ἀλλ' εἰς τὰ ὑπάρχοντα, περὶ ὧν ὁ λόγος· καὶ περιγράφοντα ὅτι πλεῖστα καὶ ἐγγύτατα τοῦ πράγματος· ὅσῳ μὲν γὰρ ἂν πλείω ἔχηται τῶν ὑπαρχόντων, τοσούτῳ ῥᾴδιον δεικνύναι· ὅσῳ δ' ἐγγύτερον, τοσούτῳ οἰκειότερα καὶ ἧττον κοινά. 12 Λέγω δὲ κοινὰ μὲν, τὸ ἐπαινεῖν τὸν Ἀχιλλέα, ὅτι ἄνθρωπος, καὶ ὅτι τῶν ἡμιθέων, καὶ ὅτι ἐπὶ τὸ Ἴλιον ἐστρατεύσατο· ταῦτα γὰρ καὶ ἄλλοις ὑπάρχει πολλοῖς· ὥστ' οὐδὲν μᾶλλον ὁ τοιοῦτος Ἀχιλλέα ἐπαινεῖ, ἢ Διομήδην· ἴδια δὲ, ἃ μηδενὶ ἄλλῳ συμβέβηκεν, ἢ τῷ Ἀχιλλεῖ, οἷον τὸ ἀποκτεῖναι τὸν Ἕκτορα, τὸν ἄριστον τῶν Τρώων· καὶ τὸν Κύκνον, ὃς ἐκώλυσεν ἅπαντας ἀποβαίνειν ἀτρω-

ximeque opportunae ſunt. 11 De iis autem, quae repente eveniunt, eodem modo quaerendum eſt, intuendo non incerta & indefinita, ſed ea, quae in rebus, de quibus dicendum eſt, inſunt; & circumſcribendo quamplurima, & cum eo, quod agitur, maxime cohaerentia; quanto enim plura eorum, quae inſunt, a dicente tenebuntur, tanto erit facilius argumentari; quanto autem propinquiora, tanto magis propria erunt minuſque communia. 12 Voco autem communia quidem, ut laudare Achillem, quod homo fuerit, & quod unus e ſemideis, & quod contra Troiam bellum geſſerit; haec enim & aliis multis inſunt; quare orator talibus utens nihilo magis Achillem laudat, quam Diomedem; propria vero, quae nulli alii, quam Achilli, contigere, ut quod Hectorem fortiſſimum Troianorum interfecerit; quodque Cygnum, qui omnes e navibus exire prohibebat, cum vulnerari non poſſet; quodque omnium natu

τος ὤν· καὶ ὅτι νεώτατος καὶ οὐκ ἔνορκος ὢν ἐστράτευσε· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. εἷς μὲν οὖν τόπος τῆς ἐκλογῆς, καὶ πρῶτος οὗτος ὁ τοπικός. 13 Τὰ δὲ στοιχεῖα τῶν ἐνθυμημάτων λέγωμεν· στοιχεῖον δὲ λέγω καὶ τόπον ἐνθυμήματος τὸ αὐτό. 14 Πρῶτον δ' εἰπωμεν, περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν πρῶτον. ἔστι γὰρ τῶν ἐνθυμημάτων εἴδη δύο· τὰ μὲν γὰρ δεικτικά ἐστιν, ὅτι ἐστὶν, ἢ οὐκ ἔστι· τὰ δὲ ἐλεγκτικά· καὶ διαφέρει, ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς, ἔλεγχος καὶ συλλογισμός. 15 Ἔστι δὲ τὸ μὲν δεικτικὸν ἐνθύμημα τὸ ἐξ ὁμολογουμένων συνάγειν· τὸ δὲ ἐλεγκτικὸν τὸ τὰ ἀνομολογούμενα συνάγειν. 16 Σχεδὸν μὲν οὖν ἡμῖν περὶ ἑκάστων τῶν εἰδῶν τῶν χρησίμων καὶ ἀναγκαίων ἔχονται οἱ τόποι· ἐξειλεγμέναι γὰρ αἱ προτάσεις περὶ ἕκαστον εἰσίν· ὥστ', ἐξ ὧν δεῖ φέρειν τὰ ἐνθυμήματα τόπων περὶ

minimus neque iureiurando adstrictus in eam expeditionem profectus sit; & quaecunque alia eiusmodi sunt. Unus igitur hic locus de seligendo est, & primus quidem topicus. 13 Nunc autem elementa enthymematum explicemus; elementum vero & locum enthymematis idem voco. 14 Primum ergo dicamus ea, quae necessario in primis dicenda sunt. Sunt enim enthymematum genera duo; nam alia quidem adhibentur, ut rem aut esse, aut non esse, demonstrent; alia vero ad redarguendum; & differunt, ut in dialecticis elenchus & syllogismus. 15 Est autem demonstrativum enthymema τὸ ex concessis aliquid concludere; redarguens vero τὸ concludere aliquid eorum, quae negantur. 16 Loci quidem de omnibus rerum generibus utilibus ac necessariis a nobis fere iam expositi sunt; selectae enim de unoquoque sunt propositiones; adeo ut, ex quibus ducenda

ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ, ἢ καλοῦ ἢ αἰσχροῦ, ἢ δικαίου ἢ ἀδίκου, καὶ περὶ τῶν ἠθῶν καὶ παθημάτων, καὶ ἕξεων· ὡσαύτως εἰλημμένοι ἡμῖν ὑπάρχουσι πρότερον οἱ τόποι. 17 Ἔτι δὲ καὶ ἄλλον τρόπον καθόλου περὶ ἁπάντων λάβωμεν, καὶ λέγωμεν παρασημαινόμενοι τοὺς ἐλεγκτικοὺς, καὶ τοὺς ἀποδεικτικοὺς, καὶ τοὺς τῶν Φαινομένων ἐνθυμημάτων, οὐκ ὄντων δὲ ἐνθυμημάτων, ἐπείπερ οὐδὲ συλλογισμῶν. δηλωθέντων δὲ τούτων, περὶ τῶν λύσεων καὶ ἐνστάσεων διορίσωμεν, πόθεν δεῖ πρὸς τὰ ἐνθυμήματα φέρειν.

ΚΕΦ. κγ'.

ΤΟΠΟΙ ΕΝΘΥΜΗΜΑΤΩΝ.

Ἔστι δὲ εἷς μὲν τόπος τῶν δεικτικῶν ἐκ τῶν ἐναντίων· δεῖ γὰρ σκοπεῖν, εἰ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον ὑπάρχει· ἀναιροῦντα μὲν, εἰ μὴ ὑπάρχει· κατασκευάζοντα

sunt enthymemata de bono vel malo, de honesto vel turpi, aut iusto vel iniusto, & de animi moribus & affectibus habitibusque, loci sint a nobis in superioribus traditi. 17 Nunc vero etiam alio modo universe eos omnes complectamur, deque iis dicamus, ita ut quasi aliqua nota appositi indicemus, qui ad demonstrandum valeant, qui ad redarguendum, atque eos quoque, unde ducuntur ea, quae videntur enthymemata, sed non enthymemata sunt, quia ne syllogismi quidem sunt. Quibus explicatis, de argumentis dissolvendis, & objectionibus debilitandis agemus, & unde enthymemata impugnanda sint.

CAP. XXIII.

Loci enthymematum.

Est autem locus quidem unus aptus ad demonstrandum *ex contrariis*; nam considerare oportet, an contrario contrarium insit; neganti quidem, an non insit; con-

δε, εἰ ὑπάρχει· οἷον, ὅτι τὸ σωφρονεῖν ἀγαθόν· τὸ γὰρ ἀκολασταίνειν βλαβερόν. ἢ ὡς ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ, „Εἰ γὰρ ὁ πόλεμος αἴτιος τῶν παρόντων κακῶν, μετὰ τῆς εἰρήνης δεῖ ἐπανορθώσασθαι.„ καὶ,

Εἴπερ γὰρ οὐδε τοῖς κακῶς δεδρακόσιν
Ἀκουσίως δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν,
Οὐδ', εἴγ' ἀναγκασθείς τις εὖ δράσει τινὰ,
Προσῆκόν ἐστι τῷδ' ὀφείλεσθαι χάριν. —

καὶ,

Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἐν βροτοῖς ψευδηγορεῖν
Πιθανὸν, νομίζειν χρή γε καὶ τοὐναντίον,
Ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνειν βροτοῖς.

2 Ἄλλος ἐκ τῶν ὁμοίων πτώσεων· ὁμοίως γὰρ δεῖ ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν· οἷον, ὅτι τὸ δίκαιον οὐ πᾶν ἀγαθόν· καὶ γὰρ ἂν τὸ δικαίως· νῦν δ' οὐχ αἱρετὸν,

firmanti vero, an insit; e. c. temperate vivere bonum est; intemperanter enim vivere noxium est. Aut ut in Messeniaca, *Si enim bellum causa est praesentium malorum, pace nimirum ea corrigi oportet.* Et illud,

Quando etenim si quis fecit invitus male,
Iniustum fuerit illi idcirco irascier,
Neque, si coactus quisquam alii faxit bene,
Putandum est, illi ullam deberi gratiam. —

& illud,

At si inter homines falsa reperiunt fidem,
Putandum est etiam, contra multa obtingere,
Quae, vera cum sint, non tamen accipiant fidem.

2 Alius e *similibus casibus*; similiter enim oportet inesse, aut non inesse; ut, (*si quis probare instituat,*) non omne iustum bonum esse; nam & quidquid iuste evenit, (*bonum esset:*) nunc autem expetendum non est, iuste

δικαίως ἀποθανεῖν. 3 Ἄλλος ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα. εἰ γὰρ θατέρῳ ὑπάρχει τὸ καλῶς ἢ τὸ δικαίως ποιῆσαι, θατέρῳ τὸ πεπονθέναι. καὶ εἰ κελεῦσαι, καὶ τὸ πεποιηκέναι· οἷον, ὡς ὁ τελώνης Διομέδων περὶ τῶν τελωνιῶν, „Εἰ γὰρ μηδ' ὑμῖν αἰσχρὸν τὸ πωλεῖν, οὐδ' ἡμῖν τὸ ὠνεῖσθαι.„ καὶ εἰ τῷ πεπονθότι τὸ καλῶς ἢ δικαίως ὑπάρχει, καὶ τῷ ποιήσαντι· καὶ εἰ τῷ ποιήσαντι, καὶ τῷ πεπονθότι. ἔστι δ' ἐν τούτῳ παραλογίσασθαι. εἰ γὰρ δικαίως ἀπέθανε, δικαίως πέπονθεν, ἀλλ' ἴσως οὐχ ὑπὸ σοῦ. διὸ δεῖ σκοπεῖν χωρὶς, εἰ ἄξιος ὁ παθὼν παθεῖν, καὶ ὁ ποιήσας ποιῆσαι· εἶτα χρῆσθαι, ὁποτέρως ἁρμόττει. ἐνίοτε γὰρ διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτο, καὶ οὐδὲν κωλύει· ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τοῦ Θεοδέκτου,

Μητέρα δὲ τὴν σὴν οὔτις ἐστύγει βροτῶν;

mori. 3 Alius *ex iis, quae inter se conferuntur.* Si enim alteri ineſt, ut honeſte aut iuſte fecerit, alter quoque (*honeſte ac iuſte*) perpeſſus eſſe dicetur. Et ſi (*alter honeſte*) mandavit, etiam (*alter honeſte*) exſecutus eſt; e. c. ut Diomedon publicanus de vectigalium redemtionibus, *Si enim vobis vendere non turpe eſt, nec nobis quidem redimere.* Et ſi quid in quempiam iuſte atque honeſte factum eſt, iuſte etiam fecit, qui fecit; & ſi quis iuſte fecit, alteri iuſte factum eſt. Fallit tamen interdum haec concludendi ratio. Nam ſi quis iuſte mortuus eſt, iuſte paſſus eſt, ſed fortaſſe interfici non debuit a te. Quare ſeorſim haec conſiderare oportet, num qui paſſus eſt dignus fuerit pati, & qui fecerit dignus facere; deinde eo uti, utrum nobis aptum fuerit. Interdum enim talia diſſident, & hoc nihil impedit, ut in Alcmaeone Theodectis,

Matremne tuam nemo oderat mortalium?

φησὶ δ' ἀποκρινόμενος,

Ἀλλὰ διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν.

ἐρομένης δὲ τῆς Ἀλφεσιβοίας, πῶς; ὑπολαβών φησι,

Τὴν μὲν θανεῖν ἔκριναν, ἐμὲ δὲ μὴ κτανεῖν.

καὶ οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα· ἐπεὶ γὰρ δικαίως ἐκρίθησαν ἀποκτεῖναι, δικαίως ἔδοξεν ἀποθανεῖν. καὶ περὶ τοῦ Θήβησιν ἀποθανόντος, περὶ οὗ ἐκέλευε κρῖναι, εἰ δίκαιος ἦν ἀποθανεῖν, ὡς οὐκ ἄδικον ὂν ἀποκτεῖναι τὸν δικαίως ἀποθανόντα. 4 Ἄλλος ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον· οἷον, εἰ μηδ' οἱ θεοὶ πάντα ἴσασι, σχολῇ οἵ γ' ἄνθρωποι· τοῦτο γάρ ἐστιν, εἰ, ᾧ μᾶλλον ἂν ὑπάρχοι, μὴ ὑπάρχει, δῆλον, ὅτι οὐδ', ᾧ ἧττον. τὸ δ', ὅτι τοὺς πλησίον τύπτει, ὅς γε καὶ τὸν πατέρα [τύπτει], ἐκ τοῦ, εἰ τὸ

Reſpondens autem ait,

Sed haec ſeorſim ſpectare oportet.

Quaerente vero Alpheſiboea, quomodo? excipiens ille ait,

Mori quidem illam debuiſſe ſtatuerunt,
Sed non manibus illi necem adferri meis.

Et ut iudicium de Demoſthene, deque iis, qui interfecerant Nicanorem; nam quia iudicati ſunt eum iuſte occidiſſe, iuſte etiam mortuus viſus eſt. Et de eo, qui Thebis occiſus fuerat, de quo iuſſit (*aliquis*) iudicare, num dignus fuiſſet, qui interficeretur, tanquam iniuſtum non ſit, eum occidere, qui iuſte interfici poſſit. 4 Alius *ex eo, quod magis & minus*; ut, ſi ne Dii quidem norunt omnia, multo minus homines; hoc enim eſt, ſi, cui magis ineſſe non videtur, ei non ineſt, patet, neque illi (*ineſſe*), cui minus (*ineſſe videtur*). Illud autem, qui patrem verberat, multo magis propinquos verberarit, ex eo pendet, ſi, quod minus (*ineſſe vide-*

ἧττον ὑπάρχει, καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει· καθ' ὁπότερον ἂν δέῃ δεῖξαι, εἰῦ ὅτι ὑπάρχει, εἰῦ ὅτι οὔ. 5 Ἔτι εἰ μήτε μᾶλλον, μήτε ἧττον· ὅθεν εἴρηται,

Καὶ σὸς μὲν οἰκτρὸς παῖδας ἀπολέσας πατὴρ,
Οἰνεὺς δ' ἆρ' οὐχί, τὸν Ἑλλάδος ἀπολέσας
Κλεινότατον γόνον;

καὶ ὅτι, εἰ μηδὲ Θησεὺς ἠδίκησεν, οὐδ' Ἀλέξανδρος. καὶ εἰ μὴ οἱ Τυνδαρίδαι, οὐδ' Ἀλέξανδρος. καὶ εἰ Πάτροκλον Ἕκτωρ, καὶ Ἀχιλλέα Ἀλέξανδρος. καὶ εἰ μηδ' οἱ ἄλλοι τεχνῖται φαῦλοι, οὐδ' οἱ φιλόσοφοι. καὶ εἰ μηδ' οἱ στρατηγοὶ φαῦλοι, ὅτι ἡττῶνται πολλάκις, οὐδ' οἱ σοφισταί. καὶ ὅτι, εἰ δεῖ τὸν ἰδιώτην τῆς ὑμετέρας δόξης ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ὑμᾶς τῆς τῶν Ἑλλήνων. 6 Ἄλλος ἐκ τοῦ τὸν χρόνον σκοπεῖν· οἷον, ὡς Ἰφικράτης ἐν τῇ πρὸς Ἀρμόδιον, „Ὅτι, εἰ πρὶν ποιῆ-

tur), ineſt, & quod magis (*ineſſe videtur*), ineſt; utro igitur opus eſt, licet id confirmare ſive ineſſe, ſive non ineſſe. 5 Praeterea, ſi neque magis, neque minus; unde dictum eſt,

Ergo tuus quidem miſerandus eſt pater,
Amiſſis gnatis; Oeneus autem non erit,
Orbatus tali tamque illuſtri in Graecia filio?

Et, quod ſi Theſeus iniuſte non fecit, neque Alexander. Et ſi non Tyndaridae, neque Alexander. Et ſi Patroclum Hector (*iuſte interfecit*), etiam Achillem Alexander. Et ſi ne alii quidem artifices parvi pretii ſunt, neque philoſophi. Et ſi ne imperatores quidem propterea mali ſunt, quia ſaepe vincuntur, neque Sophiſtae. Et, ſi privatum hominem exiſtimationis veſtrae rationem habere oportet, vos quoque exiſtimationis Graecorum rationem habere debetis. 6 Alius ex conſideratione temporis rationum; ut, Iphicrates in oratione adverſus Har-

σαι ἠξίουν τῆς εἰκόνος τυχεῖν, ἐὰν ποιήσω, ἔδοτε ἄν· ποιήσαντι δὲ, ἆρ' οὐ δώσετε; μὴ τοίνυν μέλλοντες μὲν ὑπισχνεῖσθε· παθόντες δ' ἀφαιρεῖσθε.„ καὶ πάλιν πρὸς τὸ Θηβαίους Φίλιππον διιέναι εἰς τὴν Ἀττικήν, „Ὅτι, εἰ πρὶν βοηθῆσαι εἰς Φωκεῖς ἠξίου, ὑπέσχοντο ἄν· ἄτοπον οὖν, εἰ, διότι προεῖτο καὶ ἐπίστευσε, μὴ διήσουσιν.„ 7 Ἄλλος ἐκ τῶν εἰρημένων καθ' αὑτοὺς πρὸς τὸν εἰπόντα· διαφέρει δὲ ὁ τρόπος, οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ, ᾧ ἐχρήσατο Ἰφικράτης πρὸς Ἀριστοφῶντα ἐπερόμενος, εἰ προδοίη ἂν τὰς ναῦς ἐπὶ χρήμασιν; οὐ φάσκοντος δὲ, εἶτα εἶπε, „Σὺ μὲν Ἀριστοφῶν ὢν, οὐ προδοίης, ἐγὼ δ' ὢν Ἰφικράτης;„ δεῖ δ' ὑπάρχειν μᾶλλον ἂν δοκοῦντα ἀδικῆσαι ἐκεῖνον· εἰ δὲ μὴ, γελοῖον

modium, *Si, antequam haec gererem, ſtatuam mihi poſtulaſſem, ſi ea geſſiſſem, certe decreviſſetis; nunc, confectis rebus, eam denegabitis? Nolite igitur committere, ut, quod facile policiti eſſetis, cum a me beneficium exſpectaretis, id nunc beneficio affecti denegetis.* Et rurſus, ſi quis ſuadeat Thebanis, ut Philippo per fines ſuos iter in Atticam concedant, *Quod, ſi hoc petiiſſet, priuſquam eis adverſus Phocenſes auxilium ferret, certe promiſiſſent; adeoque abſurdum ſit, quia prior eos beneficio provocavit, fidemque eorum ſecutus eſt, ſi nunc iter denegaturi ſint.* 7 Alius, ex iis, quae in nos dicta ſunt, adverſus dicentem (*argumentari*); excellit autem hic locus, ut in Teucro, & eodem uſus eſt Iphicrates adverſus Ariſtophontem, cum eum interrogaſſet, an naves accepta pecunia proditurus eſſet; is vero id negaſſet, *Quod igitur*, inquit, *tu, qui Ariſtophon es, non feciſſes, ego, qui ſum Iphicrates, fecerim?* Oportet autem adeſſe hoc, ut ille alter facilius adduci poſſe videatur ad flagitium; alioqui enim ridiculum videbitur, ut ſi ad-

ἂν Φανείη, εἰ πρὸς Ἀριστείδην κατηγοροῦντα τοῦτό τις ἂν εἴπειεν, ἀλλὰ πρὸς ἀπιστίαν τοῦ κατηγόρου. ὅλως γὰρ βούλεται ὁ κατηγορῶν βελτίων εἶναι τοῦ φεύγοντος· τοῦτ' οὖν ἐξελέγχειν ἀεί. καθόλου δ' ὁ τόπος οὗτός ἐστιν, ὅταν τις ἐπιτιμᾷ ἄλλοις, ἃ αὐτὸς ποιεῖ, ἢ ποιήσειεν ἄν· ἢ προτρέποι ποιεῖν, ἃ αὐτὸς μὴ ποιεῖ, μηδὲ ποιήσειεν ἄν. 8 Ἄλλος ἐξ ὁρισμοῦ· οἷον, ὅτι τὸ δαιμόνιον οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἢ θεὸς, ἢ θεοῦ ἔργον. καίτοι ὅστις οἴεται θεοῦ ἔργον εἶναι, τοῦτον ἀνάγκη οἴεσθαι καὶ θεοὺς εἶναι. καὶ ὡς Ἱφικράτης, ὅτι γενναιότατος ὁ βέλτιστος· καὶ γὰρ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι οὐδὲν πρότερον ὑπῆρχε γενναῖον, πρὶν γενναῖόν τι πρᾶξαι. καὶ ὅτι συγγενέστερος αὐτός. τὰ γοῦν ἔργα συγγενέστερά ἐστι τὰ ἐμὰ τοῖς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, ἢ τὰ σά. καὶ ὡς ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι πάντες ἂν ὁμολογήσειαν τοὺς μὴ κοσμίους οὐχ ἑνὸς σώ-

versus Aristidem accusantem ita quispiam loquatur; sed (*ita hoc adesse oportet*), ut adversario (*tali dicto*) fides adimatur. Omnino enim vult accusator melior esse accusato; hoc igitur semper redarguendum est. Universe autem hic locus inservit, si quis obiiciat aliis, quae ipsemet facit aut faceret; aut exhortetur eos ad ea facienda, quae ipse neque facit, neque faceret. 8 Alius ex definitione; ut, Divinum nihil aliud est, quam aut Deus, aut Dei opus. Et vero qui Dei opus esse aliquod putat, eum necesse est putare etiam Deos esse. Et ut Iphicrates, *optimum esse generosissimum; nam & Harmodio & Aristogitoni nihil prius generosum inerat, quam generosum aliquid perpetrassent.* Et se illis coniunctiorem esse. *Coniunctiores certe sunt res a me gestae rebus Harmodii & Aristogitonis, quam tuae.* Et ut in Alexandro, *Omnium sententia homines in-*

μματος ἀγαπᾶν ἀπόλαυσιν· καὶ διὸ Σωκράτης οὐκ ἔφη βαδίζειν ὡς Ἀρχέλαον· ὕβριν γὰρ ἔφη εἶναι τὸ μὴ δύνασθαι ἀμύνασθαι ὁμοίως εὖ παθόντα, ὥσπερ καὶ κακῶς· πάντες γὰρ οὗτοι ὁρισάμενοι, καὶ λαβόντες τὸ τί ἐστι συλλογίζονται, περὶ ὧν λέγουσιν. 9 Ἄλλος ἐκ τοῦ πόσαχῶς· οἷον ἐν τοῖς τοπικοῖς περὶ τοῦ εὖ ἕξεως. 10 Ἄλλος ἐκ διαιρέσεως· οἷον, εἰ πάντες τριῶν ἕνεκεν ἀδικοῦσιν· ἢ τοῦδε γὰρ ἕνεκα, ἢ τοῦδε, ἢ τοῦδε· καὶ διὰ μὲν τὰ δύο, ἀδύνατον· διὰ δὲ τὸ τρίτον, οὐδ' αὐτοί φασιν. 11 Ἄλλος ἐξ ἐπαγωγῆς· οἷον ἐκ τῆς Πεπαρηθίας, ὅτι περὶ τῶν τέκνων αἱ γυναῖκες παντα-χοῦ διορίζουσι τἀληθές. τοῦτο μὲν γὰρ Ἀθήνῃσι Μαντίᾳ τῷ ῥήτορι ἀμφισβητοῦντι πρὸς τὸν υἱὸν ἡ μήτηρ ἀπέφηνε· τοῦτο δὲ Θήβῃσιν, Ἰσμηνίου καὶ Στίλβωνος ἀμφισβητούντων, ἡ Δωδωνὶς ἀπέδειξεν Ἰσμηνίου

temperantes unius corporis fructu non esse contentos; & causa a Socrate allata, cur ad Archelaum ire nollet: *contumeliam enim esse*, dicebat, *ut in iniuriis, ita in beneficiis acceptis, si quis ea compensare non possit;* nam hi omnes definientes & sumentes, quid quaeque res sit, concludunt id, quod agitur. 9 Alius ex multiplici vocis alicuius significatione; ut in topicis, de eo, quod recte se habet. 10 Alius ex partitione; ut, si omnes ad iniuste faciendum aliquo horum trium impelluntur; vel propter hoc, vel propter alterum, vel propter illud; & horum duo sunt, propter quae feciſſe non poteſt; propter tertium vero, ne ipſi quidem accuſatores dicunt. 11 Alius ex inductione; ut ex Peparethia, quod de filiis mulieres omnibus in locis definiunt, quid verum ſit. Nam & hoc Athenis Mantiae oratori adverſus filium contendenti mater pronuntiavit; Thebis vero, Iſmenia & Stilbone inter ſe contendentibus, Dodonis, mater, filium eſſe Iſ-

τὸν υἱόν· καὶ διὰ τοῦτο Θεσσαλίσκον Ἰσμηνίου ἐνόμιξον. καὶ πάλιν ἐκ τοῦ νόμου τοῦ Θεοδέκτου, „ Εἰ τοῖς κακῶς ἐπιμεληθεῖσι τῶν ἀλλοτρίων ἵππων οὐ παραδιδάσι τοὺς οἰκείους, οὐδὲ τοῖς ἀνατρέψασι τὰς ἀλλοτρίας ναῦς· οὐκοῦν, εἰ ὁμοίως ἐφ' ἁπάντων, καὶ τοῖς κακῶς φυλάξασι τὴν ἀλλοτρίαν οὐ χρηστέον ἐστὶν εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν.„ καὶ ὡς Ἀλκιδάμας, „Ὅτι πάντες τοὺς σοφοὺς τιμῶσι· Πάριοι γοῦν Ἀρχίλοχον, καίπερ βλάσφημον ὄντα, τετιμήκασι· καὶ Χῖοι Ὅμηρον, οὐκ ὄντα πολίτην· καὶ Μιτυληναῖοι Σαπφὼ, καίπερ οὖσαν γυναῖκα· καὶ Λακεδαιμόνιοι Χίλωνα τῶν γερόντων ἐποίησαν, ἥκιστα φιλολόγοι ὄντες· καὶ Ἰταλιῶται Πυθαγόραν, καὶ Λαμψακηνοὶ Ἀναξαγόραν ξένον ὄντα ἔθαψαν, καὶ τιμῶσιν ἔτι καὶ νῦν· καὶ Ἀθηναῖοι τοῖς Σόλωνος χρησάμενοι νόμοις εὐδαιμόνησαν· καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῖς Λυκούργου· καὶ Θήβησιν ἅμα

meniae declaravit; & propterea Theſſaliſcum Iſmeniae filium habuerunt. Et rurſus ex lege Theodectis, *Si iis, qui male alienos equos curarunt, non committunt ſuos, neque iis, qui aliorum naves everterunt,* (committunt ſuas;) *idque in omnibus rebus eodem modo ſe habet; iis quoque, qui male aliorum ſalutem cuſtodierunt, ad tuendam ſuam uti nemo debet.* Et ut Alcidamas, ut oſtenderet, *Omnes magni facere ſapientes viros, Parii quidem,* aiebat, *Archilochum, quamvis maledicum, honorarunt; & Chii Homerum, quamvis civis non eſſet; & Mitylenaei Sapphum, quamvis illa mulier eſſet; & Lacedaemonii Chilonem in γερόντων ordinem cooptarunt, qui tamen eruditionem minime curant; & Italiotae Pythagoram, & Lampſaceni Anaxagoram peregrinum hominem ſepulcro honorarunt, eumque etiamnum honore afficiunt; & Athenienſes quamdiu Solonis legibus uſi ſunt, beate vixerunt; & Lacedaemonii quamdiu legibus Lycurgi; & Thebana civi-*

οἱ προστάται φιλόσοφοι ἐγένοντο, καὶ εὐδαιμόνησεν ἡ πόλις. 12 Ἄλλος ἐκ κρίσεως περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ὁμοίου, ἢ ἐναντίου· μάλιστα μὲν, εἰ πάντες καὶ αἰεί· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' οἵγε πλεῖστοι, ἢ σοφοὶ ἢ πάντες ἢ οἱ πλεῖστοι, ἢ ἀγαθοί· ἢ εἰ αὐτοὶ οἱ κρίνοντες, ἢ οὓς ἀποδέχονται οἱ κρίνοντες, ἢ οἷς μὴ οἷόν τε ἐναντίον κρίνειν, οἷον τοῖς κυρίοις· ἢ οἷς μὴ καλὸν τὰ ἐναντία κρίνειν, οἷον θεοῖς, ἢ πατρὶ, ἢ διδασκάλοις· ὥσπερ τὸ εἰς Μιξιδημίδην εἶπεν Αὐτοκλῆς, „Εἰ ταῖς μὲν σεμναῖς θεαῖς καλῶς εἶχεν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δοῦναι δίκην, Μιξιδημίδῃ δ' οὔ;„ ἢ ὥσπερ Σαπφὼ, „Ὅτι τὸ ἀποθνήσκειν κακόν· οἱ θεοὶ γὰρ οὕτω κεκρίκασιν· ἀπέθνησκον γὰρ ἄν.„ ἢ ὡς Ἀρίστιππος πρὸς Πλάτωνα ἐπαγγελτικώτερόν τι εἰπόντα, ὡς ᾤετο, „Ἀλλὰ μὴν ὅ γ' ἑταῖρος ἡμῶν,„ ἔφη, „οὐδὲν τοιοῦτον,„ λέγων τὸν Σωκράτην. καὶ

tas tam diu felix fuit, quamdiu ei philosophi praefuerunt. 12 Alius ex iudicio de eadem re, aut simili, aut contraria; maxime quidem, si omnes & semper (*ita iudicarunt*); sin minus, si plurimi saltem, aut sapientes aut omnes aut plurimi, aut boni; aut si ipsi iudicantes, aut quorum iudicio hi acquiescunt, aut a quibus dissentire in iudicando non oportet, ut a dominis; aut adversus quos sententiam ferre honestum non est, ut adversus Deos, aut patrem, aut magistros; cuiusmodi est, quod in Mixidemidem dixit Autocles, *An venerandae quidem Deae honestum sibi putarunt in Areopago causam dicere, Mixidemides vero id recusabit?* Aut ut Sappho, *Mori malum quiddam esse; Dii enim ita iudicarunt; alioqui mori voluissent & ipsi.* Aut ut Aristippus adversus Platonem, qui quiddam paulo asseverantius protulerat, ut ipsi quidem Aristippo videbatur, *At vero sodalis ille*, inquit, *noster nihil unquam tale*, Socratem innuens. Et Hegesippus Delphis in-

Ἡγήσιππος ἐν Δελφοῖς ἐπηρώτα τὸν θεὸν, κεχρημένος πρότερον Ὀλυμπιάσιν, „Εἰ αὐτῷ ταὐτὰ δοκεῖ, ἅπερ τῷ πατρί„ ὡς αἰσχρὸν ὂν, τἀναντία εἰπεῖν. καὶ περὶ τῆς Ἑλένης, ὡς Ἰσοκράτης ἔγραψεν, „ὅτι σπουδαῖα, εἴπερ Θησεὺς ἔκρινε.„ καὶ περὶ Ἀλεξάνδρου, „ὃν αἱ θεαὶ προέκριναν.„ καὶ περὶ Εὐαγόρου, „ὅτι σπουδαῖος, ὥσπερ Ἰσοκράτης φησί· „ Κόνων γοῦν δυστυχήσας πάντας τοὺς ἄλλους παραλιπὼν ὡς Εὐαγόραν ἦλθεν.„ 13 Ἄλλος ἐκ τῶν μερῶν, ὥσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς, „ποῖα κίνησις ἡ ψυχή· ἥδε γὰρ, ἢ ἥδε.„ παράδειγμα ἐκ τοῦ Σωκράτους τοῦ Θεοδέκτου, „Εἰς ποῖον ἱερὸν ἠσέβηκε; τίνας θεῶν οὐ τετίμηκεν, ὧν ἡ πόλις νομίζει; 14 Ἄλλος, ἐπειδὴ ἐπὶ τῶν πλείστων συμβαίνει, ὥσθ' ἕπεσθαί τι αὐτοῖς ἀγαθὸν καὶ κακὸν, ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦντος προτρέπειν ἢ ἀποτρέπειν, καὶ κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι, καὶ ἐπαινεῖν ἢ ψέ-

terrogabat Deum, oraculo prius Olympiae conſulto, *Numquid ipſi eadem, quae patri, viderentur?* quaſi turpe ſit, contra patris iudicium dicere. Et de Helena, ut Iſocrates ſcripſit, *eam ſtudio dignam fuiſſe, ſiquidem Theſeus ita iudicaverit;* & de Alexandro, *quem Deae ceteris antepoſuerint.* Et de Evagora, *eum inſigni virtute virum fuiſſe*, ut Iſocrates dicit; *nam Conon adverſa fortuna uſus aliis omnibus praetermiſſis ad Evagoram venit.* 13 Alius ex partibus, ut in topicis, *cuiuſmodi motio ſit anima; aut enim haec, aut illa.* Exemplum ex Socrate Theodectis, *In quodnam templum impius fuit? Quoſnam Deorum veneratus non eſt, quos civitas in Deorum numero habet?* 14 Alius, quandoquidem pluribus in rebus uſu venit, ut ex iis & boni & mali aliquid conſequatur, ex eo, quod conſequitur, adhortari aut dehortari, & accuſare aut defendere, &

γειν· οἷον, τῇ παιδεύσει τὸ Φθονεῖσθαι ἀκολουθεῖ κακόν· τὸ δὲ σοφὸν εἶναι ἀγαθόν· οὐ τοίνυν δεῖ παιδεύεσθαι· Φθονεῖσθαι γὰρ οὐ δεῖ· δεῖ μὲν οὖν παιδεύεσθαι· σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ. ὁ τόπος οὗτός ἐστιν ἡ Καλλίππου τέχνη, προσλαβοῦσα καὶ τὸ δυνατὸν, καὶ τἆλλα, ὡς εἴρηται. 15 Ἄλλος, ὅταν περὶ δυοῖν καὶ ἀντικειμένοιν [ἢ] προτρέπειν ἢ ἀποτρέπειν δέῃ, καὶ τῷ πρότερον εἰρημένῳ τόπῳ ἐπ' ἀμφοῖν χρῆσθαι. διαφέρει δὲ, ὅτι ἐκεῖ μὲν τὰ τυχόντα ἀντιτίθεται, ἐνταῦθα δὲ τἀναντία. οἷον, ἱέρεια οὐκ εἴα τὸν υἱὸν δημηγορεῖν· „Ἐὰν μὲν γὰρ,„ ἔφη, „τὰ δίκαια λέγῃς, οἱ ἄνθρωποί σε μισήσουσιν· ἐὰν δὲ τὰ ἄδικα, οἱ θεοί.„ δεῖ μὲν οὖν δημηγορεῖν· ἐὰν μὲν γὰρ τὰ δίκαια λέγῃς, οἱ θεοί σε φιλήσουσιν· ἐὰν δὲ τὰ ἄδικα, οἱ ἄνθρωποι. τοῦτο δ' ἐστὶ ταὐτὸ τῷ λεγομένῳ, „τὸ ἕλος πρίασθαι καὶ

laudare aut vituperare; e. c. eruditionem consequitur invidia, quae malum est; sapientia autem praeditum esse bonum est; erudiri ergo non oportet; neque enim contrahenda invidia est; erudiri ergo oportet; sapientem enim esse oportet. Hic locus est ars Callippi, si quis addiderit disputationem de eo, quod fieri potest, & reliqua, ut diximus. 15 Alius, si quando de duobus & inter se oppositis [aut] suadere aut dissuadere oporteat, etiam prius exposito loco in ambobus uti. Differt autem, quod illic quidem qualiacunque opponuntur, hic vero contraria. Ut, sacerdos quaedam vetabat filium suum popularem oratorem fieri; *Nam si*, aiebat, *iusta dices, in odium hominum incurres; si iniusta, in Deorum.* Igitur popularem oratorem fieri oportet; si enim iusta dixeris, Dii te amabunt; sin vero iniusta, homines. Hoc autem est idem cum eo, quod vulgo dicitur, *stagnum emere &*

τοὺς ἄλας. „ * καὶ ἡ βλαίσωσις τοῦτ' ἔστιν, ὅταν δυοῖν ἐναντίοιν ἑκατέρῳ· ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἕπηται, ἐναντία ἑκάτερα ἑκατέρις. 16 Ἄλλος, ἐπειδὴ οὐ τὰ αὐτὰ φανερῶς ἐπαινοῦσι καὶ ἀφανῶς· ἀλλὰ φανερῶς μὲν τὰ δίκαια καὶ τὰ καλὰ ἐπαινοῦσι μάλιστα· ἰδίᾳ δὲ τὰ συμφέροντα μᾶλλον βούλονται· ἐκ τούτων πειρᾶσθαι συνάγειν θάτερον· τῶν γὰρ παραδόξων οὗτος ὁ τόπος κυριώτατός ἐστιν. 17 Ἄλλος ἐκ τοῦ ἀνάλογον ταῦτα συμβαίνειν· οἷον, ὁ Ἰφικράτης τὸν υἱὸν αὐτοῦ νεώτερον ὄντα τῆς ἡλικίας, ὅτι μέγας ἦν, λειτουργεῖν ἀναγκαζόντων, εἶπεν, „Ὅτι, εἰ τοὺς μεγάλους τῶν παίδων ἄνδρας νομίζουσι, τοὺς μικροὺς τῶν ἀνδρῶν παῖδας εἶναι ψηφιοῦνται.„ καὶ ὁ Θεοδέκτης ἐν τῷ νόμῳ, „Ὅτι πολίτας μὲν ποιεῖσθε τοὺς μισθοφόρους, οἷον Στράβακα καὶ Χαρίδημον, διὰ τὴν ἐπιείκειαν· φυγάδας δ' οὐ ποιήσετε τοὺς ἐν τοῖς μισθοφόροις ἀνήκεστα

sales. Et praevaricatio hoc est, cum e duorum contrariorum utroque & bonum & malum sequitur, utraque utrisque contraria. 16 Alius, quando homines non eadem palam & in occulto probant; sed palam quidem iusta & honesta maxime probant; privatim vero praeoptant utilia; ex his alterum colligere conari; nam paradoxis probandis locus hic maxime infervit. 17 Alius ex eo, quod eadem proportione colligantur; ut, Iphicrates ad eos, qui volebant filium ipsius, quamvis ad legitimam aetatem non perveniſſet, quia procero corpore erat, cogi ad obeunda munera publica, *Si*, inquit, *proceros pueros pro viris habetis, etiam eos viros, qui puſillo corpore ſint, pueros eſſe decernetis*. Et Theodectes in lege, *Civitate*, inquit, *donatis mercenarios milites probitatis cauſa, ut Strabacem & Charidemum; qui autem ex illis neſaria fa-*

διαπεπραγμένους; 18 Ἄλλος ἐκ τοῦ, τὸ συμβαῖνον ἐὰν ᾖ ταὐτὸν, ὅτι καὶ, ἐξ ὧν συμβαίνει, ταὐτά· οἷον Ξενοφάνης ἔλεγεν, „Ὅτι ὁμοίως ἀσεβοῦσιν οἱ γενέσθαι φάσκοντες τοὺς θεοὺς τοῖς ἀποθανεῖν λέγουσιν· ἀμφοτέρως γὰρ συμβαίνει, μὴ εἶναί ποτε τοὺς θεούς.„ καὶ ὅλως δὲ τὸ συμβαῖνον ἐξ ἑκατέρου λαμβάνειν, ὡς ταὐτὸ αἰεί· „Μέλλετε δὲ κρίνειν οὐ περὶ Σωκράτους, ἀλλὰ περὶ ἐπιτηδεύματος, εἰ χρὴ Φιλοσοφεῖν.„ καὶ ὅτι τὸ διδόναι γῆν καὶ ὕδωρ δουλεύειν ἐστί. καὶ τὸ μετέχειν τῆς κοινῆς εἰρήνης ποιεῖν τὸ προσταττόμενον. λεπτέον δ', ὁπότερον ἂν ᾖ χρήσιμον. 19 Ἄλλος ἐκ τοῦ, μὴ ταὐτὸ τοὺς αὐτοὺς αἰεὶ αἱρεῖσθαι ὕστερον ἢ πρότερον, ἀλλ' ἀνάπαλιν, οἷον τόδε τὸ ἐνθύμημα, „Εἰ φεύγοντες μὲν ἐμαχόμεθα, ὅπως κατέλθωμεν· κατελθόντες δὲ φευξόμεθα, ὅπως μὴ μαχώμεθα;„ ὅτε μὲν γὰρ τὸ μένειν ἀντὶ τοῦ μάχεσθαι ᾑροῦντο· ὅτε δὲ

cinora patrarunt, eis exſilium non irrogabitis? 18 Alius, ſi, quod conſequitur, idem ſit, etiam ea, ex quibus conſequitur, eadem eſſe; ut Xenophanes dicebat, *Aeque impios eſſe, qui Deos ortos eſſe dicerent, & qui dicerent, eos mori; utroque enim modo evenire, ut Dii aliquando non ſint.* Et omnino, quod ex utroque evenit, ſemper ut idem ſumere: *Iudicaturi autem eſtis non de Socrate, ſed de hoc toto inſtituto, numquid oporteat philoſophari.* Et quod terram & aquam dare ſervire eſt. Et in commune foedus adſcribi leges accipere. Sumendum autem eſt, utrum utile fuerit. 19 Alius ex eo, quod homines non eadem ſequantur antea & poſtea, ſed contra, quale eſt hoc enthymema, *An, cum fugeremus, pugnavimus, ut rediremus; nunc autem cum redierimus, fugiemus, ne pugnandum ſit?* Tunc enim pugnare volebant potius, quam in patria non manere; nunc autem malunt non pugnare, quam

τὸ μὴ μάχεσθαι ἀντὶ τοῦ μὴ μένειν. 20 Ἄλλος, τὸ, οὗ ἕνεκα ἂν εἴη, εἰ μὴ γένοιτο, τούτου ἕνεκα φάναι εἶναι, ἢ γεγενῆσθαι· οἷον, εἰ δοίη ἄν τις τινὶ, ἵνα ἀφελόμενος λυπήσῃ. ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται,

Πολλοῖς ὁ δαίμων οὐ κατ' εὔνοιαν Φέρων,
Μεγάλα δίδωσιν εὐτυχήματ', ἀλλ' ἵνα
Τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανεστέρας.

καὶ τὸ ἐκ τοῦ Μελεάγρου τοῦ Ἀντιφῶντος,

Οὐχ ἵνα κτάνωσι θῆρ', ὅπως δὲ μάρτυρες
Ἀρετῆς γένωνται Μελεάγρῳ πρὸς Ἑλλάδα.

καὶ τὸ ἐκ τοῦ Αἴαντος τοῦ Θεοδέκτου, ὅτι ὁ Διομήδης προείλετο Ὀδυσσέα, οὐ τιμῶν, ἀλλ' ἵνα ἧττων ᾖ ὁ ἀκολουθῶν· ἐνδέχεται γὰρ τούτου ἕνεκα ποιῆσαι. 21 Ἄλλος κοινὸς καὶ τοῖς ἀμφισβητοῦσι καὶ τοῖς συμβουλεύουσι, σκοπεῖν τὰ προτρέποντα καὶ ἀποτρέπον-

manere. 20 Alius, cuius rei cauſa aliquid eſſe poteſt, quamvis non factum ſit, huius rei cauſa dicere id eſſe, aut factum eſſe; ut, ſi quis cui quid det, ut (*poſtea idem illi*) auferens dolorem inurat. Unde etiam hoc dictum eſt,

Fortuna multos ſaepe in altum provehit,
Non quod bene illis eſſe conſultum velit;
Sed ut inde caſu inſigniore corruant.

Et illud ex Meleagro Antiphontis,

Non ut feram conficiant, ſed teſtatior
Meleagri virtus totâ ut eſſet Graeciâ.

Et illud ex Aiace Theodectis, quod Diomedes Ulyſſem ſibi prae ceteris comitem elegerit, non quia eum magni faceret, ſed ut comitem inferiorem haberet; nam evenire poteſt, ut id aliquis propterea faciat. 21 Alius communis & dubitationibus & deliberationibus conſiderare ea, quae impellunt, & ea, quae revocant, &

τα, καὶ ὧν ἕνεκα καὶ πράττουσι καὶ φεύγουσι· ταῦτα γάρ ἐστιν, ἃ, ἐὰν μὲν ὑπάρχῃ, δεῖ πράττειν· οἷον, εἰ δυνατὸν, καὶ ῥᾴδιον, καὶ ὠφέλιμον ἢ αὐτῷ, ἢ φίλοις· ἢ βλαβερὸν ἐχθροῖς καὶ ἐπιζήμιον· ἢ ἐλάττων ἡ ζημία τοῦ πράγματος. καὶ προτρέπονται δ' ἐκ τούτων, καὶ ἀποτρέπονται ἐκ τῶν ἐναντίων· ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ κατηγοροῦσι, καὶ ἀπολογοῦνται· ἐκ μὲν τῶν ἀποτρεπόντων ἀπολογοῦνται· ἐκ δὲ τῶν προτρεπόντων κατηγοροῦσιν. ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος ὅλη τέχνη ἥ τε Παμφίλου, καὶ ἡ Καλλίππου. 22 Ἄλλος ἐκ τῶν δοκούντων μὲν γίγνεσθαι, ἀπίστων δὲ, ὅτι οὐκ ἂν ἔδοξαν, εἰ μὴ ἦν, ἢ ἐγγὺς ἦν· καὶ ὅτι μᾶλλον· ἢ γὰρ τὰ ὄντα, ἢ τὰ εἰκότα ὑπολαμβάνουσιν· εἰ οὖν ἄπιστον καὶ μὴ εἰκὸς, ἀληθὲς ἂν εἴη· οὐ γὰρ διά γε τὸ εἰκὸς καὶ πιθανὸν, δοκεῖ οὕτως. οἷον Ἀνδροκλῆς ἔλεγεν ὁ Πι-

quorum cauſa & faciunt homines & fugiunt; haec enim ſunt, quae, ſi quidem inſint, agere oportet; ut, ſi poſſibile, ſi facile & utile eſt aut ipſi, aut amicis; aut ſi damnum & detrimentum infert inimicis; aut ſi poena minor eſt, quam pro re. Hortantur autem ex his, & revocant ex contrariis; & ex his ipſis tum accuſant, tum defendunt; ex iis quidem, quae revocant, defendunt; ex iis vero, quae impellunt, accuſant. Eſt autem hic locus tota ars & Pamphili, & Callippi. 22 Alius ex iis, quae videntur quidem fieri, ſed tamen incredibilia ſunt, quod non viderentur, niſi aut eſſent, aut propemodum eſſent; & quod magis (*eſſent*); aut enim ea, quae ſunt, aut quae veriſimilia ſunt, opinantur homines; ſi igitur (*aliquid*) incredibile eſt nec probabile, verum ſit oportet; non enim ita videtur, quia veriſimile ac credibile ſit. Quemadmodum Androcles Pitheus

θεὺς κατηγορῶν τοῦ νόμου, ἐπεὶ ἐθορύβησαν αὐτῷ εἰπόντι· „Δέονται οἱ νόμοι νόμου τοῦ διορθώσοντος· καὶ γὰρ οἱ ἰχθύες ἁλός·„ καίτοι οὐκ εἰκὸς, οὐδὲ πιθανὸν, ἐν ἅλμῃ τρεφομένους δεῖσθαι ἁλός· „καὶ τὰ στέμφυλα ἐλαίου· „ καίτοι ἄπιστον, ἐξ ὧν ἔλαιον γίγνεται, ταῦτα δεῖσθαι ἐλαίου. 23 Ἄλλος ἐλεγκτικὸς, τὸ τὰ ἀνομολογούμενα σκοπεῖν, εἴ τι ἀνομολογούμενον ἐκ πάντων [καὶ] χρόνων, καὶ πράξεων, καὶ λόγων· χωρὶς μὲν ἐπὶ τοῦ ἀμφισβητοῦντος· οἷον, „ Καὶ φησὶ μὲν φιλεῖν ὑμᾶς, συνώμοσε δὲ τοῖς τριάκοντα·„ χωρὶς δ' ἐπ' αὐτοῦ, „Καὶ φησὶ μὲν, εἶναί με φιλόδικον, οὐκ ἔχει δὲ ἀποδεῖξαι δεδικασμένον οὐδεμίαν δίκην·„ χωρὶς δ' ἐπ' αὐτοῦ καὶ τοῦ ἀμφισβητοῦντος, „Καὶ οὗτος μὲν οὐ δεδάνεικε πώποτ' οὐδέν· ἐγὼ δὲ καὶ πολλοὺς λέλυμαι ὑμῶν.„ 24 Ἄλλος, τοῖς προδιαβεβλημένοις καὶ ἀνθρώποις καὶ πράγμασι, μὴ δο-

dixit legem quandam accusans, cum populus illi obstreperet: *Egent leges lege, quae ipsas corrigat; nam & pisces egent sale;* enimvero non verisimile est, nec probabile, eos, cum in salso alantur, sale egere; *& oleae egent oleo;* enimvero incredibile est, ex quibus oleum nascitur, ea ipsa oleo egere. 23 Alius ad redarguendum aptus, considerare ea, quae dissident, si quid in omnibus temporibus, & actionibus, & sermonibus dissideat; separatim quidem in adversario; ut, *Atque ait se vestri amantem ac studiosum esse, coniuravit autem cum triginta viris;* separatim vero in se ipso hoc modo, *Et ait quidem me sectatorem esse litium, non potest autem ostendere, mihi unquam cum quoquam litem in iudicio fuisse;* separatim denique in se & in adversario, *Et hic quidem nullum unquam sumtum fecit; ego autem etiam vestrum multos redemi.* 24 Alius, in calumniam antea vocatis & hominibus &

κοῦσι, τὸ λέγειν τὴν αἰτίαν τοῦ παραδόξου· ἔστι γάρ τι, δι' ὃ φαίνεται· οἷον ὑποβεβλημένης τινὸς τὸν αὐτῆς υἱὸν, διὰ τὸ ἀσπάζεσθαι ἐοίκει συνεῖναι τῷ μειρακίῳ· λεχθέντος δὲ τοῦ αἰτίου, ἐλύθη ἡ διαβολή. καὶ οἷον ἐν τῷ Αἴαντι τοῦ Θεοδέκτου, Ὀδυσσεὺς λέγει πρὸς τὸν Αἴαντα, διότι, ἀνδρειότερος ὢν τοῦ Αἴαντος, οὐ δοκεῖ. 25 Ἄλλος ἀπὸ τοῦ αἰτίου, ἄν τε ὑπάρχῃ, ὅτι ἐστί· κἂν μὴ ὑπάρχῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν· ἅμα γὰρ τὸ αἴτιον καὶ οὗ αἴτιον, καὶ ἄνευ αἰτίου οὐδέν ἐστιν. οἷον Λεωδάμας ἀπολογούμενος ἔλεγε, κατηγορήσαντος Θρασυβούλου, ὅτι ἦν στηλίτης γεγονὼς ἐν τῇ ἀκροπόλει· ἀλλ' ἐκκόψαι ἐπὶ τῶν τριάκοντα· „Οὐκ ἐνδέχεσθαι,„ ἔφη· „μᾶλλον γὰρ ἂν πιστεύειν αὐτῷ τοὺς τριάκοντα, ἐγγεγραμμένης τῆς ἔχθρας πρὸς

rebus, & quidem immerito, allata cauſa, calumniam diſſolvere. Exſiſtit enim aliquid, ob quod apparet, (*calumniam immeritam eſſe;*) ut, cum mulier quaedam corpus ſuum corpori filii ſuppoſuiſſet, ut eum amplexaretur, videbatur cum iuvene corpus commiſcuiſſe; expoſita vero cauſa, cur id feciſſet, diſſoluta eſt calumnia. Et ut in Aiace Theodectis, Ulyſſes adverſus Aiacem cauſam exponit, cur, cum ſit Aiace fortior, non tamen talis eſſe videatur. 25 Alius ex cauſa, ut, ſive cauſa ſit, rem eſſe; ſive cauſa non ſit, rem non eſſe dicamus; nam cauſa una cum eo eſt, cuius cauſa eſt, & ſine cauſa nihil eſt. Ut Leodamas cum ſe defenderet accuſante Thraſybulo, quod nomen ipſius in columna, quae in arce erat, inſcriptum fuiſſet; ſed deiectam eſſe columnam ab eo ſub triginta viris; *Fieri hoc non potuiſſe*, reſpondit; *tanto enim plus fidei ſibi habituros fuiſſe triginta viros, ſi inimicitias ipſius cum populo illa inſcriptione*

τὸν δῆμον.„ 26 Ἄλλος, εἰ ἐνεδέχετο βέλτιον ἄλλως, ἢ ἐνδέχεται, ὧν ἢ συμβουλεύει, ἢ πράττει, ἢ πέπραχε, σκοπεῖν· φανερὸν γὰρ, ὅτι, εἰ [μὴ] οὕτως ἔχει, οὐ πέπραχεν· οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν τὰ φαῦλα καὶ γιγνώσκων προαιρεῖται. ἔστι δὲ τοῦτο ψεῦδος· πολλάκις γὰρ ὕστερον γίγνεται δῆλον, πῶς ἦν πρᾶξαι βέλτιον· πρότερον δὲ ἄδηλον. 27 Ἄλλος, ὅταν τι ἐναντίον μέλλῃ πράττεσθαι τοῖς πεπραγμένοις, ἅμα σκοπεῖν· οἷον Ξενοφάνης Ἐλεάταις ἐρωτῶσιν, εἰ θύωσι τῇ Λευκοθέᾳ, καὶ θρηνῶσιν, ἢ μὴ, συνεβούλευεν, „εἰ μὲν θεὸν ὑπολαμβάνουσι, μὴ θρηνεῖν· εἰ δ' ἄνθρωπον, μὴ θύειν.„ 28 Ἄλλος τόπος, τὸ ἐκ τῶν ἁμαρτηθέντων κατηγορεῖν, ἢ ἀπολογεῖσθαι· οἷον ἐν τῇ Καρκίνου Μηδείᾳ οἱ μὲν κατηγοροῦσιν, ὅτι τοὺς παῖδας ἀπέκτεινεν· οὐ φαίνεσθαι γοῦν αὐτούς· ἥμαρτε γὰρ ἡ Μήδεια πε-

teſtatas vidiſſent. 26 Alius, ſi alia ratione commodius fieri poterat, poteſtve id, de quo aliquis aut deliberat, aut quod facit, fecitve, hanc rationem conſiderare; apparet enim, ſi hoc [non] ita ſe habet, eum non feciſſe; nam nemo ſponte eligit minus commoda, talia eſſe cognoſcens. Eſt autem hoc falſum; ſaepe enim re iam confecta manifeſtum fit, quomodo ea melius confici potuerit; antea vero hoc erat obſcurum. 27 Alius, conſiderare ſimul, numquid agendum ſit, quod adverſetur iis, quae facta ſunt; ut Xenophanes interrogantibus Eleatis, utrum Leucotheae ſacra facere deberent, eamque lugere, necne? auctor fuit, *ſi eam Deam putarent, ne lugerent; ſi vero hominem, ne ſacra facerent.* 28 Alius locus, ex iis, in quibus erratum eſt, accuſare, aut defendere; ut in Medea Carcini alii quidem eam accuſant, quod filios interfecerit; non enim hos compare-

ρὶ τὴν ἀποστολὴν τῶν παίδων· ἡ δ' ἀπολογεῖται, ὅτι οὐκ ἂν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τὸν Ἰάσονα ἂν ἀπέκτεινε· τοῦτο γὰρ ἥμαρτεν ἂν μὴ ποιήσασα, εἴπερ καὶ θάτερον ἐποίησεν. ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος τοῦ ἐνθυμήματος, καὶ τὸ εἶδος, ὅλη ἡ πρότερον Θεοδώρου τέχνη. 29 Ἄλλος, ἀπὸ τοῦ ὀνόματος· οἷον, ὡς ὁ Σοφοκλῆς,

Σαφῶς Σιδηρὼ, καὶ φοροῦσα τοὔνομα.

καὶ ὡς ἐν τοῖς τῶν θεῶν ἐπαίνοις εἰώθασι λέγειν· καὶ ὡς Κόνων Θρασύβουλον θρασύβουλον ἐκάλει· καὶ Ἡρόδικος Θρασύμαχον, „αἰεὶ θρασύμαχος εἶ", καὶ Πῶλον, „αἰεὶ σὺ πῶλος εἶ", καὶ Δράκοντα τὸν νομοθέτην, „ὅτι οὐκ ἂν ἀνθρώπου οἱ νόμοι, ἀλλὰ δράκοντος", χαλεποὶ γάρ· καὶ ὡς Εὐριπίδου Ἑκάβη εἰς τὴν Ἀφροδίτην,

Καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς·

καὶ ὡς Χαιρήμων,

re; nam erraverat Medea in filiis amandandis; ipsa autem ita se defendit, quod non filios, sed ipsum Iasonem interfectura fuerit; nam errasset sane, si hoc omisisset, cum alterum perpetrasset. Est vero hic locus, & haec species enthymematis tota prior ars Theodori. 29 Alius ex nomine; e. c. ut Sophocles:

Vere Sidero nomen ex merito gerit.

Et ut solent in Deorum laudibus dicere; & ut Conon Thrasybulum θρασύβουλον vocabat; & Herodicus Thrasymacho, *semper θρασύμαχος es;* & Polo, *semper tu πῶλος es;* & in Draconem legislatorem, *non hominis esse leges ipsius, sed draconis;* asperae enim erant; & ut Euripidis Hecuba in Aphroditen:

Merito eius nomen ab ἀφροσύνη incipit;

& ut Chaeremo,

Πενθεὺς, ἐσομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος.

30 Εὐδοκιμεῖ δὲ μᾶλλον τῶν ἐνθυμημάτων τὰ ἐλεγκτικὰ τῶν ἀποδεικτικῶν· διὰ τὸ συναγωγὴν μὲν ἐναντίων εἶναι ἐν μικρῷ τὸ ἐλεγκτικὸν ἐνθύμημα· παράλληλα δὲ φανερὰ εἶναι τῷ ἀκροατῇ μᾶλλον. πάντων δὲ καὶ τῶν ἐλεγκτικῶν καὶ τῶν δεικτικῶν συλλογισμῶν θορυβεῖται μάλιστα τὰ τοιαῦτα, ὅσα ἀρχόμενα προορῶσι, μὴ τῷ ἐπιπολῆς εἶναι· ἅμα γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐφ' αὑτοῖς χαίρουσι προαισθανόμενοι· καὶ ὅσων τοσοῦτον ὑστερίζουσιν, ὥσθ' ἅμα εἰρημένων γνωρίζειν.

ΚΕΦ. κδ'.

ΤΟΠΟΙ ΤΩΝ ΦΑΙΝΟΜΕΝΩΝ ΕΝΘΥΜΗΜΑΤΩΝ.

Ἐπεὶ δ' ἐνδέχεται, τὸν μὲν εἶναι συλλογισμὸν, τὸν δὲ μὴ εἶναι μὲν, φαίνεσθαι δέ· ἀνάγκη καὶ, ἐν-

Pentheus, futuro nomen a luctu gerens.

30 Ex enthymematibus autem magis commendantur, quae ad refellendum, quam quae ad demonſtrandum valent; quoniam enthymema redarguens eſt concluſio contrariorum in anguſtum locum; comparata autem inter ſe contraria audienti magis perſpicua fiunt. Ex omnibus vero ſyllogiſmis tam redarguentibus, quam demonſtrantibus, perturbant maxime, quicunque ſunt tales, ut ſimulac illi proferuntur, audientes eos praevideant, non tamen, quod in promtu ſint; ſimul enim & ipſi ſecum ipſis gaudent praeſentientes; & quicunque ita deinceps enuntiantur, ut, ſimulac dicti fuerint, ipſi (*audientes*) cognoſcant.

CAP. XXIV.

Loci enthymematum fallacium.

Quoniam autem contingit, hunc quidem eſſe ſyllogiſmum, illum autem non eſſe, ſed videri; neceſſe eſt

θύμημα τὸ μὲν εἶναι ἐνθύμημα, τὸ δὲ μὴ εἶναι, φαίνεσθαι δέ· ἐπείπερ τὸ ἐνθύμημα συλλογισμός τις. 2 Τόποι δ' εἰσὶ τῶν φαινομένων ἐνθυμημάτων, εἷς μὲν ὁ παρὰ τὴν λέξιν· καὶ τούτου ἓν μὲν μέρος, ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς, τὸ μὴ συλλογισάμενον συμπερασματικῶς τὸ τελευταῖον εἰπεῖν, „Οὐκ ἄρα τὸ καὶ τό· ἀνάγκη ἄρα, τὸ καὶ τό.„ καὶ τὸ τοῖς ἐνθυμήμασι συνεστραμμένως καὶ ἀντικειμένως εἰπεῖν φαίνεται ἐνθύμημα· ἡ γὰρ τοιαύτη λέξις χώρα ἐστὶν ἐνθυμήματος. καὶ ἔοικε τὸ τοιοῦτον εἶναι παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως. ἔστι δὲ εἰς τὸ τῇ λέξει συλλογιστικῶς λέγειν χρήσιμον τὸ συλλογισμῶν πολλῶν κεφάλαια λέγειν· „Ὅτι τοὺς μὲν ἔσωσε, τοῖς δ' ἑτέροις ἐτιμώρησε, τοὺς δ' Ἕλληνας ἠλευθέρωσεν.„ ἕκαστον μὲν γὰρ τούτων ἐξ ἄλλων ἀπεδείχθη· συντεθέντων δὲ, φαίνεται, καὶ ἐκ τού-

quoque, enthymema hoc quidem esse enthymema, illud vero non esse, sed videri; siquidem enthymema syllogismus quidam est. 2 Loci autem sunt apparentium enthymematum, unus quidem ex dictione; atque huius una pars est, ut in dialecticis, cum quis nihil syllogismo concluserit, in modum conclusionis extremum dicere, *Non est hoc & hoc; necesse ergo est hoc & hoc.* Nam & contortum & tanquam ex contrariis conclusum dicendi genus speciem aliquam enthymematis efficit; talis enim dictio quasi sedes est enthymematis. Et videtur haec fallacia ex ipsa orationis conformatione proficisci. Est autem utile ad hoc, ut syllogistice dicere videamur, multorum syllogismorum capita dicere; e. c. *Alios quidem servavit, alios vero ultus est, Graecos autem in libertatem vindicavit.* Etenim haec singula quidem ex aliis demonstrata sunt; cum autem coniuncta fuerint, videtur etiam

των τι γίγνεσθαι. ἓν δὲ τὸ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, [ὡς] τὸ Φάναι, σπουδαῖον εἶναι μῦν, ἀΦ' οὗ γ' ἐστὶν ἡ τιμιωτάτη πασῶν τελετή· τὰ γὰρ μυστήρια πασῶν τιμιωτάτη τελετή. ἢ εἴ τις [τὸν] κύνα ἐγκωμιάζων τὸν ἐν τῷ οὐρανῷ συμπαραλαμβάνει, ἢ τὸν Πᾶνα, ὅτι Πίνδαρος ἔΦη,

Ὦ μάκαρ, ὅν τε μεγάλας Θεοῦ κύνα παντοδαπὸν καλέουσιν Ὀλύμπιοι·

ἢ ὅτι τὸ μηδένα εἶναι κύνα ἀτιμώτατόν ἐστιν· ὥστε τὸ κύνα δηλονότι τίμιον. * καὶ τὸ κοινωνικὸν Φάναι τὸν Ἑρμῆν εἶναι μάλιστα τῶν Θεῶν· μόνος γὰρ καλεῖται κοινὸς Ἑρμῆς. καὶ τὸ τὸν λόγον εἶναι σπουδαιότατον· ὅτι οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες οὐ χρημάτων, ἀλλὰ λόγου εἰσὶν ἄξιοι· τὸ γὰρ λόγου ἄξιον οὐχ ἁπλῶς λέγεται. 3 Ἄλλος, τὸ διηρημένον συντιθέντα λέγειν,

ex ipsis aliquid effici. Altera autem pars (*illius loci*) est, ex homonymia (*concludere*), ut, dicere, murem esse animal magni pretii, a quo sacra omnium augustissima nomen habeant; nam mysteria sacra sunt omnium augustissima. Aut si quis canem laudans assumat una canem coelestem, aut Pana, quoniam Pindarus cecinit,

O beate, quem & magnae Deae canem omnifarium vocant Olympii;

aut quia turpissimum est, ne canem quidem domi esse, hinc concludat, honestum esse, si quis sit canis. Et dicere, Mercurium maxime ex omnibus Diis ad *communicanda bona sua* propensum esse; solus enim *communis* Mercurius vocatur. Et λόγον esse rem omnium praestantissimam, quia praestantes viri non pecuniis digni, sed λόγου ἄξιοι sunt; nam τὸ λόγου ἄξιον non uno tantum modo dicitur. 3 Alius, id, quod separatim verum est,

ἢ τὸ συγκείμενον διαιροῦντα. ἐπεὶ γὰρ ταὐτὸν δοκεῖ εἶναι οὐκ ὂν ταὐτὸ πολλάκις, ὁπότερον χρησιμώτερον, τοῦτο δεῖ ποιεῖν. ἔστι δὲ τοῦτο Εὐθυδήμου λόγος· οἷον, τὸ εἰδέναι, ὅτι τριήρης ἐν Πειραιεῖ ἐστιν· ἕκαστον γὰρ οἶδε· καὶ τὸν τὰ στοιχεῖα ἐπιστάμενον, ὅτι τὸ ἔπος οἶδε· τὸ γὰρ ἔπος τὸ αὐτό ἐστι. καὶ ἐπεὶ τὸ δὶς τοσοῦτον νοσῶδες, μηδὲ τὸ ἓν φάναι ὑγιεινὸν εἶναι· ἄτοπον γὰρ, εἰ τὰ δύο ἀγαθὰ ἓν κακόν ἐστιν. σύτω μὲν οὖν ἐλεγκτικόν· ὧδε δὲ δεικτικόν ἐστιν· οὐ γάρ ἐστιν ἓν ἀγαθὸν δύο κακά. ὅλος δὲ ὁ τόπος παραλογιστικός. πάλιν τὸ Πολυκράτους εἰς Θρασύβουλον, ὅτι τριάκοντα τυράννους κατέλυσε· συντίθησι γάρ. ἢ τὸ ἐν τῷ Ὀρέστῃ τῷ Θεοδέκτου· ἐκ διαιρέσεως γάρ ἐστι·

Δίκαιόν ἐστιν, εἴ τις ἂν κτείνῃ πόσιν,
ἀποθνήσκειν ταύτην,

coniunctim dicere, aut quod coniungendum erat, dividere. Quoniam enim idem videtur esse, & saepe tamen non idem est, utrum magis ex usu nostro fuerit, id facere oportet. Hinc autem nata est Euthydemi fallax concluſiuncula; ut, sciſne, triremes in Piraeeo esse? seorsim enim novit; & elementa scientem scire etiam carmen; etenim carmen idem est. Et quoniam bis tantum valetudini nocet, dicere, ne unum quidem salubre esse; nam absurdum est, ex duobus bonis conflari unum malum. Ac sic quidem ad redarguendum valet; hoc autem modo ad demonstrandum; non enim unum bonum e duobus malis conflatum est. Totus vero locus fallax & captiosus est. Rursusque illud Polycratis in Thrasybulum, quod triginta tyrannos sustulerit; coniungit enim. Aut illud in Oreste Theodectis; nam ex divisione est:

Num, quaeso, iustum est, si qua sustulerit maritum,
hanc mori,

Καὶ τῷ πατρί γε τιμωρεῖν τὸν υἱόν;
οὐκοῦν καὶ ταῦτα πέπρακται· συντεθέντα γὰρ, ἴσως οὐκέτι δίκαιον. εἴη δ' ἂν καὶ παρὰ τὴν ἔλλειψεν· ἀφαιρεῖται γὰρ τὸ ὑπό τινος. 4 Ἄλλος δὲ τόπος, τὸ δεινώσει κατασκευάζειν, ἢ ἀνασκευάζειν. τοῦτο δ' ἐστὶν, ὅταν μὴ δείξας, ὅτι ἐποίησεν, αὐξήσῃ τὸ πρᾶγμα· ποιεῖ γὰρ φαίνεσθαι, ἢ ὡς οὔτε πεποίηκεν, ὅταν ὁ τὴν αἰτίαν ἔχων αὔξῃ· ἢ ὡς πεποίηκεν, ὅταν ὁ κατηγορῶν ὀργίζηται. οὐκοῦν ἐστιν ἐνθύμημα· παραλογίζεται γὰρ ὁ ἀκροατὴς, ὅτι ἐποίησεν, ἢ οὐκ ἐποίησεν, οὐ δεδειγμένου. 5 Ἄλλος, τὸ ἐκ σημείου· ἀσυλλόγιστον γὰρ καὶ τοῦτο· οἷον, εἴ τις λέγοι, Ταῖς πόλεσι συμφέρουσιν οἱ ἐρῶντες· ὁ γὰρ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἔρως κατέλυσε τὸν τύραννον Ἵππαρχον· καὶ εἴ τις λέγοι, „Ὅτι κλέπτης Διονύσιος· πονηρὸς γάρ·„ ἀσυλ-

Et paternam filio ulciſci necem?
Atqui haec ipſa geſta ſunt; etenim ſi haec coniungat, non amplius fortaſſe iuſtum fuerit. Poterit autem hoc referri ad fallaciam mancae ac mutilae orationis; non enim explanatum eſt, *a quo*. 4 Alius vero locus eſt, exaggeratione confirmare aliquid aut refellere. Hoc autem fit, cum quis, reum aliquid feciſſe, non docuit, rem tamen ipſam amplificat & extollit; nam efficit (*haec ratio*), ut (*de duobus alterum*) videatur, aut non feciſſe eum, (*qui accuſatur*,) ſi accuſator rem in maius extulerit; aut feciſſe, ſi accuſator excandeſcat. Enthymema igitur non eſt; decipitur enim auditor, factum aut non factum id putans, de quo nihil tale demonſtratum eſt. 5 Alius, e ſigno; nam & hoc ſyllogiſmo probari nequit; ut, ſi quis dicat, civitatibus utiles eſſe amores; nam Harmodii & Ariſtogitonis amor Hipparchum tyrannum ſuſtulit; & ſi quis dicat, *Furem eſſe Dionyſium;*

λόγιστον γὰρ καὶ τοῦτο· οὐ γὰρ πᾶς πονηρὸς κλέπτης· ἀλλ' ὁ κλέπτης πᾶς πονηρός. 6 Ἄλλος διὰ τὸ συμβεβηκός· οἷον, ὁ λέγει Πολυκράτης εἰς τοὺς μῦς, ὅτι ἐβοήθησαν διατραγόντες τὰς νευράς. ἢ εἴ τις φαίη, τὸ ἐπὶ δεῖπνον κληθῆναι τιμιώτατον· διὰ γὰρ τὸ μὴ κληθῆναι ὁ Ἀχιλλεὺς ἐμήνισε τοῖς Ἀχαιοῖς ἐν Τενέδῳ· ὁ δ' ὡς ἀτιμαζόμενος ἐμήνισε· συνέβη δὲ τοῦτο ἐπὶ τοῦ μὴ κληθῆναι. 7 Ἄλλος, τὸ παρὰ τὸ ἑπόμενον· οἷον, ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι μεγαλόψυχος· ὑπεριδὼν γὰρ τὴν πολλῶν ὁμιλίαν ἐν τῇ Ἰδῃ διέτριβε καθ' αὑτόν· ὅτι γὰρ οἱ μεγαλόψυχοι τοιοῦτοι, καὶ οὗτος μεγαλόψυχος δοξειεν ἄν. καὶ ἐπὶ καλλωπιστὴς, καὶ νύκτωρ πλανᾶται, μοιχός· ὅτι καὶ οἱ μοιχοὶ τοιοῦτοι. ὅμοιον δὲ καὶ, ὅτι ἐν τοῖς ἱεροῖς οἱ πτωχοὶ καὶ ᾄδουσι καὶ ὀρχοῦνται· καὶ ὅτι τοῖς φυγάσιν ἔξεστιν οἰκεῖν, ὅπου ἂν

improbum enim esse; nam sic quoque nihil concluditur; non enim quicunque improbus est, fur est; sed quicunque fur, improbus est. 6 Alius ob id, quod casu accidit; ut, quod ait Polycrates in mures, eos auxilio fuisse corrosis arcuum nervis. Aut si quis dicat, ad coenam vocari honorificentissimum esse; Achilles enim in Tenedo, quod non vocatus fuisset, graviter Achivis succensuit; at ille succensuit tanquam ignominia affectus; accidit autem hoc ex eo, quia non vocatus fuit. 7 Alius, ex eo, quod sequitur; ut, in Alexandro, eum magnanimum fuisse; contemta enim hominum frequentia, in Ida solum egisse; nam quia magnanimi tales sunt, hic quoque magnanimus videri possit. Et quando formam colit, & nocte vagatur, adulter est; quoniam adulteri quoque tales sunt. Simile vero etiam est, (*ut, si quis dicat,*) mendicos in sacris & canere, & saltare; & exsulibus habitare licere, ubicunque voluerint; nam quod

θέλωσιν· ὅτι γὰρ τοῖς δοκοῦσιν εὐδαιμονεῖν ὑπάρχει ταῦτα, καὶ, οἷς ὑπάρχει ταῦτα, δόξαιεν ἂν εὐδαιμονεῖν. διαφέρει δὲ τῷ πῶς· διὸ καὶ εἰς τὴν ἔλλειψιν ἐμπίπτει. 8 Ἄλλος παρὰ τὸ ἀναίτιον, ὡς αἴτιον· οἷον τὸ ἅμα ἢ μετὰ τοῦτο γεγονέναι· τὸ γὰρ μετὰ τοῦτο ὡς διὰ τοῦτο λαμβάνουσι, καὶ μάλιστα οἱ ἐν ταῖς πολιτείαις· οἷον, ὡς ὁ Δημάδης τὴν Δημοσθένους πολιτείαν πάντων τῶν κακῶν αἰτίαν· μετ' ἐκείνην γὰρ συνέβη ὁ πόλεμος. 9 Ἄλλος παρὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ πότε καὶ πῶς· οἷον, ὅτι δικαίως Ἀλέξανδρος ἔλαβε τὴν Ἑλένην· αἵρεσις γὰρ αὐτῇ ἐδόθη παρὰ τοῦ πατρός· οὐ γὰρ αἰεὶ ἴσως, ἀλλὰ τὸ πρῶτον· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ μέχρι τούτου κύριος. ἢ εἴ τις φαίη, τὸ τύπτειν τοὺς ἐλευθέρους ὕβριν εἶναι· οὐ γὰρ πάντως· ἀλλ' ὅταν ἄρχῃ χειρῶν ἀδίκων. 10 Ἔτι, ὥσπερ ἐν

iis, qui beate vivere videntur, haec insint, ii quoque, quibus ea insunt, beati videri possint. Differunt autem τῷ Quomodo; quare hoc quoque incidit in vitium mancae ac mutilae orationis. 8 Alius, quae causa non est, eam ut causam ponere; ut quia *simul* aut *postea* factum sit; quod enim *postea* evenit, quasi *propterea* evenerit, accipiunt, & maxime in rerumpublicarum administrationibus; quemadmodum Demades Demosthenis administrationem reipublicae omnium malorum causam exstitisse dixit; nam post eam bellum accidisse. 9 Alius ab omissione temporis & modi; ut, quod Alexander iuste Helenam abduxerit; data enim erat Helenae a patre eligendi potestas; at fortasse non semper, sed principio; nam pater hucusque dominus erat. Aut si quis contumeliam esse dicat, pulsare homines liberos; non enim omnino ita est; sed tum demum, si quis prior iniuria lacessat. 10 Praeterea, quemadmodum in litigiosis

τοῖς ἐριστικοῖς παρὰ τὸ ἁπλῶς καὶ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ κατά τι γίγνεται φαινόμενος συλλογισμός· οἷον ἐν μὲν τοῖς διαλεκτικοῖς, ὅτι ἐστὶ τὸ μὴ ὄν· ἔστι γὰρ τὸ μὴ ὂν μὴ ὄν· καὶ ὅτι ἐπιστητὸν τὸ ἄγνωστον· ἔστι γὰρ ἐπιστητὸν, τὸ ἄγνωστον ὅτι ἄγνωστον· οὕτω καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἐστι φαινόμενον ἐνθύμημα παρὰ τὸ μὴ ἁπλῶς εἰκὸς, ἀλλά τι εἰκός. ἔστι δὲ τοῦτο οὐ καθόλου, ὥσπερ καὶ Ἀγάθων λέγει,

Τάχ' ἄν τις εἰκὸς αὐτὸ τοῦτ' εἶναι λέγοι,
Βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνειν οὐκ εἰκότα·

γίγνεται γὰρ τὸ παρὰ τὸ εἰκὸς· ὥστ' εἰκὸς καὶ τὸ παρὰ τὸ εἰκός. εἰ δὲ τοῦτο, ἔσται τὸ μὴ εἰκὸς, εἰκός· ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς· ἀλλ', ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐριστικῶν τὸ κατά τι, καὶ πρός τι, καὶ πῇ, οὐ προστιθέμενα ποιεῖ συκοφαντίαν, καὶ ἐνταῦθα παρὰ τὸ εἰκὸς

ex eo, quod simpliciter, & eo, quod non simpliciter, sed adiuncto aliquo, verum est, exsistit apparens syllogismus; e. c. in dialecticis, non ens *esse;* non ens enim est *non ens;* & id, quod cognosci non potest, sciri posse; certe enim quod cognosci non potest, sciri potest, cognosci non posse; sic quoque in rhetoricis exsistit apparens enthymema ex eo, quod non simpliciter verisimile est, sed adiuncto aliquo verisimile. Est autem hoc non universe, ut & Agatho dixit,

Credibile hoc aliquis non immerito dixerit,
Multa hominibus evenire non credibilia.

Evenit enim aliquid praeter id, quod verisimile erat; ita ut verisimile sit etiam id, quod est praeter verisimile. Quod si autem est, id, quod verisimile non est, verisimile erit; non tamen simpliciter; immo vero, ut & in contentiosis eo fraus fit, quia non additur, qua ex parte, aut quocum collatum, aut ubi; ita & hic, quia quod praeter verisimile est, non est simpliciter ve-

εἶναι μὴ ἁπλῶς, ἀλλά τι εἰκός. 11 Ἔστι δ' ἐκ τούτου τοῦ τόπου ἡ Κόρακος τέχνη συγκειμένη· ἄν τε γὰρ μὴ ἔνοχος ᾖ τῇ αἰτίᾳ, οἷον ἀσθενὴς ὢν, αἰκίαν φεύγει· οὐ γὰρ εἰκός· κἂν ἔνοχος ὢν, οἷον ἂν ἰσχυρὸς ὤν· οὐ γὰρ εἰκὸς, ὅτι εἰκὸς ἔμελλε δόξειν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· ἢ γὰρ ἔνοχον ἀνάγκη, ἢ μὴ ἔνοχον εἶναι τῇ αἰτίᾳ. Φαίνεται μὲν οὖν ἀμφότερα εἰκότα· ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰκὸς· τὸ δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται· καὶ τὸ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν τοῦτ' ἐστί. καὶ ἐντεῦθεν δικαίως ἐδυσχέραινον οἱ ἄνθρωποι τὸ Πρωταγόρου ἐπάγγελμα· ψεῦδός τε γάρ ἐστι καὶ οὐκ ἀληθὲς, ἀλλὰ φαινόμενον εἰκὸς, καὶ ἐν οὐδεμιᾷ τέχνῃ, ἀλλ' ἐν ῥητορικῇ καὶ ἐριστικῇ. καὶ περὶ μὲν ἐνθυμημάτων καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν φαινομένων εἴρηται.

risimile, sed tantum aliqua ex parte. 11 Est autem ars Coracis ex hoc loco composita; nam sive quis non sit obnoxius crimini, ut qui imbecillo corpore est, causam dicat, quod alium verberarit; non enim verisimile est; sive sit obnoxius, utpote robustus; non enim verisimile est, (*eum id fecisse;*) nam facile intelligebat, id in se verisimile visum iri. Similiter vero etiam in aliis; nam necesse est, aut talem esse, ut in eum cadat suspicio; aut talem, ut non cadat. Ergo videntur quidem utraque verisimilia; est autem illud quidem verisimile; hoc vero non simpliciter, sed ut dictum est; atque hoc est efficere, ut causa inferior fiat superior. Et hinc merito adversabantur homines id, quod Protagoras profitebatur; nam mendacium est, neque verum, sed apparens verisimile, neque in ulla arte, praeterquam in rhetorica & eristica. Ac de enthymematibus quidem tum de iis, quae sunt, tum de iis, quae videntur, dictum est.

ΚΕΦ. κε'.

ΠΕΡΙ ΛΥΣΕΩΝ.

Περὶ δὲ λύσεων ἐχόμενόν ἐστι τῶν εἰρημένων εἰπεῖν. ἔστι δὲ λύειν ἢ ἀντισυλλογισάμενον, ἢ ἔνστασιν ἐνεγκόντα. 2 Τὸ μὲν οὖν ἀντισυλλογίζεσθαι, δῆλον, ὅτι ἐκ τῶν αὐτῶν τόπων ἐνδέχεται ποιεῖν· οἱ μὲν γὰρ συλλογισμοὶ ἐκ τῶν ἐνδόξων· δοκοῦντα δὲ πολλὰ ἐναντία ἀλλήλοις ἐστίν. 3 Αἱ δ' ἐνστάσεις φέρονται, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς τοπικοῖς, τετραχῶς· ἢ γὰρ ἐκ ταὐτοῦ, ἢ ἐκ τοῦ ὁμοίου, ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου, ἢ ἐκ τῶν κεκριμένων. 4 Λέγω δὲ ἀπὸ ταὐτοῦ μὲν, οἷον, εἰ περὶ ἔρωτος εἴη ἐνθύμημα, ὡς σπουδαῖος, ἡ ἔνστασις διχῶς· ἢ γὰρ καθόλου εἰπόντα, ὅτι πᾶσα ἕνδεια πονηρόν· ἢ κατὰ μέρος, ὅτι οὐκ ἂν ἐλέγετο „Καύνιος ἔρως,„ εἰ μὴ ἦσαν καὶ πονηροὶ ἔρωτες. 5 Ἐπὶ δὲ τοῦ ἐναντίου ἔνστασις φέρεται· οἷον, εἰ τὸ ἐνθύμημα ἦν, ὅτι ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ

CAP. XXV.

De solutionibus.

Consequens autem est iis, quae diximus, ut de solutionibus differamus. Licet vero solvere aut contrario syllogismo, aut instantiam inferendo. 2 Ac contrarios quidem syllogismos patet ex iisdem illis locis duci posse; nam syllogismi ex probabilibus eruuntur; probabilia autem multa sibi invicem contraria sunt. 3 Instantiae vero quatuor modis fiunt, ut & in topicis; aut enim ex eodem, aut ex simili, aut e contrario, aut ex iudicatis. 4 Dico autem ex eodem, ut, si de amore enthymema sit, eum bonum esse, duplex instantia inferri potest; aut enim universe, ita ut dicamus, omnem indigentiam malum esse; aut ex parte, quod non diceretur *Caunius amor*, nisi essent & mali amores. 5 Ex contrario vero instantia infertur, ut, si enthymema sit,

πάντας τοὺς φίλους εὖ ποιεῖ· ἀλλ' οὐδ' ὁ μοχθηρὸς κακῶς. 6 Ἐπὶ δὲ τῶν ὁμοίων, εἰ ἦν τὸ ἐνθύμημα, ὅτι οἱ κακῶς πεπονθότες αἰεὶ μισοῦσιν, ὅτι ἀλλ' οὐδὲ οἱ εὖ πεπονθότες αἰεὶ φιλοῦσιν. 7 Αἱ δὲ κρίσεις αἱ ἀπὸ τῶν γνωρίμων ἀνδρῶν· οἷον, εἴ τις ἐνθύμημα εἶπεν, ὅτι τοῖς μεθύουσι δεῖ συγγνώμην ἔχειν· ἀγνοοῦντες γὰρ ἁμαρτάνουσιν· ἔνστασις ὅτι, οὐκ οὖν ὁ Πιττακὸς αἰνετός· οὐ γὰρ ἂν μείζους ζημίας ἐνομοθέτησεν, ἐάν τις μεθύων ἁμαρτάνῃ. 8 Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐνθυμήματα λέγεται ἐκ τεττάρων· τὰ δὲ τέτταρα ταῦτά ἐστιν, εἰκὸς, παράδειγμα, τεκμήριον, σημεῖον· ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐκ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἢ ὄντων, ἢ δοκούντων, συνηγμένα ἐνθυμήματα ἐκ τῶν εἰκότων· τὰ δὲ δι' ἐπαγωγῆς [διὰ] τοῦ ὁμοίου, ἢ ἑνὸς, ἢ πλειόνων, ὅταν λαβὼν τὸ καθόλου, εἶτα συλλογίσηται τὰ κατὰ μέρος,

virum bonum amicis omnibus benefacere; at ne improbus quidem male. 6 E ſimilibus autem, ſi enthymema ſit, Omnes ii, quibus mali aliquid factum eſt, ſemper oderunt; at neque ii, qui beneficium acceperunt, ſemper amant. 7 Iudicia vero ea demum (*hîc intelliguntur*), quae ab illuſtribus viris facta ſunt; ut, ſi quis enthymema dixerit, ignoſcendum eſſe temulentis; ignorantes enim eos peccare; obſiſti poteſt hoc modo, Non igitur Pittacus laudandus eſt; non enim conſtituit maiores poenas, ſi quis ebrius deliquit. 8 Quoniam autem enthymemata ex quatuor (*locis*) ducuntur; hi quatuor vero ſunt, veriſimile, exemplum, tecmerion, ſignum; atque enthymemata quidem concluſa ex iis, quae plerumque aut ſunt aut videntur, ex veriſimilibus ſunt; quae autem ex inductione rei ſimilis, aut unius, aut plurium, cum aliquis, qui aſſumſerit univerſale, deinde conclu-

διὰ παραδείγματος· τὰ δὲ δι' ἀναγκαίου, καὶ ὄντος, διὰ τεκμηρίου· τὰ δὲ διὰ τοῦ καθόλου, ἢ τοῦ ἐν μέρει ὄντος, ἐάν τε ὂν, ἐάν τε μὴ, διὰ σημείων· τὸ δὲ εἰκὸς οὐ τὸ αἰεὶ, ἀλλὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ· Φανερὸν, ὅτι τὰ τοιαῦτα μὲν τῶν ἐνθυμημάτων αἰεί ἐστι λύειν φέροντα ἔνστασιν. 9 Ἡ δὲ λύσις φαινομένη, ἀλλ' οὐκ ἀληθὴς αἰεί· οὐ γὰρ, ὅτι οὐκ εἰκὸς, λύει ὁ ἐνιστάμενος, ἀλλ', ὅτι οὐκ ἀναγκαῖον. 10 Διὸ καὶ ἀεί ἐστι πλεονεκτεῖν ἀπολογούμενον μᾶλλον ἢ κατηγοροῦντα διὰ τοῦτον τὸν παραλογισμόν. ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν κατηγορῶν δι' εἰκότων ἀποδείκνυσιν· ἔστι δὲ οὐ ταὐτὸ λῦσαι, ἢ ὅτι οὐκ εἰκὸς, ἢ ὅτι οὐκ ἀναγκαῖον· ἀεὶ δὲ ἔχει ἔνστασιν τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· οὐ γὰρ ἂν ἦν εἰκὸς, ἀλλ' ἀεὶ καὶ ἀναγκαῖον· ὁ δὲ κριτὴς οἴεται, ἂν οὕτως ἐλύθη, ἢ οὐκ εἰκὸς εἶναι, ἢ οὐχ αὑτῷ κριτέον, παραλογιζόμενος, ὥσπερ ἐλέγο-

dat particularia, ab exemplo; porro quae ex neceſſario, & eo, quod eſt, a tecmerio; quae denique ex univerſali, aut particulari, ſive hoc ſit, ſive non ſit, ex ſignis; veriſimile autem non eſt id, quod ſemper, ſed quod plerumque eſt: apparet, talia enthymemata ſemper ſolvi poſſe obiectionem afferendo. 9 Solutio autem apparens eſt, ſed non ſemper vera; non enim negando, eſſe veriſimile, ſolvit obiiciens, ſed (*negando*), eſſe neceſſarium. 10 Quamobrem ſemper meliori conditione eſt defendens, quam accuſans, propter hanc captionem. Nam quoniam accuſans ex veriſimilibus probat; non vero idem eſt ſolvere, aut quod non ſit veriſimile, aut quod non neceſſarium; & ſemper habet obiectionem id, quod plerumque eſt; neque enim eſſet veriſimile, ſed ſemper ac neceſſarium; iudex vero putat, ſi ſic ſolutum ſit, aut non eſſe veriſimile, aut non ex eo iudicandum eſſe, decipitur, ut diximus. Non enim

μεν. οὐ γὰρ ἐκ τῶν ἀναγκαίων δεῖ αὐτὸν μόνον κρίνειν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν εἰκότων· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ κρίνειν· οὔκουν ἱκανὸν, ἂν λύσῃ, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖον· ἀλλὰ δεῖ λύειν, ὅτι οὐκ εἰκός. τοῦτο δὲ συμβήσεται, ἐὰν ᾖ ἡ ἔνστασις μᾶλλον ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. 11 Ἐνδέχεται δὲ εἶναι τοιαύτην διχῶς, ἢ τῷ χρόνῳ, ἢ τοῖς πράγμασι· [τὰ] κυριώτατα δὲ, εἰ ἀμφοῖν· εἰ γὰρ τὰ πλεονάκις οὕτω, τοῦτ' ἔστιν εἰκὸς μᾶλλον. 12 Λύεται δὲ καὶ τὰ σημεῖα, καὶ τὰ διὰ σημείου ἐνθυμήματα εἰρημένα, κἂν ᾖ ὑπάρχοντα, ὥσπερ ἐλέχθη ἐν τοῖς πρώτοις· ὅτι γὰρ ἀσυλλόγιστόν ἐστι πᾶν σημεῖον, δῆλον ἡμῖν ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν. 13 Πρὸς δὲ τὰ παραδειγματώδη ἡ αὐτὴ λύσις, καὶ τὰ εἰκότα· ἐάν τε γὰρ ἔχωμέν τι οὐχ οὕτω, λέλυται, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖον, ἢ καὶ τὰ πλείω, καὶ πλεονάκις

ex neceſſariis oportet ipſum tantum iudicare, ſed etiam ex veriſimilibus; nam hoc eſt optima mente iudicare; non igitur ſatis eſt, ſi ita ſolvat, ut neget neceſſarium eſſe; ſed ita ſolvendum eſt, ut oſtendat, non eſſe veriſimile. Quod ita demum conſequi poterit, ſi id, quod contra adferetur, tale erit, ut ipſum potius dicatur plerumque evenire. 11 Contingit vero hoc duobus modis, aut tempore, aut rebus ipſis; maxime autem, ſi utriſque; ſi enim & plura & ſaepius ita eveniunt, hoc veriſimile magis eſt. 12 Solvuntur autem & ſigna, & quae ex ſigno ducuntur enthymemata, etiamſi ſigna ipſa vera fuerint, ut in ſuperioribus diximus; omne enim ſignum ineptum eſſe ad ſyllogiſmum conficiendum, conſtat nobis ex Analyticis. 13 Eorum autem, quae ab exemplis ducuntur, eadem ſolutio eſt, quae veriſimilium; nam & ſi diſſimile aliquod exemplum adferamus, oſtendemus, non eſſe neceſſarium, & multo magis, ſi

ἄλλως· ἐὰν δὲ καὶ τὰ πλείω καὶ τὰ πλεονάκις, οὕτω μαχητέον, ἢ ὅτι τὸ παρὸν οὐχ ὅμοιον, ἢ οὐχ ὁμοίως, ἢ διαφοράν γέ τινα ἔχει. 14 Τὰ δὲ τεκμήρια καὶ τεκμηριώδη ἐνθυμήματα κατὰ μὲν τὸ ἀσυλλόγιστον οὐκ ἔσται λῦσαι. δῆλον δὲ καὶ τοῦθ' ἡμῖν ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν. λείπεται δ', ὡς οὐχ ὑπάρχει τὸ λεγόμενον, δεικνύναι. εἰ δὲ φανερὸν, καὶ ὅτι ὑπάρχει, καὶ ὅτι τεκμήριον, ἄλυτον ἤδη γίγνεται τοῦτο· πάντα γὰρ γίγνεται ἀποδείξει ἤδη φανερά.

ΚΕΦ. κστ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΞΕΙΝ ΚΑΙ ΜΕΙΟΥΝ.

Τὸ δ' αὔξειν καὶ μειοῦν οὐκ ἔστιν ἐνθυμήματος στοιχεῖον· τὸ γὰρ αὐτὸ λέγω στοιχεῖον καὶ τόπον. ἔστι γὰρ στοιχεῖον καὶ τόπος, εἰς ὃ πολλὰ ἐνθυμήματα

plura ac saepius aliter evenire doceamus; quod si autem & plura & saepius ita evenire constet, (*ut adversarii volunt*,) pugnandum est sic, ut ostendamus, id, de quo agitur, non esse simile, aut non similiter, aut omnino discriminis aliquid esse. 14 Tecmeria vero, & enthymemata, quae ex illis conficiuntur, non possumus quidem ita dissolvere, ut negemus, necessariam esse argumenti conclusionem. Constat vero etiam hoc nobis ex Analyticis. Reliqua est dissolvendi via, ut ostendamus, verum non esse id, quod dicitur. Sin autem manifestum est, & verum esse, & tecmerion esse, hoc iam insolubile fit; omnia enim eo perducta sunt, ut certa & perspicua demonstratio sit.

CAP. XXVI.

De amplificatione & extenuatione.

Amplificare autem & Extenuare non est elementum enthymematis; idem enim voco elementum & locum. Nam est elementum & locus, in quem multa enthyme-

ἐμπίπτει. τὸ δ' αὔξειν καὶ μειοῦν, ἔστιν ἐνθυμήματα πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι μέγα ἢ μικρὸν, ὥσπερ καὶ ὅτι ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, καὶ τῶν ἄλλων ὁτιοῦν. 2 Ταῦτα δ' ἔστι πάντα, περὶ ἃ οἱ συλλογισμοὶ, καὶ τὰ ἐνθυμήματα· ὥστ', εἰ μηδὲ τούτων ἕκαστον ἐνθυμήματος τόπος, οὐδὲ τὸ αὔξειν καὶ μειοῦν. 3 Οὐδὲ τὰ λυτικὰ ἐνθυμήματος εἶδός τί ἐστιν ἄλλο τῶν κατασκευαστικῶν· δῆλον γὰρ, ὅτι λύει μὲν ἢ ὁ δείξας, ἢ ὁ ἔνστασιν ἐνεγκών· ἀνταποδεικνύουσι δὲ τὸ ἀντικείμενον· οἷον, εἰ ἔδειξεν, ὅτι γέγονεν, οὗτος, ὅτι οὐ γέγονεν· εἰ δὲ, ὅτι οὐ γέγονεν, οὗτος, ὅτι γέγονεν. ὥστε αὕτη μὲν οὐκ ἂν εἴη ἡ διαφορά· τοῖς αὐτοῖς γὰρ χρῶνται ἀμφότεροι· ὅτι γὰρ οὐκ ἔστιν, ἢ ἔστιν, ἐνθυμήματα φέρουσιν. 4 Ἡ δ' ἔνστασις οὐκ ἔστιν ἐνθύμημα, ἀλλὰ, καθάπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς, τὸ εἰπεῖν δόξαν τι-

mata incidunt. Amplificare autem & Extenuare est quodammodo ostendere, aliquid magnum aut parvum esse, ut & bonum aut malum, iustum aut iniustum, & quidlibet aliud. 2 Haec vero omnia sunt, circa quae versantur syllogismi & enthymemata; quare, si horum unumquodque locus enthymematis non est, ne Amplificare quidem & Extenuare loci fuerint. 3 Neque enthymemata, quorum in dissolvendo usus est, ad aliud genus pertinent, quam quae ad confirmandum valent; patet enim, solvere aut demonstrantem, aut instantiam inferentem; demonstrat autem contra id, quod adversatur concluso ab adversario; ut, si ille docuit, factum esse, hic docet, factum non esse; si ille factum non esse, hic factum esse. Itaque hac quidem ratione nihil est discriminis; nam utrique iisdem utuntur; afferunt enthymemata, quibus aut esse, aut non esse affirment. 4 Instantia autem non est enthymema, sed, ut in topicis, opinionem aliquam ad-

νὰ, ἐξ ἧς ἔσται δῆλον, ὅτι οὐ συλλελόγισται, ἢ ὅτι ψεῦδός τι εἴληφεν. 5 Ὑπὲρ μὲν παραδειγμάτων, καὶ γνωμῶν, καὶ ἐνθυμημάτων, καὶ ὅλως τῶν περὶ τὴν διάνοιαν, ὅθεν τε εὐπορήσομεν, καὶ ὡς αὐτὰ λύσομεν, εἰρήσθω ἡμῖν τοσαῦτα. λοιπὸν δὲ διελθεῖν περὶ λέξεως, καὶ τάξεως.

ferre, qua planum fiat, aut ſyllogiſmum non recte concluſum, aut falſum aliquid pro vero ſumtum eſſe. 5 Ac de exemplis quidem, & ſententiis, & enthymematibus, omninoque de iis, quae ad mentis agitationem pertinent, tum unde eorum copiam parare, tum quomodo ea diſſolvere oporteat, haec a nobis diſputata ſint. Supereſt, ut de elocutione & de diſpoſitione dicamus.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ

ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΡΙΑ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ ΜΕΡΩΝ.

Ἐπειδὴ τρία ἐστὶν, ἃ δεῖ πραγματευθῆναι περὶ τὸν λόγον· ἓν μὲν, ἐκ τίνων αἱ πίστεις ἔσονται· δεύτερον δὲ, περὶ τὴν λέξιν· τρίτον δὲ, πῶς χρὴ τάξαι τὰ μέρη τοῦ λόγου· περὶ μὲν τῶν πίστεων εἴρηται, καὶ ἐκ πόσων, ὅτι ἐκ τριῶν εἰσι, καὶ ταῦτα ποῖα, καὶ διὰ τί

ARISTOTELIS LIBRORUM TRIUM DE ARTE RHETORICA LIBER TERTIUS.

CAP. I.

De artis rhetoricae partibus.

Cum tria sint, quae in arte dicendi pertractari oportet; primum quidem, unde probationes ducantur; alterum vero, qua sit utendum elocutione; tertium denique, quomodo partes orationis disponendae sint; iam de probationibus dictum est, & ex quibusnam ducantur; diximus enim, haec esse tria, atque ea quae sint

τοσαῦτα μόνα· ἢ γὰρ τῷ αὐτοί τι πεπονθέναι οἱ κρίνοντες, ἢ τῷ ποιούς τινας ὑπολαμβάνειν τοὺς λέγοντας, ἢ τῷ ἀποδεδεῖχθαι πείθονται πάντες. εἴρηται δὲ καὶ, τὰ ἐνθυμήματα πόθεν δεῖ πορίζεσθαι· ἔστι γὰρ τὰ μὲν εἴδη τῶν ἐνθυμημάτων· τὰ δὲ τόποι. 2 Περὶ δὲ τῆς λέξεως ἐχόμενόν ἐστιν εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἀπόχρη τὸ ἔχειν, ἃ δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ, ταῦτα, ὡς δεῖ, εἰπεῖν· καὶ συμβάλλεται πολλὰ πρὸς τὸ φανῆναι ποιόν τινα τὸν λόγον. 3 Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐζητήθη κατὰ φύσιν, ὅπερ πέφυκε πρῶτον, αὐτὰ τὰ πράγματα ἐκ τίνων ἔχει τὸ πιθανόν· δεύτερον δὲ, τὸ ταῦτα τῇ λέξει διαθέσθαι· τρίτον δὲ, τούτων ὃ δύναμιν μὲν ἔχει μεγίστην, οὔπω δ' ἐπικεχείρηται, τὸ περὶ τὴν ὑπόκρισιν. καὶ γὰρ εἰς τὴν Τραγικὴν καὶ Ραψῳδίαν ὀψὲ

(*explicuimus*), & cur hunc numerum non excedant; nam omnes, aut quia ipſi iudicantes affecti ſunt aliquo modo, aut quia putant, dicentes tales eſſe, (*ut iis fides haberi poſſit*,) aut quia res demonſtrata eſt, in perſuaſionem inducuntur. Dictum autem quoque eſt, unde enthymemata ſumantur; ſunt enim alia, quae dicuntur, enthymematum ſpecies; alia vero loci. 2 Reliquum eſt, ut de elocutione agamus; non enim ſatis eſt, ea teneri, quae dicenda ſunt, ſed etiam ſcire nos oportet, quomodo haec ſint dicenda; & confert hoc multum, ut oratio bene morata videatur. 3 Ac primo quidem, ut ordo naturae poſtulat, quaeſitum eſt, quod naturâ primum erat, unde res ipſae probabilitatem habeant; ſecundo vero, qua ratione eas eloqui ac diſponere conveniat; tertium, quod horum omnium vim habet maximam, ſed nondum a quoquam pertractatum eſt, quod ad actionem & pronuntiationem facit. Nam etiam ad artem tragicam & rhapſodicam ſero perventum eſt,

παρῆλθεν· ὑπεκρίνοντο γὰρ αὐτοὶ τραγῳδίας οἱ ποιηταὶ τὸ πρῶτον. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ περὶ τὴν Ῥητορικήν ἐστι τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ καὶ περὶ τὴν Ποιητικήν· ὅπερ ἕτεροί τινες ἐπραγματεύθησαν, καὶ Γλαύκων ὁ Τήϊος. 4 Ἔστι δὲ αὕτη μὲν ἐν τῇ Φωνῇ, πῶς αὐτῇ δεῖ χρῆσθαι πρὸς ἕκαστον πάθος· οἷον, πότε μεγάλῃ, καὶ πότε μικρᾷ, καὶ πότε μέσῃ· καὶ πῶς τοῖς τόνοις· οἷον ὀξείᾳ, καὶ βαρείᾳ, καὶ μέσῃ· καὶ ῥυθμοῖς τίσι πρὸς ἕκαστα· τρία γάρ ἐστι, περὶ ὧν σκοποῦσι· ταῦτα δ' ἐστὶ μέγεθος, ἁρμονία, ῥυθμός. τὰ μὲν οὖν ἆθλα σχεδὸν ἐκ τῶν ἀγώνων οὗτοι λαμβάνουσι. καὶ, καθάπερ ἐκεῖ μεῖζον δύνανται νῦν τῶν ποιητῶν οἱ ὑποκριταὶ, καὶ κατὰ τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας διὰ τὴν μοχθηρίαν τῶν πολιτειῶν. 5 Οὔπω δὲ σύγκειται τέχνη περὶ αὐτῶν, ἐπεὶ

quoniam initio poëtae ipſi tragoedias ſuas agebant. Perſpicuum eſt igitur, etiam in arte dicendi tale aliquid eſſe, (*quod ad actionem pertinet*,) quale in arte poëtica; de quo cum alii quidem ſtudioſe egerunt, tum praecipue Glauco Teius. 4 Eſt autem actio in voce poſita, quomodo ea uti oporteat ad ſingulos animi motus exprimendos; ut, quando magna, & quando parva, & quando media utendum ſit; & quomodo ſoni vocis adhibeantur; ut acutus, & gravis, & medius; & quibus numeris ad quaevis (*dicenda*) utendum ſit; tria enim ſunt, quae conſiderant (*Rhetorici*); haec autem ſunt magnitudo, concentus, numerus. Quibus qui bene utuntur, ii fere ſolent ex certaminibus victoriam reportare. Et quemadmodum in arte poëtica (*rationi actionis habita*) plus hoc tempore valent hiſtriones, quam poëtae, ſic etiam in civilibus controverſiis (*actio plus valet, quam res*), quod vitio ſit rerumpublicarum. 5 Nondum tamen de his *ars* ulla compoſita eſt, quandoquidem etiam

καὶ τὸ περὶ τὴν λέξιν οὐχὶ προῆλθε, καὶ δοκεῖ Φορτικὸν εἶναι καλῶς ὑπολαμβανόμενον· ἀλλ' ὅλης οὔσης πρὸς δόξαν τῆς πραγματείας τῆς περὶ Ῥητορικήν, οὐκ ὀρθῶς ἔχοντος, ἀλλ' ὡς ἀναγκαίου τὴν ἐπιμέλειαν ποιητέον· ἐπεὶ τό γε δίκαιον, μηδὲν πλείω ζητεῖν περὶ τὸν λόγον, ἢ ὡς μήτε λυπεῖν, μήτ' εὐφραίνειν· δίκαιον γὰρ, αὐτοῖς ἀγωνίζεσθαι τοῖς πράγμασιν· ὥστε τἆλλα ἔξω τοῦ ἀποδεῖξαι περίεργά ἐστιν· ἀλλ' ὅμως μέγα δύναται, καθάπερ εἴρηται, διὰ τὴν τοῦ ἀκροατοῦ μοχθηρίαν. 6 Τὸ μὲν οὖν τῆς λέξεως ἔχει τι μικρὸν ἀναγκαῖον ἐν πάσῃ διδασκαλίᾳ· διαφέρει γάρ τι πρὸς τὸ δηλῶσαι, ὧδὶ ἢ ὧδὶ εἰπεῖν, οὐ μέντοι τοσοῦτον· ἀλλ' ἅπαντα φαντασίᾳ ταὐτά ἐστι καὶ πρὸς τὸν ἀκροατήν· διὸ οὐδεὶς οὕτω γεωμετρεῖν διδάσκει. ἐκείνη μὲν οὖν ὅταν ἔλθῃ, ταὐτὸ ποιήσει τῇ Ὑποκριτικῇ. 7 Ἐγκεχειρήκασι δὲ

doctrina de dictione fero provecta est, & sane, si quis recte reputet, levis & importuna videtur; verumtamen cum omnis ars dicendi ab hominum opinione pendeat, non tanquam iustae rei, sed tanquam necessariae curam ei impendere debemus; siquidem certe aequum est, nihil aliud in oratione quaerere, quam ut audientibus nec molestiam, nec laetitiam afferamus; iustum enim est, ipsis rebus in iudicio contendere; quare alia praeter probationes adhibita supervacanea sunt; sed tamen plurimum valent, ut dictum est, propter auditoris vitium. 6 Interim ipsa eloquendi ratio necessarium quiddam habet in omni disciplina; nonnihil enim interest ad rem explicandam, hoc an illo dicendi genere quis utatur, neque tamen tanti; verum haec omnia ex opinione pendent, & auditoris gratia quaeruntur; itaque nemo Geometriam hoc modo docere instituit. Ars igitur illa cum in lucem venerit, idem efficiet, quod ars histrionica. 7 Quidam autem pauca de ea praecipere

ἐπ' ὀλίγον περὶ αὐτῆς εἰπεῖν τινες· οἷον Θρασύμαχος ἐν τοῖς Ἐλέοις. καὶ ἔστι φύσεως τὸ ὑποκριτικὸν εἶναι, καὶ ἀτεχνότερον· περὶ δὲ τὴν λέξιν ἔντεχνον. διὸ καὶ τοῖς τοῦτο δυναμένοις γίγνεται πάλιν ἆθλα, καθάπερ καὶ τοῖς κατὰ τὴν ὑπόκρισιν ῥήτορσιν· οἱ γὰρ γραφόμενοι λόγοι μεῖζον ἰσχύουσι διὰ τὴν λέξιν, ἢ διὰ τὴν διάνοιαν. 8 Ἤρξαντο μὲν οὖν κινῆσαι τὸ πρῶτον, ὥσπερ πέφυκεν, οἱ ποιηταί· τὰ γὰρ ὀνόματα μιμήματά ἐστιν· ὑπῆρξε δὲ καὶ ἡ φωνὴ πάντων μιμητικώτατον τῶν μορίων ἡμῖν· διὸ καὶ αἱ τέχναι συνέστησαν, ἥ τε Ῥαψῳδία, καὶ ἡ Ὑποκριτικὴ, καὶ ἄλλαι γε. 9 Ἐπεὶ δ' οἱ ποιηταὶ, λέγοντες εὐήθη, διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν πορίσασθαι τήνδε τὴν δόξαν, διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο ἡ λέξις, οἷον ἡ Γοργίου. καὶ νῦν ἔτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀπαιδεύτων

tentarunt; ut Thraſymachus in *Miſerationibus*. Et habetur hoc, quod ad actionem ſpectat, a natura, & minus arte continetur; quod autem ad ornandam orationem pertinet, id iam artis eſt. Quare etiam qui hoc facere poſſunt iterum victoriam ex contentionibus reportant, ſicut rhetores quoque, qui plurimum in actione valent; nam ſcriptae orationes magis ornatu verborum, quam ſententiis valent. 8 Coeperunt autem poëtae primum, quod natura poſtulabat, rem agitare; nam nomina ſunt rerum imagines; eſt vero in nobis nulla pars, quam vox, ad imitandum aptior; unde quoque rhapſodica, & hiſtrionica, & aliae artes huiuſmodi confectae ſunt. 9 Quoniam vero poëtae, licet plerumque inania proferant, tamen propter elocutionem gloriam ſuam acquiſiviſſe videbantur, ideo factum eſt, ut elocutio poëtica primo probaretur, qualis eſt Gorgiae. Quin etiamnum multi imperiti homines exiſtimant,

τοὺς τοιούτους οἴονται διαλέγεσθαι κάλλιστα· τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἑτέρα λόγου καὶ ποιήσεως λέξις ἐστί· δηλοῖ δὲ τὸ συμβαῖνον· οὐδὲ γὰρ οἱ τὰς τραγῳδίας ποιοῦντες ἔτι χρῶνται τὸν αὐτὸν τρόπον· ἀλλ', ὥσπερ καὶ ἐκ τῶν τετραμέτρων εἰς τὸ ἰαμβεῖον μετέβησαν, διὰ τὸ τῷ λόγῳ τοῦτο τῶν μέτρων ὁμοιότατον εἶναι τῶν ἄλλων· οὕτω καὶ τῶν ὀνομάτων ἀφήκαντο, ὅσα παρὰ τὴν διάλεκτόν ἐστιν· οἷς δ' οἱ πρῶτον ἐκόσμουν, καὶ ἔτι νῦν οἱ τὰ ἑξάμετρα ποιοῦντες, ἀφήκαντο· διὸ γελοῖον μιμεῖσθαι τούτους, οἳ αὐτοὶ οὐκ ἔτι χρῶνται ἐκείνῳ τῷ τρόπῳ. 10 Ὥστε φανερὸν, ὅτι οὐχ ἅπαντα, ὅσα περὶ λέξεώς ἐστιν εἰπεῖν, ἀκριβολογητέον ἡμῖν· ἀλλ' ὅσα περὶ τοιαύτης, οἵας λέγομεν· περὶ δ' ἐκείνης εἴρηται ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς.

tales oratores optime loqui; sed hoc minime verum est, alia enim est oratoria, alia poëtica elocutio; quod ex ipso eventu potest intelligi; neque enim tragoediarum auctores adhuc eodem dicendi genere utuntur; sed, quemadmodum tetrametris versibus relictis ad iambicos transierunt, quia ex omni metrorum genere iambicum est orationi solutae simillimum; sic etiam ab iis verbis abstinuerunt, quae a communi loquendi consuetudine abhorrent; quo autem prisci (*poëtae tragici*) utebantur, & quo adhuc utuntur versus heroicos pangentes, eum ornatum omnem abiecerunt; quare ridiculum est, hos imitari, qui ipsi non amplius eo dicendi genere utuntur. 10 Perspicuum igitur est, non esse nobis omnia diligenter explicanda, quae ad elocutionem attinent, sed tantum ea, quae ad talem (*ad oratoriam elocutionem*), de qua agimus; de illa altera (*elocutione poëtica*) dictum est in libris de Poëtica.

ΚΕΦ. β'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΡΕΤΗΣ ΤΗΣ ΛΕΞΕΩΣ.

Ἔστω οὖν ἐκεῖνα τεθεωρημένα· καὶ ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ, σαφῆ εἶναι· σημεῖον γὰρ, ὅτι ὁ λόγος, ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον· καὶ μήτε ταπεινὴν, μήτε ὑπὲρ τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ πρέπουσαν· ἡ γὰρ ποιητικὴ ἴσως οὐ ταπεινὴ, ἀλλ' οὐ πρέπουσα λόγῳ. 2 Τῶν δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σαφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια· μὴ ταπεινὴν δὲ, ἀλλὰ κεκοσμημένην, τἄλλα ὀνόματα, ὅσα εἴρηται ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς· τὸ γὰρ ἐξαλλάξαι ποιεῖ φαίνεσθαι σεμνοτέραν· ὅπερ γὰρ πρὸς τοὺς ξένους οἱ ἄνθρωποι καὶ πρὸς τοὺς πολίτας, τὸ αὐτὸ πάσχουσι καὶ πρὸς τὴν λέξιν. 3 Διὸ δεῖ ποιεῖν ξένην τὴν διάλεκτον· θαυμασταὶ γὰρ τῶν ἀπόντων εἰσίν· ἡδὺ δὲ τὸ θαυμαστόν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν μέ-

CAP. II.

De virtutibus elocutionis.

Maneant igitur illa firma; & ſtatuatur elocutionis virtus eſſe, ut clara ſit atque dilucida; cuius rei ſignum eſt, quod niſi oratio rem declaret, finem ſuum non aſſequetur; nec humilis, nec nimis elata eſſe debet, verum (*ipſis rebus*) conveniens; nam poëtica (*elocutio*) fortaſſe non humilis quidem eſt, ſed tamen ſolutae orationi non convenit. 2 Ex nominibus autem & verbis dilucidam orationem efficiunt ea, quae propria ſunt; non humilem vero, ſed excultam & ornatam, alia nomina, de quibus in libris de Poëtica dictum eſt; nam verborum immutatio facit orationem videri grandiorem; quemadmodum enim erga peregrinos, & erga cives affecti ſunt homines, ita etiam erga orationem. 3 Itaque dictionem reddere peregrinam oportet; externa enim homines admirantur; quod autem gignit admirationem,

τρων πολλά τε ποιεῖ τοῦτο, καὶ ἁρμόττει ἐκεῖ· πλέον γὰρ ἐξέστηκε, περὶ ἃ, καὶ περὶ οὓς ὁ λόγος· ἐν δὲ τοῖς ψιλοῖς λόγοις πολλῷ ἐλάττω εἰσίν· ἡ γὰρ ὑπόθεσις ἐλάττων· ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα, εἰ δοῦλος καλλιεπεῖτο, ἢ λίαν νέος, ἀπρεπέστερον, ἢ περὶ [λίαν] μικρῶν· ἀλλ' ἔστι καὶ ἐν τούτοις ἐπισυστελλόμενον καὶ αὐξανόμενον τὸ πρέπον. 4 Διὸ δεῖ λανθάνειν ποιοῦντας, καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως· τοῦτο γὰρ πιθανόν, ἐκεῖνο δὲ τοὐναντίον· ὡς γὰρ πρὸς ἐπιβουλεύοντα διαβάλλονται, καθάπερ πρὸς τοὺς οἴνους τοὺς μεμιγμένους· καὶ οἷον ἡ Θεοδώρου φωνὴ πέπονθε πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ὑποκριτῶν· ἡ μὲν γὰρ τοῦ λέγοντος ἔοικεν εἶναι· αἱ δ' ἀλλότριαι. 5 Κλέπτεται δ' εὖ, ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθυίας διαλέκτου ἐκ-

suave eſt. Ac in verſibus quidem multa id efficiunt, eaque ibi conveniunt; nam magis remotae ſunt res & perſonae, de quibus ſermo eſt; in oratione ſoluta vero multo paucioribus uti licet ornamentis; nam argumentum inferius eſt; quoniam hic quoque, ſi aut ſervus, aut valde iuvenis, aut de rebus [admodum] minutis agens ornatiori ſermone uteretur, valde indecorum eſſet; eſt potius etiam in his decorum aliquid, quo & contrahi & dilatari debeat. 4 Quare danda eſt opera, ut hoc clam fiat, ne videamur fingere, ſed ut nobis dictat ipſa natura; ſic enim erit probabilis oratio, illo vero modo contrarium eveniet; nam oratorem tanquam inſidiatorem ſuſpectum habent, non aliter atque vina mixta; & (*debet eſſe oratio*), qualis eſſe Theodori vox videbatur ad aliorum hiſtrionum vocem comparata; illa enim ipſius dicentis eſſe videbatur; voces autem reliquorum alienae. 5 Facile vero artificium occultatur, ſi quis e communi ſermonis conſuetudine ver-

λέγων συντιθῇ· ὅπερ Εὐριπίδης ποιεῖ, καὶ ὑπέδειξε πρῶτος. ὄντων δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, ἐξ ὧν ὁ λόγος συνέστηκε, τῶν δὲ ὀνομάτων τοσαῦτ' ἐχόντων εἴδη, ὅσα τεθεώρηται ἐν τοῖς περὶ Ποιήσεως· τούτων γλώτταις μὲν, καὶ διπλοῖς ὀνόμασι, καὶ πεποιημένοις, ὀλιγάκις καὶ ὀλιγαχοῦ χρηστέον· ὅπου δὲ, ὕστερον ἐροῦμεν· τὸ δὲ διὰ τί εἴρηται· ἐπὶ τὸ μεῖζον γὰρ ἐξαλλάττει τοῦ πρέποντος. 6 Τὸ δὲ κύριον καὶ τὸ οἰκεῖον, καὶ μεταφορὰ, μόναι χρήσιμοι πρὸς τὴν τῶν ψιλῶν λόγων λέξιν· σημεῖον δὲ, ὅτι τούτοις μόνοις πάντες χρῶνται· πάντες γὰρ μεταφοραῖς διαλέγονται, καὶ τοῖς οἰκείοις, καὶ τοῖς κυρίοις. ὥστε δῆλον, ὡς, ἐὰν εὖ ποιῇ τις, ἔσται τε ξενικὸν, καὶ λανθάνειν ἐνδέχεται, καὶ σαφηνιεῖ· αὕτη δ' ἦν τοῦ ῥητορικοῦ λόγου ἀρετή. 7 Τῶν δ' ὀνομάτων τῷ μὲν σοφιστῇ ὁμωνυμίαι χρήσιμοι· παρὰ

ba feligens orationem ſuam componat; quod quidem Euripides fecit, & primus oſtendit. Cum autem e nominibus & verbis oratio conſtituatur, & nominum tot ſint ſpecies, quot in libris de Poëtica declaratum eſt, rarius & paucis in locis, peregrinis, & iunctis nominibus, & factis, utendum eſt; ubi vero, poſtea dicemus; cur autem iis abſtinendum ſit, dictum eſt; quia magis, quam oporteat, orationem immutant. 6 Proprium vero rei nomen atque ſuum, & metaphora, ſola ad ſolutam orationem exornandam ſunt utilia; cuius rei ſignum eſt, quod his ſolis omnes utuntur; nam in loquendo metaphoras, & propria rei, & ſua nomina omnes adhibent. Quare manifeſtum eſt, ſi quis hoc recte fecerit, eum conſequi, ut peregrina videatur eius oratio, & ars lateat, & dilucide dicat; haec vero erat elocutionis oratoriae virtus. 7 Nomina autem ambigua Sophiſtae conveniunt; ex iis enim fallaciter concludit;

ταύτας γὰρ κακουργεῖ· τῷ ποιητῇ δὲ συνωνυμίαι. λέγω δὲ κύρια τε καὶ συνώνυμα, οἷον τὸ πορεύεσθαί τε καὶ τὸ βαδίζειν· ταῦτα γὰρ ἀμφότερα, καὶ κύρια, καὶ συνώνυμα ἀλλήλοις. τί μὲν οὖν τούτων ἕκαστόν ἐστι, καὶ πόσα εἴδη μεταφορᾶς, καὶ ὅτι τοῦτο πλεῖστον δύναται καὶ ἐν ποιήσει καὶ ἐν λόγοις αἱ μεταφοραὶ, εἴρηται, καθάπερ ἐλέγομεν, ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς. 8 Τοσοῦτον δ' ἐν λόγῳ δεῖ μᾶλλον σιλοπονεῖσθαι περὶ αὐτῶν, ὅσον ἐξ ἐλαττόνων βοηθημάτων ὁ λόγος ἐστὶ τῶν μέτρων. καὶ τὸ σαφὲς, καὶ τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ ξενικὸν ἔχοι μάλιστα ἡ μεταφορά· καὶ λαβεῖν οὐκ ἔστιν αὐτὸ παρ' ἄλλου. 9 Δεῖ δὲ καὶ τὰ ἐπίθετα, καὶ τὰς μεταφορὰς ἁρμοττούσας λέγειν· τοῦτο δ' ἔσται ἐκ τοῦ ἀνάλογον· εἰ δὲ μὴ, ἀτοπὲς φανεῖται, διὰ τὸ παράλληλα τὰ ἐναντία μάλιστα φαίνεσθαι. ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν, ὡς νέῳ ποιη-

synonymiae vero poëtae. Dico autem propria & synonyma, ut τὸ πορεύεσθαι & τὸ βαδίζειν (*vadere* & *ire*); utraque enim & propria sunt, & inter se synonyma. Iam quid horum unumquodque sit, & quot sint metaphorae species, & plurimum ex his tam in poësi, quam in oratione soluta, valere metaphoras, dictum est, ut antea monuimus, in libris de Poëtica. 8 Tanto autem maiorem industriam in transferendis nominibus oratio soluta postulat, quanto pauciora ad exornandum adiumenta, quam versus, habet. Et dilucidam, & iucundam, & peregrinam orationem praesertim metaphora efficit; neque has dotes ab alio quoquam oratio accipere possit. 9 Oportet autem nos & epitheta, & metaphoras aptas sumere; hoc vero fiet, si ex analogia ducantur; sin minus, indecorum apparebit, quia contraria inter se collata maxime eluceſcunt. Sed videre

κὶς, οὕτω γέροντι τί· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ πρέπει ἐσθής. 10 Καὶ ἐάν τε κοσμεῖν βούλῃ, ἀπὸ τοῦ βελτίονος τῶν ἐν ταὐτῷ γένει φέρειν τὴν μεταφοράν, ἐάν τε ψέγειν, ἀπὸ τῶν χειρόνων. λέγω δ', οἷον, ἐπεὶ τὰ ἐναντία ἐν τῷ αὐτῷ γένει, τὸ φάναι, τὸν μὲν πτωχεύοντα εὔχεσθαι, τὸν δ' εὐχόμενον πτωχεύειν, ὅτι ἄμφω αἰτήσεις, τὸ εἰρημένον ἐστὶ ποιεῖν· ὡς καὶ Ἰσικράτης Καλλίαν μητραγύρτην, ἀλλ' οὐ δαδοῦχον· ὁ δὲ ἔφη, ἀμύητον αὐτὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἂν μητραγύρτην αὐτὸν καλεῖν, ἀλλὰ δαδοῦχον· ἄμφω γὰρ περὶ θεόν· ἀλλὰ τὸ μὲν τίμιον, τὸ δὲ ἄτιμον. καὶ οἱ μὲν διονυσοκόλακας, αὐτοὶ δ' αὐτοὺς τεχνίτας καλοῦσι· ταῦτα δ' ἄμφω μεταφοραί· ἡ μὲν ῥυπαινόντων, ἡ δὲ τοὐναντίον. καὶ οἱ μὲν

oportet, ſicuti iuveni purpura, ita ſeni quid conveniat; neque enim eadem veſtis eum decet. 10 Et ſi quem exornare volueris, ab iis, quae ſunt in eodem genere praeſtantiora, metaphora ſumenda eſt; ſi vero vituperare, ab eis, quae ſunt deteriora. Dico autem hoc modo, quoniam contraria ſunt in eodem genere, ut ſi quis dicat, mendicantem deprecari, deprecantem vero mendicare, quoniam utrumque eſt petere, certe faciet, quod dictum eſt; quemadmodum etiam Iphicrates Calliam vocabat μητραγύρτην, non autem δαδοῦχον· at hic reſpondit, ἀμύητον eſſe illum; alias enim ipſum non μητραγύρτην, ſed δαδοῦχον appellaſſet; nam ambo haec nomina ſunt miniſtrorum magnae Deae; ſed alterum honeſtum eſt, alterum abiectum. Et alii quidem *Dionyſi adulatores*, ipſi vero ſe *artifices* appellant; haec vero nomina ambo metaphorae ſunt; ſed alterum ſordidorum hominum, alterum contra. Et λῃσταὶ (*praedones*) hodie

λησταὶ αὐτοὺς πορισταὶς καλοῦσι νῦν. διὸ ἔξεστι λέγειν, τὸν ἀδικήσαντα μὲν ἁμαρτάνειν, τὸν δὲ ἁμαρτάνοντα ἀδικῆσαι· καὶ τὸν κλέψαντα καὶ λαβεῖν καὶ πορθῆσαι. τὸ δὲ, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησὶ, „κώπας ἀνάσσειν,„ καὶ, „ἀποβὰς εἰς Μυσίαν,„ ἀπρεπὲς, ὅτι μεῖζον τὸ ἀνάσσειν, ἢ κατ' ἀξίαν· οὐ κέκλεπται οὖν. 11 Ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς συλλαβαῖς ἁμαρτία, ἐὰν μὴ ἡδείας ᾖ σημεῖα φωνῆς· οἷον Διονύσιος προσαγορεύει ὁ Χαλκοῦς ἐν τοῖς ἐλεγείοις κραυγὴν Καλλιόπης τὴν ποίησιν, ὅτι ἄμφω φωναὶ * — Φαύλη δὲ ἡ μεταφορὰ ταῖς ἀσήμοις φωναῖς. 12 Ἔτι δὲ, οὐ πόρρωθεν δεῖ, ἀλλ' ἐκ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ὁμοειδῶν μεταφέρειν τὰ ἀνώνυμα ὠνομασμένος, ὃ λεχθὲν δῆλόν ἐστιν ὅτι συγγενές· οἷον ἐν τῷ αἰνίγματι τῷ εὐδοκιμοῦντι,

se πορισταὶς (*conquisitores*) vocant. Quare licet eum, qui se iniuste gessit, dicere lapsum esse, qui autem lapsus est, iniuste se gessisse; ita eum, qui furatus est, sumsisse, vel depopulatum esse. Illud vero, quod Telephus Euripidis ait, *se remis imperare*, &, *in Mysiam descendens*, indecorum est, magis enim est imperare, quam conveniat; itaque non latet. 11 Est vero etiam in syllabis error, cum non iucundae vocis signa sunt; ut Dionysius Aeneus in elegiis poësin appellavit κραυγὴν (*striaorem*) Calliopes, quoniam ambae voces * — Improbanda autem est metaphora, quae fit vocibus non significantibus. 12 Praeterea vero, non longe petantur (*metaphorae*) oportet, sed ex propinquis atque eiusdem generis, ut, quae proprium nomen non habent, iis illud imponatur, quod propositum statim affine esse videatur; ut in celebri illo aenigmate,

Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χάλκον ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα·

ἀνώνυμον γὰρ τὸ πάθος. ἔστι δ' ἄμφω πρόσθεσίς τις. κόλλησιν τοίνυν εἶπε τὴν τῆς συκίας προσβολήν. καὶ ὅλως ἐκ τῶν εὖ ἠνιγμένων ἐστὶ μεταφορὰς λαβεῖν ἐπιεικεῖς· μεταφορᾷ γὰρ αἰνίττονται· ὥστε δῆλον, ὅτι εὖ μετενήνεκται. 13 Καὶ ἀπὸ καλῶν· κάλλος δὲ ὀνόματος τὸ μὲν, ὥσπερ Λυκίμνιος λέγει, ἐν τοῖς ψόφοις, ἢ τῷ σημαινομένῳ· καὶ αἶσχος δὲ ὡσαύτως· ἔτι δὲ τρίτον, ὃ λύει τὸν σοφιστικὸν λόγον· οὐ γὰρ, ὡς ἔφη Βρύσων, οὐδένα αἰσχρολογεῖν, εἴπερ τὸ αὐτὸ σημαίνει, τόδε ἀντὶ τοῦ τόδε εἰπεῖν· τοῦτο γάρ ἐστι ψεῦδος· ἔστι γὰρ ἄλλο ἄλλου κυριώτερον, καὶ ὡμοιωμένον μᾶλλον, καὶ οἰκειότερον τῷ ποιεῖν τὸ πρᾶγμα πρὸ ὀμμάτων. ἔτι δὲ οὐχ ὁμοίως ἔχον σημαίνει τόδε

Hominem vidi aes igne in homine conglutinantem;

haec enim effectio proprio nomine caret. Sed tamen in ambobus est appositio quaedam. Conglutinationem igitur appellavit ipsam concurbitulae adiectionem. Et omnino ex bene confectis aenigmatibus licet egregias metaphoras sumere; nam per metaphoram aenigmata fiunt; unde patet, bene factam esse translationem. 13 Et a pulchris rebus (*ducendae sunt metaphorae*); pulchritudo autem nominis, ut Lycimnius ait, aut est in sonis, aut in significato; & turpitudo similiter; praeter haec tertium quiddam est, quo fallax Sophistarum conclusio solvitur; neque enim (*verum est*), quod Bryso dixit, neminem esse, qui turpiter loquatur, cum idem significetur, sive hoc, sive illo modo dixeris; hoc enim falsum est; nam aliud alio nomen magis est proprium, & rei magis simile, & magis accommodatum, ut res oculis quasi subiiciatur. Praeterea vero non eodem modo rem se habentem hoc & illud nomen significat; quare hac

καὶ τόδε· ὥστε καὶ οὕτως ἄλλο ἄλλου κάλλιον, καὶ αἴσχιον θατέον· ἀμφω μὲν γὰρ τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν σημαίνουσιν· ἀλλ' οὐχ, ᾗ καλὸν, ἢ οὐχ, ᾗ αἰσχρόν· ἢ ταῦτα μὲν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἧττον. τὰς δὲ μεταφορὰς ἐντεῦθεν εἰστέον· ἀπὸ καλῶν ἢ τῇ φωνῇ, ἢ τῇ δυνάμει, ἢ τῇ ὄψει, ἢ ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει. διαφέρει δ' εἰπεῖν, οἷον, ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, μᾶλλον, ἢ φοινικοδάκτυλος, ἢ ἔτι φαυλότερον, ἐρυθροδάκτυλος. 14 Καὶ ἐν τοῖς ἐπιθέτοις ἔστι μὲν τὰς ἐπιθέσεις ποιεῖσθαι ἀπὸ φαύλου, ἢ αἰσχροῦ· οἷον, „ὁ μητροφόντης·„ ἔστι δ' ἀπὸ τοῦ βελτίονος· οἷον, ὁ πατρὸς ἀμύντωρ. καὶ ὁ Σιμωνίδης, ὅτε μὲν ἐδίδου μισθὸν ὀλίγον αὐτῷ ὁ νικήσας τοῖς ὀρεῦσιν, οὐκ ἤθελε ποιεῖν, ὡς δυσχεραίνων εἰς ἡμιόνους ποιεῖν· ἐπεὶ δ' ἱκανὸν ἔδωκεν, ἐποίησε,

etiam de cauſa aliud alio pulchrius, aut deformius nomen exiſtimandum eſt; nam ambo quidem & honeſtum & turpe ſignificant; ſed non, quatenus eſt honeſtum, necne, aut turpe, (*necne;*) vel eandem quidem rem, ſed magis & minus. Metaphorae igitur hinc ducendae ſunt; viz. a pulchris vel voce, vel poteſtate, vel adſpectu, vel quoad alium ſenſum aliquem. Intereſt enim, ſi quis dicat e. c. ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, magis, quam ſi dicat φοινικοδάκτυλος, aut quod adhuc eſt deterius, ἐρυθροδάκτυλος. 14 Quin etiam in epithetis licet a deteriori & turpiori additamenta ſumere; ut, (*Oreſtes*) *matricida;* licet etiam ab honeſtiore; ut, *patris ultor.* Et Simonides, cum parvam ei mercedem traderet, qui mulabus victoriam conſecutus fuerat, noluit eum carmine ſuo celebrare, tanquam indignum putaret, in mulas carmen condere; poſtquam vero iuſtam illi mercedem tribuit, ita canere coepit,

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων·
καίτοι καὶ τῶν ὄνων θυγατέρες ἦσαν. 15 Ἔτι, τὸ αὐτὸ ὑποκορίζεσθαι. ἔστι δὲ ὁ ὑποκρισμὸς, ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθόν· ὥσπερ καὶ Ἀριστοφάνης σκώπτει ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις, ἀντὶ μὲν χρυσίου χρυσιδάριον, ἀντὶ δ' ἱματίου ἱματιδάριον, ἀντὶ δὲ λοιδορίας λοιδορημάτιον· καὶ νοσημάτιον. εὐλαβεῖσθαι δὲ δεῖ καὶ παρατηρεῖν ἐν ἀμφοῖν τὸ μέτριον.

ΚΕΦ. γ'.

ΠΕΡΙ ΨΥΧΡΑΣ ΛΕΞΕΩΣ.

Τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν τέτταρσι γίγνεται κατὰ τὴν λέξιν. ἔν τε τοῖς διπλοῖς ὀνόμασιν· οἷον Λυκόφρων τὸν πολυπρόσωπον οὐρανὸν τῆς μεγαλοκορύφου γῆς· καὶ ἀκτὴν δὲ στενοπόρον· καὶ Γοργίας ὠνόμαζε, πτωχόμουσος κόλαξ, ἐπιορκίσαντας καὶ κατευορκίσαντας. καὶ ὡς Ἀλκιδάμας, μένους

Salvete o volucrum filiae equorum;
atqui etiam asinorum erant filiae. 15 Praeterea vero, possunt ipsa nomina diminui. Est autem diminutio, quae minus videri facit & malum & bonum, quemadmodum etiam Aristophanes in Babyloniis cavillatur, cum pro χρυσίου, χρυσιδάριον, pro ἱματίου, ἱματιδάριον, pro λοιδορίας, λοιδορημάτιον, & νοσημάτιον dicat. Caute vero utrumque tractare oportet, & in utroque modum servare.

CAP. III.

De elocutione frigida.

Quatuor autem modis elocutio frigida fit. Primo in iungendis nominibus; ut Lycophron coelum appellat πολυπρόσωπον, & terram μεγαλοκόρυφον; & litus στενοπόρον· & Gorgias adulatorem vocavit πτωχόμουσον, (*dixit etiam*) ἐπιορκίσαντας & κατευορκίσαντας. Et ut Alci-

μὲν τὴν ψυχὴν πληρουμένην, πυρίχρων δὲ τὴν ὄψιν γιγνομένην· καὶ τελεσφόρον ὠήθη τὴν προθυμίαν αὐτῶν γενήσεσθαι· καὶ τελεσφόρον τὴν πειθὼ τῶν λόγων κατέστησε· καὶ κυανόχρων τὸ τῆς θαλάττης ἔδαφος. πάντα γὰρ ταῦτα ποιητικὰ διὰ τὴν δίπλωσιν φαίνεται. 2 Μία μὲν οὖν αὕτη αἰτία· μία δὲ, τὸ χρῆσθαι γλώτταις· οἷον, Λυκόφρων Ξέρξην, πέλωρον ἄνδρα· καὶ Σκίρων, σίννις ἀνήρ· καὶ Ἀλκιδάμας, ἄθυρμα τῇ ποιήσει, καὶ τὴν τῆς φύσεως ἀτασθαλίαν, καὶ ἀκράτῳ τῆς διανοίας ὀργῇ τεθηγμένον. 3 Τρίτον δ' ἐν τοῖς ἐπιθέτοις, τὸ ἢ μακροῖς, ἢ ἀκαίροις, ἢ πυκνοῖς χρῆσθαι· ἐν μὲν γὰρ ποιήσει πρέπει γάλα λευκὸν εἰπεῖν· ἐν δὲ λόγῳ τὰ μὲν ἀπρεπέστερα· τὰ δὲ ἂν ᾖ κατακορῆ, ἐξελέγχει, καὶ ποιεῖ φανερὸν, ὅτι ποίησίς ἐστιν· ἐπεὶ δεῖ γε χρῆσθαι

damas, furore quidem animum repletum, faciem vero πυρίχρων factam; & τελεσφόρον exiſtimavit eorum alacritatem futuram; & perſuaſionem orationum ſtatuit eſſe τελεσφόρον· & κυανόχρων maris planitiem. Haec enim omnia propter coniunctionem videntur eſſe poëtica. 2 Atque haec una quidem eſt cauſa (*frigidae elocutionis*); altera vero eſt, cum quis peregrinis vocibus utitur; ut, Lycophron Xerxen (*appellavit*) πέλωρον ἄνδρα· & Sciron, σίννις ἀνήρ· & Alcidamas (*dixit*), ἄθυρμα poëſi, & naturae ἀτασθαλίαν, & indomita animi ira τεθηγμένον. 3 Tertius modus (*frigidae elocutionis*) eſt, cum quis epithetis vel longe petitis, vel intempeſtivis, vel crebris utitur; nam in poëſi *lac album* dicere decet; in ſoluta vero oratione ſunt indecentia huiuſmodi epitheta; quaedam etiam, ſi quis crebrius iis utatur, artem detegunt, planumque faciunt, (*orationem*) eſſe poëſin; qua tamen

αὐτῇ· ἐξαλλάττει γὰρ τὸ εἰωθὸς, καὶ ξενικὴν ποιεῖ τὴν λέξιν. ἀλλὰ δεῖ στοχάζεσθαι τοῦ μετρίου· ἐπεὶ μεῖζον ποιεῖ κακὸν τοῦ εἰκῇ λέγειν. ἡ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει τὸ εὖ· ἡ δὲ τὸ κακῶς. διὸ τὰ Ἀλκιδάμαντος ψυχρὰ φαίνεται· οὐ γὰρ ὡς ἡδύσματι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσματι, τοῖς ἐπιθέτοις οὕτω πυκνοῖς, καὶ μείζοσι, καὶ ἐπιδήλοις· οἷον, οὐχ ἱδρῶτα, ἀλλὰ τὸν ὑγρὸν ἱδρῶτα· καὶ οὐκ, εἰς Ἴσθμια, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν Ἰσθμίων πανήγυριν· καὶ οὐχὶ νόμους, ἀλλὰ τοὺς τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμους· καὶ οὐ δρόμῳ, ἀλλὰ δρομαίᾳ τῇ τῆς ψυχῆς ὁρμῇ· καὶ οὐχὶ μουσεῖον, ἀλλὰ τὸ τῆς φύσεως παραλαβὼν μουσεῖον· καὶ σκυθρωπὸν τὴν φροντίδα τῆς ψυχῆς· καὶ οὐ χάριτος, ἀλλὰ πανδήμου χάριτος δημιουργός· καὶ οἰκονόμος τῆς τῶν ἀκουόντων ἡδονῆς· καὶ οὐ κλάδοις, ἀλλὰ τοῖς τῆς ὕλης κλάδοις ἀπ[illegible]κρυψε· καὶ οὐ, τὸ σῶμα παρήμπισχεν, ἀλλὰ τὴν τοῦ σώματος αἰσχύ-

quodammodo uti oportet; nam immutat quotidiani sermonis consuetudinem, & elocutionem facit peregrinam. Sed mediocritate opus est; quoniam (*si modum excedit*) maius est vitium, quam si quis ex tempore loquatur. Nam subita dictio virtute caret; nimis autem ornata vitiosa est. Quapropter Alcidamantis oratio frigida videtur; non enim tanquam condimentis, sed tanquam cibis utitur epithetis adeo crebris, & grandibus, & insignibus; e. c. non *sudorem* (*dicit*), sed *humidum sudorem*; neque, ad *Isthmia*, sed ad *Isthmiorum panegyrin*; neque *leges*, sed *civitatum reginas leges*; neque *cursu*, sed *animi impetu cursorio*; neque *museum*, sed *naturae museo susceptо*; & *tristem animi curam*; neque *gratiae*, sed *popularis gratiae fabricator*; & *dispensator voluptatis audientium*; neque *ramis*, sed *silvae ramis occultavit*; neque, *corpus velavit*, sed *cor-*

νην· καὶ ἀντίμιμον τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαν· (τοῦτο δ' ἅμα καὶ διπλοῦν καὶ ἐπίθετον· ὥστε ποίημα γίγνεται·) καὶ οὕτως ἕξεδρον τὴν τῆς μοχθηρίας ὑπερβολήν. διὸ ποιητικῶς λέγοντες τῇ ἀπρεπείᾳ τὸ γελοῖον καὶ τὸ ψυχρὸν ἐμποιοῦσι, καὶ τὸ ἀσαφὲς διὰ τὴν ἀδολεσχίαν· ὅταν γὰρ γιγνώσκοντι ἐπεμβάλῃ, διαλύει τὸ σαφὲς τῷ ἐπισκοτεῖν. οἱ δὲ ἄνθρωποι τοῖς διπλοῖς χρῶνται, ὅταν ἀνώνυμον ᾖ, καὶ ὁ λόγος εὐσύνθετος, οἷον τὸ χρονοτριβεῖν· ἀλλ', ἂν πολύ, πάντως ποιητικόν. διὸ χρησιμωτάτη ἡ διπλῆ λέξις τοῖς διθυραμβοποιοῖς· οὗτοι γὰρ ψοφώδεις· αἱ δὲ γλῶτται τοῖς ἐποποιοῖς· σεμνὸν γὰρ καὶ αὔθαδες· μεταφορὰ δὲ τοῖς ἰαμβείοις· τούτοις γὰρ νῦν χρῶνται, ὥσπερ εἴρηται. 4 Καὶ ἔτι τέταρτον, τὸ ψυχρὸν ἐν ταῖς μεταφο-

poris pudorem; & *cupiditatem animi* ἀντίμιμον· (hoc autem & verbum coniunctum est & epitheton; quare poëma fit;) & *ita immensam improbitatis exsuperantiam*. Itaque cum poëtico more loquantur, quia rem indecoram faciunt, & ridiculi & frigidi fiunt, & propter loquacitatem incidunt in obscuritatem; quidquid enim inculcatur ei, qui rem iam percepit, adimit perspicuitatem tenebras offundendo. Solent autem homines vulgo iunctis uti verbis, cum alicui rei nondum impositum est nomen, & facilis est compositio, ut τὸ χρονοτριβεῖν· sed si hoc frequentius fiat, erit omnino poëticum. Quare coniuncta nomina dithyrambicis poëtis sunt aptissima; hi enim sunt grandiloqui; voces autem peregrinae poëtis heroicis conveniunt; habent enim in se granditatem & maiestatem; at vero metaphora iambicis apta est; hoc enim metri genere nunc utuntur, ut dictum est. 4 Et praeterea quartus modus frigidae elocutionis cer-

ραῖς γίγνεται· εἰσὶ γὰρ καὶ μεταφοραὶ ἀπρεπεῖς· αἱ μὲν διὰ τὸ γελοῖον· χρῶνται γὰρ καὶ οἱ κωμῳδοποιοὶ μεταφοραῖς· αἱ δὲ διὰ τὸ σεμνὸν ἄγαν καὶ τραγικόν· ἀσαφεῖς δὲ, ἂν πόρρωθεν. οἷον Γοργίας, „χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ πράγματα·„ „σὺ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ἐθέρισας·„ ποιητικῶς γὰρ ἄγαν. καὶ ὡς Ἀλκιδάμας, „τὴν φιλοσοφίαν ἐπιτείχισμα τῶν νόμων·„ „καὶ τὴν Ὀδύσσειαν καλὸν ἀνθρωπίνου βίου κάτοπτρον·„ „καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἄθυρμα τῇ ποιήσει προσφέρων·„ ἅπαντα γὰρ ταῦτα ἀπίθανα διὰ τὰ εἰρημένα. τὸ δὲ Γοργίου εἰς τὴν χελιδόνα, ἐπεὶ κατ' αὐτοῦ πετομένη ἀφῆκε τὸ περίττωμα, ἄριστα τῶν τραγικῶν· εἶπε γὰρ, „Αἰσχρόν γε, ὦ Φιλομῆλα·„ ὄρνιθι μὲν γὰρ, εἰ ἐποίησεν, οὐκ αἰσχρόν· παρθένῳ δὲ αἰσχρόν. εὖ οὖν ἐλοιδόρησεν, εἰπὼν, ὃ ἦν, ἀλλ' οὐχ, ὅ ἐστιν.

nitur in metaphoris; nam ſunt quoque metaphorae indecorae; aliae quidem propter ridiculum; nam comici etiam poëtae metaphoris utuntur; aliae vero propter nimiam granditatem tanquam tragicae ſunt; quin etiam obſcurae fiunt, ſi longe petantur. Quemadmodum Gorgias (*dixit*), *pallida atque cruenta negotia; tu vero haec turpiter ſeminaſti, male autem meſſuiſti;* nimis enim poëtice dicta haec ſunt. Et ut Alcidamas, *philoſophiam eſſe legum propugnaculum;* & *Odyſſeam eſſe pulchrum humanae vitae ſpeculum;* & *nullum huiuſmodi ludicrum poëſi afferens;* nam omnia haec ſunt aliena a fide facienda propter ea, quae dicta ſunt. Illud vero Gorgiae in hirundinem, quae ſupervolans excrementum in eum dimiſit, optime poëtae tragico conveniret; dixit enim, *Turpe tibi, o Philomela;* nam avi quidem, ſi id fecerit, non turpe; virgini vero turpe erat. Scite igitur convicium fecit, dicens id, quod fuerat, non autem, quod eſt.

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΕΙΚΟΝΟΣ.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ εἰκὼν μεταφορά· διαφέρει γὰρ μικρόν· ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα, „ὡς δὲ λέων ἐπόρουσεν,„ εἰκών ἐστιν· ὅταν δὲ, „λέων ἐπόρουσε,„ μεταφορά· διὰ γὰρ τὸ ἄμφω ἀνδρείους εἶναι, προσηγόρευσε, μετενέγκας λέοντα τὸν Ἀχιλλέα. 2 Χρήσιμον δὲ ἡ εἰκὼν καὶ ἐν λόγῳ· ὀλιγάκις δὲ· ποιητικὸν γάρ. οἰστέαι δὲ ὥσπερ αἱ μεταφοραί· μεταφοραὶ γάρ εἰσι διαφέρουσαι τῷ εἰρημένῳ. 3 Εἰσὶ δ' εἰκόνες· οἷον ἦν Ἀνδροτίων εἰς Ἰδριέα, ὅτι ὅμοιος τοῖς ἐκ τῶν δεσμῶν κυνιδίοις· ἐκεῖνά τε γὰρ προσπίπτοντα δάκνει, καὶ Ἰδριέα λυθέντα ἐκ τῶν δεσμῶν εἶναι χαλεπόν. καὶ ὡς Θεοδάμας εἶπεν Ἀρχίδαμον Εὐξένῳ, γεωμετρεῖν οὐκ ἐπισταμένῳ· καὶ ἐκ τοῦ ἀνάλογον·

CAP. IV.

De imagine.

Eſt vero imago etiam metaphora; parum enim ab hac differt; nam quando poëta de Achille dicit, *tanquam leo irruebat*, imago eſt; quando autem, *leo irruebat*, metaphora; quoniam enim ambo fortes ſunt, translato nomine Achillem vocavit leonem. 2 Utilis eſt vero imago etiam in ſoluta oratione; rarius tamen; nam decet magis poëtas. Uſurpandae autem ſunt imagines eo modo, quo metaphorae; nam ſunt metaphorae non niſi ea, quam diximus, ratione differentes. 3 Sunt autem imagines huiuſmodi; ut qua Androtion adverſus Idrieum uſus eſt, hunc ſimilem eſſe canibus catenis ſolutis; hos enim in omnes incurrere & mordere; ſic Idrieum vinculis ſolutum factum eſſe mordacem. Et ut Theodamas Archidamum dicebat Euxeno Geometriam ignoranti ſimilem eſſe; & quidem hac proportione; erit enim etiam

ἔσται γὰρ καὶ ὁ Εὔξενος Ἀρχίδαμος γεωμετρικός. * καὶ τὸ ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ Πλάτωνος, ὅτι οἱ τοὺς τεθνεῶτας σκυλεύοντες ἐοίκασι τοῖς κυνιδίοις, ἃ τοὺς λίθους δάκνει, τῶν βαλόντων οὐχ ἁπτόμενα. καὶ ἡ εἰς τὸν δῆμον, ὅτι ὁμοίως ναυκλήρῳ ἰσχυρῷ μὲν, ὑποκώφῳ δέ. καὶ ἡ εἰς τὰ μέτρα τῶν ποιητῶν, ὅτι ἔοικε τοῖς ἄνευ κάλλους ὡραίοις· οἱ μὲν γὰρ ἀπανθήσαντες, τὰ δὲ διαλυθέντα, οὐχ ὁμοια φαίνεται. καὶ ἡ Περικλέους εἰς Σαμίους, ἐοικέναι αὐτοὺς τοῖς παιδίοις, ἃ τὸν ψωμὸν δέχεται μὲν, κλαίοντα δέ· καὶ εἰς Βοιωτοὺς, ὅτι ὁμοίοι τοῖς πρίνοις· τούς τε γὰρ πρίνους ὑφ' αὐτῶν κατακόπτεσθαι, καὶ τοὺς Βοιωτοὺς πρὸς ἀλλήλους μαχομένους. καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν δῆμον, ὅτι ὁμοίός ἐστι τοῖς ἐν τοῖς πλοίοις ναυτιῶσι. καὶ ὡς ὁ Δημοκράτης εἴκασε τοὺς ῥήτορας ταῖς τίτθαις, αἳ τὸ ψώμισμα καταπίνουσαι, τῷ σιάλῳ τὰ παιδία παρα-

Euxenus Archidamus Geometriae peritus. Et id, quod eſt in Platonis Republica, mortuorum corpora ſpoliantes catellis eſſe ſimiles, qui lapides mordent, ſed eos, qui iecerunt, non attingunt. Et quod (*Plato*) de populo dixit, eum eſſe ſimilem gubernatori navis valido quidem, ſed ſurdaſtro. Et quod de poëtarum verſibus, eſſe hos ſimiles adoleſcentibus nulla pulchritudine praeditis; nam hi quidem cum defloruerint, illi vero ſi diſſoluti fuerint, non iidem amplius eſſe videntur. Et quod Pericles de Samiis dixit, eos ſimiles infantibus eſſe, qui cibum capiunt, ſed tamen plorant; & Boeotios ilicibus (*dixit*) eſſe ſimiles; ut enim ilices ſe viciſſim frangunt, ita Boeotios inter ſe proeliari. Et Demoſthenes populum dixit eſſe ſimilem in navi nauſeantibus. Et Democrates cum nutricibus rhetores comparabat, quae cibos ipſae devorant, infantes autem ſaliva inungunt. Et An-

λείουσι. καὶ ὡς Ἀντισθένης Κηφισόδοτον τὸν λεπτὸν λιβανωτῷ εἰκασεν, ὅτι ἀπολλύμενος εὐφραίνει. πάσας γὰρ ταύτας καὶ ὡς εἰκόνας, καὶ ὡς μεταφορὰς ἔξεστι λέγειν. ὥστε, ὅσαι ἂν εὐδοκιμῶσιν, ὡς μεταφοραὶ λεχθεῖσαι, δῆλον, ὅτι αὗται καὶ εἰκόνες ἔσονται, καὶ αἱ εἰκόνες μεταφοραὶ λόγου δεόμεναι. 4 Αἰεὶ δὲ δεῖ τὴν μεταφορὰν τὴν ἐκ τοῦ ἀνάλογον ἀνταποδιδόναι, καὶ ἐπὶ θάτερα, καὶ ἐπὶ τῶν ὁμογενῶν· οἷον, εἰ ἡ φιάλη ἀσπὶς Διονύσου, καὶ τὴν ἀσπίδα ἁρμόττει λέγεσθαι φιάλην Ἄρεως. ὁ μὲν οὖν λόγος συντίθεται ἐκ τούτων.

ΚΕΦ. ε'.

ΟΤΙ ΧΡΗ ΕΛΛΗΝΙΖΕΙΝ.

Ἔστι δ' ἀρχὴ τῆς λέξεως τὸ Ἑλληνίζειν· τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν πέντε. 2 Πρῶτον μὲν ἐν τοῖς συνδέσμοις, ἂν ἀποδιδῷ τις, ὡς πεφύκασι πρότεροι καὶ ὕστεροι γί-

tisthenes Cephisodotum gracilem thuri dixit esse similem, quod, cum absumitur, delectat. Has enim omnes & tanquam imagines, & tanquam metaphoras proferre licet. Quare quaecunque probantur, si tanquam metaphorae dictae fuerint, patet ea etiam imagines esse posse, & imagines esse metaphoras orationis conformatione indigentes. 4 Semper autem oportet metaphoram ex analogia ductam ab utraque parte sibi respondere, atque in rebus eiusdem generis fieri; ut, si phiala clypeus Bacchi dicitur, etiam clypeus recte Martis phiala vocabitur. Ac oratio quidem ex his componitur.

CAP. V.

De elocutione pura & recta.

Fundamentum autem elocutionis est pure & recte loqui; hoc vero quinque rebus efficitur. 2 Primum quidem per coniunctiones, ut quis eas, sicuti natura iu-

γνεσθαι ἀλλήλων, οἷον ἔνιοι ἀπαιτοῦσιν· ὥσπερ ὁ ΜΕΝ, καὶ ὁ ἘΓΩ ΜΕΝ, ἀπαιτεῖ τὸν ΔΕ, καὶ τὸν Ὁ ΔΕ. δεῖ δὲ, ἕως μέμνηται, ἀνταποδιδόναι ἀλλήλοις, καὶ μήτε μακρὰν ἀπαρτᾶν, μήτε σύνδεσμον πρὸ συνδέσμου ἀποδιδόναι τοῦ ἀναγκαίου· ὀλιγαχοῦ γὰρ ἁρμόττει. „Ἐγὼ δ', ἐπεί μοι εἶπεν· ἦλθε γὰρ Κλέων δεόμενός τε καὶ ἀξιῶν· ἐπορευόμην παραλαβὼν αὐτούς·„ ἐν τούτοις γὰρ πολλοὶ πρὸ τοῦ ἀποδεθησομένου συνδέσμου προεμβέβληνται σύνδεσμοι· ἂν δὲ πολὺ τὸ μεταξὺ γένηται τοῦ ἐπορευόμην, ἀσαφές. ἐν μὲν δὴ τὸ εὖ ἐν τοῖς συνδέσμοις. 3 Δεύτερον δὲ, τὸ τοῖς ἰδίοις ὀνόμασι λέγειν, καὶ μὴ τοῖς περιέχουσι. 4 Τρίτον, μὴ ἀμφιβόλοις· ταῦτα δὲ, ἂν μὴ τὰ ἐναντία προαιρῆται· ὅπερ ποιοῦσιν, ὅταν μηδὲν μὲν ἔχωσι λέ-

bet, vel ante vel poſt in ordine collocet, quod nonnullae poſtulant; ut μὲν, & ἐγὼ μὲν, poſtulat δὲ, & ὅδε. Oportet autem, ut facile memoria comprehendi poſſint, eas ſibi invicem reſpondere, nec nimis longo intervallo diſiunctas eſſe; neque ante coniunctionem neceſſariam alia coniunctio collocanda eſt; nam hoc paucis in locis convenit. E. c. *Ego vero, poſtquam mihi rem narravit; venit enim Cleon ad me rogans atque obſecrans; eis in ſocietatem aſſumtis profectus ſum;* in his enim verbis multae coniunctiones interpoſitae ſunt, antequam neceſſaria coniunctio reddatur; ſi vero magnum intervallum ſit inter initium & verbum *profectus ſum*, obſcura fit locutio. Atque hic quidem unus eſt recte loquendi modus in coniunctionibus. 3 Secundum autem eſt, propriis ac ſuis nominibus res appellare, non vero circumſcribere. 4 Tertium, ambigua vitare; haec vero vitanda ſunt, niſi quis contraria pro ſe facere exiſtimet; quod faciunt, qui cum nihil habeant dicere, aliquid ta-

γειν, προσποιῶνται δέ τι λέγειν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἐν ποιήσει λέγουσι ταῦτα, οἷον Ἐμπεδοκλῆς. Σεναικίζει γὰρ τὸ κύκλῳ πολὺ ὂν, καὶ πάσχουσιν οἱ ἀκροαταὶ, ὅπερ οἱ πολλοὶ παρὰ τοῖς μαντεσιν· ὅταν γὰρ λέγωσιν ἀμφίβολα, συμπαρανεύουσι.

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. καὶ διὰ τὸ ὅλως ἔλαττον εἶναι ἁμάρτημα, διὰ τῶν γενῶν τοῦ πράγματος λέγουσιν οἱ μάντεις. τύχοι γὰρ ἄν τις ἐν τοῖς ἀρτιασμοῖς, ἄρτια ἢ περισσὰ εἰπὼν, μᾶλλον, ἢ πόσα ἔχει· καὶ τὸ ὅτι ἔσται, ἢ τὸ πότε. διὸ οἱ χρησμολόγοι οὐ προσορίζονται, πότε. ἅπαντα δὴ ταῦτα ὅμοια· ὥστ', ἂν μὴ τοιούτου τινὸς ἕνεκα, ψευκτέον. 5 Τέταρτον, ὡς Πρωταγόρας τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διήρει ἄρρενα, καὶ θήλεα, καὶ σκεύη· δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι καὶ ταῦτα ὀρθῶς· „Ἡ δ' ἐλθοῦσα, καὶ

men dicere videri volunt; iſti enim homines poëtico more talia dicunt, ut Empedocles. Nam circuitus ille verborum longus facile decipit, & auditores ſic afficiuntur, ut imperita multitudo cum hariolos audit ambigua loquentes; temere enim aſſentitur.

Croeſus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.

Et harioli generibus rerum utuntur in praedicendo, quoniam in his minus peccatur. Nam qui ludit par impar, facilius divinat vel paria vel imparia dicens, quam ſi certum numerum explicat; & (*qui dicit*), aliquid futurum eſſe, (*facilius divinat,*) quam (*ſi addat*), quando. Quo fit, ut vates non adiungant, *quando.* Haec igitur omnia ſimilia ſunt; quare, niſi fiant alicuius rei gratia, ſunt fugienda. 5 Quartum eſt, cum genera diſtinguuntur; quod Protagoras fecit, qui dixit, alia nomina eſſe maſculina, alia feminina, alia neutra; haec enim quoque accurate ſervanda ſunt; ut, *Illa autem reverſa*

διαλεχθεῖσα ᾤχετο.„ 6 Πέμπτον, ἐν τῷ τὰ πολλὰ, καὶ ὀλίγα, καὶ ἓν, ὀρθῶς ὀνομάζειν· „Οἱ δ' ἐλθόντες ἔτυπτόν με.„ ὅλως δὲ δεῖ εὐανάγνωστον εἶναι τὸ γεγραμμένον, καὶ εὔφραστον· ἔστι δὲ τὸ αὐτό· ὅπερ οἱ πολλοὶ σύνδεσμοι οὐκ ἔχουσιν· οὐδ', ἃ μὴ ῥᾴδιον διαστίξαι, ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου. τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διαστίξαι, ἔργον, διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι, ποτέρῳ πρόσκειται, τῷ ὕστερον, ἢ τῷ πρότερον. οἷον ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ τοῦ συγγράμματος· Φησὶ γὰρ, „Τοῦ λόγου τοῦδ' ἐόντος αἰεὶ ἀξύνετοι ἄνθρωποι γίγνονται.„ ἄδηλον γὰρ, τὸ αἰεὶ πρὸς ὁποτέρῳ διαστίξαι. 7 Ἔτι τάδε ποιεῖ σολοικίζειν, τὸ μὴ ἀποδιδόναι, ἐὰν μὴ ἐπιζευγνύῃς ἀμφοῖν, ὃ ἁρμόττει· οἷον ἢ ψόφον, ἢ χρῶμα, τὸ μὲν ἰδὼν, οὐ κοινόν· τὸ δ' αἰσθόμενος, κοι-

& collocuta discessit. 6 Quintum est, cum multa & pauca & unum recte quis appellat. *Hi vero cum accessissent, me percusserunt.* Omnino autem quod scribitur eiusmodi esse debet, ut legi & proferri facile possit; nam est hoc idem; quod tamen non habet locutio, in qua multae sunt coniunctiones; nec, quae non facile interpungi potest, qualia sunt Heracliti scripta. Magna enim difficultas est, Heracliti scripta interpunctionibus distinguere, quia dubium est, cuinam parti verba adhaereant, posteriorine, an priori. Quemadmodum initio operis eius; ubi ita inquit, *Rationis verae semper ignari sunt homines.* Nam incertum est, utri parti adverbium *semper* sit applicandum. 7 Praeterea fit soloecismus, cum in verborum coniunctione non redditur unicuique verbo, quod exigit; ut (*si dicas*) aut *sonitum*, aut *colorem*, illum quidem *videns*, (*non bene dixeris*,) quia non est commune; sed *sentiens*, quod est commune. Fit autem obscura

νόν. ἀσαφῆ δε, ἂ μὴ προβὰς εἴπῃς, μέλλων πολλὰ μεταξὺ ἐμβάλλειν· οἷον, „Ἔμελλον γὰρ, διαλεχθεὶς ἐκείνῳ, τάδε καὶ τάδε, καὶ ὧδε πορεύεσθαι· ἀλλὰ μὴ, Ἔμελλον γὰρ διαλεχθεὶς πορεύεσθαι, εἶτα τάδε καὶ τάδε, καὶ ὧδε ἐγένετο.„

ΚΕΦ. στ'.

ΠΕΡΙ ΟΓΚΟΥ ΤΗΣ ΛΕΞΕΩΣ.

Εἰς ὄγκον δὲ τῆς λέξεως συμβάλλεται τάδε, τὸ λόγῳ χρῆσθαι ἀντ' ὀνόματος· οἷον, μὴ κύκλον, ἀλλ' ἐπίπεδον τὸ ἐκ τοῦ μέσου ἴσον. εἰς δὲ συντομίαν τὸ ἐναντίον, ἀντὶ τοῦ λόγου ὄνομα. 2 Καὶ ἐὰν αἰσχρὸν ἢ ἀπρεπές· ἐὰν μὲν ἐν τῷ λόγῳ ᾖ αἰσχρὸν, τοὔνομα λέγειν· ἐὰν δὲ ἐν τῷ ὀνόματι, τὸν λόγον. 3 Καὶ μεταφοραῖς δηλοῦν, καὶ τοῖς ἐπιθέτοις, εὐλαβούμενον τὸ ποιητικόν. 4 Καὶ τὸ ἓν πολλὰ ποιεῖν, ὅπερ οἱ ποιη-

locutio, nisi initio posueris id, quod multis interpositis postea dicendum est; ut, *Paraveram, postquam cum eo collocutus fuissem, haec & haec, & sic discedere;* rectius enim dixeris, *Paraveram discedere, postquam collocutus cum eo fuissem haec & haec, & hoc modo.*

CAP. VI.

De amplitudine elocutionis.

Ad locutionis autem amplitudinem & granditatem haec conducunt, (*primum*) si definitionem loco nominis ponas; ut, si non circulum dicas, sed figuram planam, cuius extremitas paribus a medio radiis attingitur. Qui autem brevitati studet, is contra nomen loco definitionis ponat. 2 Quod si res sit turpis aut parum decora; id si erit in definitione, nomen usurpabimus; si autem in nomine, definitionem. 3 Etiam (*erit grandis oratio*), quae metaphoris & epithetis illustrabitur, modo ne in poëticam licentiam exeat. 4 Et si ex uno plu-

ται ποιοῦσιν· ἑνὸς ὄντος λιμένος, ὅμως λέγουσι „λιμένας εἰς Ἀχαϊκούς·„ καὶ,

Δέλτου μὲν αἵδε πολύβυροι διαπτυχαί.

5 Καὶ μὴ ἐπιξευγνύναι, ἀλλ' ἑκατέρῳ ἑκάτερον· „Τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας·„ ἐὰν δὲ συντόμως, τὸ ἐναντίον· „Τῆς ἡμετέρας γυναικός.„ 6 Καὶ μετὰ συνδέσμου λέγειν· ἐὰν δὲ συντόμως, ἄνευ μὲν συνδέσμου, μὴ ἀσύνδετα δέ· οἷον, πορευθεὶς καὶ διαλεχθεὶς, πορευθεὶς διελέχθην. 7 Καὶ τὸ Ἀντιμάχου χρήσιμον, ἐξ ὧν μὴ ἔχει λέγειν, ὃ ἐκεῖνος ποιεῖ ἐπὶ τοῦ Τευμησσοῦ,

Ἔστι τις ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος·

αὔξεται γὰρ οὕτως εἰς ἄπειρον. ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὅπως οὐκ ἔχει, ὁποτέρως ἂν ᾖ χρήσιμον. ὅθεν καὶ τὰ ὀνόματα οἱ ποιηταὶ φέρουσι, τὸ ἄχορδον, καὶ τὸ ἄλυρον μέλος· ἐκ τῶν στερήσεων

ra fiant, quod poëtae faciunt; ut quamvis unus tantum portus ſit, tamen dicunt *intra portus Achaicos;* &,

Epiſtolae quidem hae ſunt multifores plicationes.

5 Et ſi nomina non coniungantur, ſed ſeparatim ſingula proferantur; ut, *eius mulieris, quae noſtra eſt*, & contra breviter, *noſtrae mulieris.* 6 Et ſi in dicendo copulae adiungantur; nam contra brevius dicitur, detracta copula, modo ne diſſoluta ſit oratio; ut, *eo profectus ſum atque diſſerui*, &, *eo profectus diſſerui.* 7 Etiam Antimachi ratio utilis eſt, ea commemorare, quae rei non adſunt, quod ille facit in celebrando colle Teumeſſo,

Eſt quidam modicus collis ventis afflatus;

nam hoc modo infinite poteſt oratio amplificari. Atque haec quidem ratio in utramque partem utilis eſt, & in bonis & in malis, quae non adſunt, commemorandis. Unde etiam poëtae nomina confinxerunt, ut τὸ ἄχορδον, & τὸ ἄλυρον μέλος· nam has appellationes ex privatione

γὰρ ἐπιφέρουσιν· εὐδοκιμεῖ γὰρ τοῦτο ἐν ταῖς μεταφοραῖς λεγόμενον ταῖς ἀνάλογον· οἷον τὸ φάναι, „τὴν σάλπιγγα εἶναι μέλος ἄλυρον.„

ΚΕΦ. ζ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΕΠΟΝΤΟΣ ΤΗΣ ΛΕΞΕΩΣ.

Τὸ δὲ πρέπον ἕξει ἡ λέξις, ἐὰν ᾖ παθητική τε καὶ ἠθικὴ, καὶ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν ἀνάλογον. 2 Τὸ δ' ἀνάλογόν ἐστιν, ἐὰν μήτε περὶ εὐόγκων αὐτοκαβδάλως λέγηται, μήτε περὶ εὐτελῶν σεμνῶς· μηδ' ἐπὶ τῷ εὐτελεῖ ὀνόματι ἐπῇ κόσμος· εἰ δὲ μὴ, κωμῳδία φαίνεται· οἷον ποιεῖ Κλεοφῶν· ὁμοίως γὰρ ἔνια ἔλεγεν, καὶ εἰ εἶπειεν ἂν, „ποτνια συκῆ.„ 3 Παθητικὴ δὲ, ἐὰν μὲν ᾖ ὕβρις, ὀργιζομένου λέξις· ἐὰν δὲ ἀσεβῆ καὶ αἰσχρὰ, δυσχεραινόντως καὶ εὐλαβουμένως λέγειν· ἐὰν δὲ ἐπαινετὰ, ἀγαμένως· ἐὰν δὲ ἐλεεινὰ,

sumserunt; & hoc idem magnopere probatur in metaphoris ex analogia ductis; ut si quis dicat, sonitum tubae esse μέλος ἄλυρον.

CAP. VII.

De elocutionis decoro.

Decorum autem servabit illa oratio, quae motus animi & mores exprimet, subiectisque rebus conveniet. 2 Erit autem rebus conveniens, si neque de rebus grandibus tenuiter & submisse, neque de tenuibus rebus graviter & ample quis dixerit; sed neque abiecto nomini ornatus est adhibendus; alioqui comoedia videbitur; quod crebro facit Cleophon; talia enim quaedam profert, ac si diceret, *veneranda ficus*. 3 Motum animi exprimet oratio irati, si sit irarum plena; quod si de impiis & turpibus rebus sermo est, cum indignatione & caute dicendum est; si de laudabilibus, cum animi voluptate; si de miserabilibus, demisse & humiliter; & de

ταπεινῶς· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ὁμοίως. 4 Πιθανοῖ δὲ τὸ πρᾶγμα καὶ ἡ οἰκεία λέξις· παραλογίζεται γὰρ ἡ ψυχὴ ὡς ἀληθῶς λέγοντος, ὅτι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις οὕτως ἔχουσιν· ὥστ' οἴονται, εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχει, ὡς ὁ λέγων τὰ πράγματα [οὕτως] ἔχειν. 5 Καὶ συνομοιοπαθεῖ ὁ ἀκούων ἀεὶ τῷ παθητικῶς λέγοντι, κἂν μηδὲν λέγῃ· διὸ πολλοὶ καταπλήττουσι τοὺς ἀκροατὰς θορυβοῦντες. 6 Καὶ ἠθικὴ δὲ αὕτη ἡ ἐκ τῶν σημείων δεῖξις, ὅτι ἀκολουθεῖ ἡ ἁρμόττουσα ἑκάστῳ γένει καὶ ἕξει. λέγω δὲ γένος μὲν καθ' ἡλικίαν, οἷον παῖς, ἢ ἀνὴρ, ἢ γέρων· καὶ γυνὴ, ἢ ἀνήρ· καὶ Λάκων, ἢ Θετταλός. 7 Ἕξεις δὲ, καθ' ἃς ποιός τις τῷ βίῳ· οὐ γὰρ καθ' ἅπασαν ἕξιν οἱ βίοι ποιοί τινες· ἐὰν οὖν καὶ τὰ ὀνόματα οἰκεῖα λέγῃ τῇ ἕξει, ποιήσει

aliis eodem modo. 4 Locutio vero rebus accommodata ad perſuadendum plurimum valet; nam animus auditoris in errorem trahitur, qui ea vere dici putat, quoniam in eiuſmodi rebus ita ſe homines habent; quare, licet res ita ſe non habeat, ut orator dicit, eam tamen ita ſe habere arbitrantur. 5 Atque auditor ſemper eodem modo afficitur, quo orator affectus, etiamſi non vere dicat; qua de cauſa multi oratores tam vehementer commovent auditores, ut eos quaſi attonitos reddant. 6 Mores etiam exprimit a ſignis ducta demonſtratio, quoniam ſingula hominum genera ſingulosque habitus ſua quaedam propriaque conſequitur oratio. Dico autem genera ſingulas aetates, ut pueri, aut viri, aut ſenis; & mulieris, aut viri; & Laconis, aut Theſſali. 7 Habitus vero, quibus vita hominum conformatur; non enim quovis habitu vita variatur; ſi igitur quis verba habitui propria adhibeat, ora-

τὸ ἦθος· οὐ γὰρ ταὐτὰ, οὔθ' ὡσαύτως, ἄγροικος ἂν καὶ πεπαιδευμένος εἴποιεν. πάσχουσι δέ τι οἱ ἀκροαταὶ καὶ, ὦ κατακόρως χρῶνται οἱ λογογράφοι· „τίς δ' οὐκ οἶδεν;„ „ἅπαντες ἴσασιν„ ὁμολογεῖ γὰρ ὁ ἀκούων αἰσχυνόμενος, ὅπως μετέχῃ, οὗπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες. 8 Τὸ δ' εὐκαίρως, ἢ μὴ εὐκαίρως χρῆσθαι κοινὸν ἁπάντων τῶν εἰδῶν ἐστιν. 9 Ἄκος δ' ἐπὶ πάσῃ ὑπερβολῇ τὸ θρυλλούμενον· δεῖ γὰρ αὐτὸν αὑτῷ προσεπιπλήττειν· δοκεῖ γὰρ ἀληθὲς εἶναι, ἐπεὶ οὐ λανθάνει γε, ὁ ποιεῖ, τὸν λέγοντα. 10 Ἔτι τοῖς ἀνάλογον μὴ πᾶσιν ἅμα χρήσασθαι· οὕτω γὰρ κλέπτεται ὁ ἀκροατής. λέγω δὲ, οἷον ἐὰν τὰ ὀνόματα σκληρὰ ᾖ, μὴ καὶ τῇ Φωνῇ, καὶ τῷ προσώπῳ, καὶ τοῖς ἁρμόττουσιν· εἰ δὲ μὴ, φανερὸν γίγνεται ἕκαστον, ὅ

tionem faciet moratam; neque enim eadem, neque eodem modo, homo agreſtis & homo perpolitus inſtructuſque dixerit. Afficiuntur autem quodammodo auditores ea ratione, qua orationum ſcriptores ad ſatietatem uſque utuntur: *Quis autem neſcit? Omnes intelligunt;* nam aſſentitur auditor, veritus, ne, quod ceteri omnes intelligunt, ipſe ſolus ignoret. 8 Verum figuris omnibus & opportune & importune uti licet. 9 At in omni exſuperantia pervulgatum eſt illud remedium; nam oportet ipſum (*auditorem*) ſe ſua voce corrigere; tunc enim verum eſſe videtur, cum orator oſtendit, ſe id intelligere, quod facit (*auditor*). 10 Praeterea non omnibus analogis ſimul utendum eſt; ſic enim fallitur auditor. Dico autem, ut ſi nomina dura fuerint, non ſemper etiam (*dura*) voce, & vultu, & reliquis, quae conſentanea ſunt, (*utatur dicens;*) alioquin aperta fient omnia,

ἐστιν. ἐὰν δὲ τόδε μὲν, τόδε δὲ μὴ λανθάνῃ ποιῶν, τὸ αὐτό. ἐὰν οὖν τὰ μαλακὰ σκληρῶς, καὶ τὰ σκληρὰ μαλακῶς λέγηται, ἀπίθανον γίγνεται. 11 Τὰ δὲ ὀνόματα, τὰ ἐπίθετα, καὶ διπλᾶ πλείω, καὶ τὰ ξένα μάλιστα ἁρμόττει λέγοντι παθητικῶς· συγγνώμη γὰρ ὀργιζομένῳ, κακὸν φάναι οὐρανόμηκες, ἢ πελώριον εἰπεῖν. καὶ ὅταν ἔχῃ ἤδη τοὺς ἀκροατὰς, καὶ ποιήσῃ ἐνθουσιάσαι ἢ ἐπαίνοις ἢ ψόγοις, ἢ ὀργῇ ἢ φιλίᾳ· οἷον καὶ Ἰσοκράτης ποιεῖ ἐν τῷ Πανηγυρικῷ ἐπὶ τέλει, „Φήμην δὲ καὶ μνήμην·„ καὶ, „Οἵτινες ἔτλησαν.„ Φθέγγονταί τε γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐνθουσιάζοντες· ὥστε καὶ ἀποδέχονται δηλονότι ὁμοίως ἔχοντες. διὸ καὶ τῇ ποιήσει ἥρμοσεν· ἔνθεον γὰρ ἡ ποίησις. ἢ δὴ οὕτω δεῖ, ἢ μετ' εἰρωνείας, ὅπερ Γοργίας ἐποίει, καὶ τὰ ἐν τῷ Φαίδρῳ.

quid ſint. Si vero aliquo (*analogo*) uſus fuerit, aliquo non, tegetur artificium, & tamen idem efficietur. Verumtamen ſi mollia duriter, aut ſi dura molliter proferantur, fide carebit oratio. 11 Conveniunt autem commovere animos quaerenti epitheta, & iuncta nomina plura, & peregrina maxime; ignoſcitur enim irato, ſi dixerit, ſe paſſum eſſe malum οὐρανόμηκες, aut πελώριον. Et quando iam orator auditores occupaverit, atque extra ſe rapuerit vel laude vel vituperatione, vel ira vel amicitia; quemadmodum etiam Iſocrates facit in Panegyrico ſub finem, *Famam autem & memoriam*; &, *Qui quidem tolerarunt*. Fundunt enim huiuſmodi verba extra ſe rapti oratores, quae audientes eodem pacto affecti recipiunt. Quare etiam poëſi conveniunt; nam eſt poëſis divino quodam afflatu excitata. Aut igitur hoc modo, aut cum ironia (*licet eiuſmodi verba uſurpare*), ſicut Gorgias faciebat, & (*Plato*) in Phaedro.

ΚΕΦ. η'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΡΥΘΜΟΥ.

Τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι, μήτε ἄῤῥυθμον· τὸ μὲν γὰρ ἀπίθανον· πεπλάσθαι γὰρ δοκεῖ, καὶ ἅμα καὶ ἐξίστησι· προσέχειν γὰρ ποιεῖ τῷ ὁμοίῳ, πότε πάλιν ἥξει· ὥσπερ οὖν τῶν κηρύκων προλαμβάνουσι τὰ παιδία, τὸ, τίνα αἱρεῖται ἐπίτροπον ὁ ἀπελευθερούμενος; Κλέωνα. τὸ δὲ ἄῤῥυθμον ἀπέραντον. 2 Δεῖ δὲ πεπεράνθαι μὲν, μὴ μέτρῳ δὲ· ἀηδὲς γὰρ καὶ ἄγνωστον τὸ ἄπειρον. περαίνεται δὲ ἀριθμῷ πάντα· ὁ δὲ τοῦ σχήματος τῆς λέξεως ἀριθμὸς ῥυθμός ἐστιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα τμητά. 3 Διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται·

CAP. VIII.

De numeris orationis.

Forma autem orationis neque verſibus conſtare, neque numerorum prorſus expers eſſe debet; illud enim orationi fidem adimit; nam artificioſe ficta eſſe videtur, & ſimul auditorem avertit a cauſa, facitque, ut attendat, quando ſimile aliud iterum ad aures accedat; ſicuti pueri ſolent praecones praeoccupare, (*dum horum unus pronuntiat*,) quem ſibi patronum electurus ſit modo manumiſſus? (*illi interponunt*) Cleonem. (*Genus vero orationis*) numerorum expers fine caret ac termino. 2 Oportet autem aliqua terminatione concludi, non tamen metrica; nam inſuave eſt & obſcurum, quod non terminatur. Finiuntur vero omnia numero; ſed numerus, qui in orationis forma ſpectatur, rhythmus eſt, cuius etiam metra partes ſunt. 3 Quo fit, ut oratio quidem rhythmum habere debeat, non autem metrum; alioquin erit poëma; neque eam exquiſite rhythmum

ῥυθμὸν δὲ μὴ ἀκριβῶς. τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν μέχρι του ᾖ. 4 Τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς, καὶ οὐ λεκτικὸς, καὶ ἁρμονίας δεόμενος· ὁ δ' ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν· διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. δεῖ δὲ σεμνότητα γενέσθαι καὶ ἐκστῆσαι. ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος· δηλοῖ δὲ τὰ τετράμετρα· ἔστι γὰρ τροχερὸς ῥυθμὸς τὰ τετράμετρα. λείπεται δὲ παιὰν, ᾧ ἐχρῶντο μὲν ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι· οὐκ εἶχον δὲ λέγειν, τίς ἦν. ἔστι δὲ τρίτος ὁ παιὰν καὶ ἐχόμενος τῶν εἰρημένων· τρία γὰρ πρὸς δύο ἐστίν. ἐκείνων δὲ ὁ μὲν, ἓν πρὸς ἕν· ὁ δὲ, δύο πρὸς ἕν. ἔχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ ἡμιόλιος· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ παιάν. * 5 Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι διά τε τὰ εἰρημένα ἀφετέοι, καὶ διότι μετρικοί· ὁ δὲ παιὰν ληπτέος· ἀπὸ μόνου γὰρ οὐκ ἔστι μέτρον τῶν

ſervare oportet; ſed praeceptis ſatisfaciet, ſi quadamtenus ſervet. 4 Ex numeris autem heroicus grandis eſt, orationi non aptus, & harmoniae indigens; iambis vero ipſum vulgus utitur; igitur ex omni genere metrorum in iambica loquentes maxime incidunt. Oportet autem orationem plenam eſſe gravitatis, & in admirationem rapere. At vero trochaeus cordaci aptior eſt; quod tetrametra declarant; nam in tetrametris rhythmus eſt incitatus & lubricus. Reliquus eſt paean, quo quidem uſi ſunt a Thraſymacho profecti; ſed tamen eius naturam non intelligebant. Eſt autem tertius paean, atque inter eos, quos diximus, medius; nam tria ad duo conferuntur. Ex illis vero alter eſt, unum ad unum; alter autem, duo ad unum. Harum autem proportionum ſeſquialtera media eſt; atque haec eſt paeanis. 5 Reliqui quidem propter cauſas iam dictas mittendi ſunt, & quia ſunt metrici; paean vero ſumi poteſt; nam ex hoc uno ante

ῥηθέντων ῥυθμῶν· ὥστε μάλιστα λανθάνειν. νῦν μὲν οὖν χρῶνται τῷ ἐνὶ παιᾶνι καὶ ἀρχόμενοι. δεῖ δὲ διαφέρειν τὴν τελευτὴν τῆς ἀρχῆς. 6 Ἔστι δὲ παιᾶνος δύο εἴδη ἀντικείμενα ἀλλήλοις· ὧν τὸ μὲι ἐν ἀρχῇ ἁρμόττει, ὥσπερ καὶ χρῶνται· οὗτος δ' ἐστὶν, οὗ ἄρχει μὲν ἡ μακρὰ, τελευτῶσι δὲ τρεῖς βραχεῖαι· „Δαλογενὲς, εἴτε Λυκίαν„ καὶ, „Χρυσεοκόμα Ἑκατε, παῖ Διός.„ ἕτερος δ' ἐξ ἐναντίας, οὗ βραχεῖαι ἄρχουσι τρεῖς, ἡ δὲ μακρὰ τελευταῖα· „Μετὰ δὲ γᾶν ὕδατά τ' ὠκεανὸν ἠφάνισε νύξ.„ οὗτος δὲ τελευτὴν ποιεῖ· ἡ γὰρ βραχεῖα διὰ τὸ ἀτελὴς εἶναι ποιεῖ κολοβόν. ἀλλὰ δεῖ τῇ μακρᾷ ἀποκόπτεσθαι, καὶ δῆλην εἶναι τὴν τελευτὴν, μὴ διὰ τὸν γραφέα, μηδὲ διὰ τὴν παραγραφὴν, ἀλλὰ διὰ τὸν ῥυθμόν. 7 Ὅτι μὲν οὖν εὔρυθμον δεῖ εἶναι

dictorum omnium rhythmorum versus non conficitur; itaque maxime latet. Nunc igitur uno paeane utuntur etiam in orationis principio. Sed finem a principio differre oportet. 6 Sunt autem duae paeanis species sibi oppositae; quarum altera principio convenit, in quo etiam ea utuntur; is vero paean est, cuius prima syllaba longa est, tres vero postremae breves sunt; Δαλογενὲς (*Delogena*), εἴτε Λυκίαν (*seu Lyciam*); &, Χρυσεοκόμα Ἑκατε, παῖ Διὸς (*Auricoma Hecate, nata Iovis*). Alter vero paean contra est, cuius tres primae breves sunt, postrema vero longa:

Μετὰ δὲ γᾶν ὕδατά τ' ὠκεανὸν ἠφάνισε νύξ.

Terram & aquas, inde Oceanum occuluit nox.

Hic autem bene concludit; brevis enim syllaba, quoniam est imperfecta, mutilatam ac mancam facit orationem. Itaque sententiam oportet longa syllaba terminari, atque ipsum finem notum esse, non scriptoris opera, nec per notam appositam, sed per numerum. 7 Numerosam igitur esse oportere orationem, nec numeri

τὴν λέξιν, καὶ μὴ ἄῤῥυθμον, καὶ τίνες εὔρυθμον ποιοῦσι ῥυθμοὶ, καὶ πῶς ἔχοντες, εἴρηται.

ΚΕΦ. Θ'.

ΠΕΡΙ ΛΕΞΕΩΣ ΕΙΡΟΜΕΝΗΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΥΤΗΣ ΕΝΑΝΤΙΩΝ.

Τὴν δὲ λέξιν ἀνάγκη εἶναι ἢ εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν, ὥσπερ αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί· ἢ κατεστραμμένην καὶ ὁμοίαν ταῖς τῶν ἀρχαίων ποιητῶν ἀντιστρόφοις. 2 Ἡ μὲν οὖν εἰρομένη λέξις ἡ ἀρχαία ἐστίν· „Ἡροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίης ἀπόδεξις.„ ταύτῃ γὰρ πρότερον μὲν ἅπαντες, νῦν δὲ οὐ πολλοὶ χρῶνται. λέγω δὲ εἰρομένην, ἣ οὐδὲν ἔχει τέλος καθ' αὑτὴν, ἂν μὴ τὸ πρᾶγμα λεγόμενον τελειωθῇ. ἔστι δὲ ἀηδὴς διὰ τὸ ἄπειρον· τὸ γὰρ τέλος πάντες βούλονται καθορᾶν. διόπερ ἐπὶ τοῖς καμπτῆρσιν ἐκπνέουσι καὶ ἐκλύονται· προορῶντες γὰρ τὸ πέρας οὐ

expertem, & qui numeri eam talem efficiant, quoque modo ſint in ea collocandi, dictum eſt.

CAP. IX.

De oratione connexa eiuſque contrariis.

Elocutionem autem vel connexam & coniunctione unam eſſe neceſſe eſt, quemadmodum in dithyrambis exordia; aut ambitu comprehenſam & ſimilem veterum poëtarum antiſtrophis. 2 Connexa quidem elocutio priſcorum eſt: *Herodoti Thurii haec eſt hiſtoriarum enarratio.* Hac eo tempore fere omnes utebantur, nunc vero perquam pauci. Dico autem connexam (*elocutionem*), quae nullum ex ſe finem habet, niſi res, quae exponitur, ad finem pervenerit. Eſt vero iniucunda, quoniam in infinitum fertur; finem enim omnes videre exoptant. Quapropter (*curſores*) cum ad flexiones pervenerunt, anhelant, ac plane deficiunt, cum antea non laborent,

κάμνουσι πρότερον. ἡ μὲν οὖν εἰρομένη τῆς λέξεως, ἔστιν ἥδε. 3 Κατεστραμμένη δὲ ἡ ἐν περιόδοις· λέγω δὲ περίοδον λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν καὶ τελευτὴν αὐτὴν καθ' αὑτὴν, καὶ μέγεθος εὐσύνοπτον· ἡδεῖα δ' ἡ τοιαύτη, καὶ εὐμαθής· ἡδεῖα μὲν διὰ τὸ ἐναντίως ἔχειν τῷ ἀπεράντῳ· καὶ ὅτι αἰεί τι οἴεται ἔχειν ὁ ἀκροατὴς τῷ αἰεὶ πεπεράνθαι τι αὐτῷ· τὸ δὲ μηδὲν προνοεῖν εἶναι, μηδὲ ἀνύειν, ἀηδές· εὐμαθὴς δὲ, ὅτι εὐμνημόνευτος· τοῦτο δὲ, ὅτι ἀριθμὸν ἔχει ἡ ἐν περιόδοις λέξις, ὃ πάντων εὐμνημονευτότατον. διὸ καὶ τῶν μέτρων πάντες μνημονεύουσι μᾶλλον τῶν χύδην· ἀριθμὸν γὰρ ἔχει, ᾧ μετρεῖται. 4 Δεῖ δὲ τὴν περίοδον καὶ τῇ διανοίᾳ τετελειῶσθαι, καὶ μὴ διακόπτεσθαι, ὥσπερ τὰ Σοφοκλέους * ἰαμβεῖα·

quia metam prospiciunt. Ac connexa quidem oratio talis est. 3 Ambitu vero comprehensa est, quae periodis constat; dico periodum autem orationem principium & finem ex se habentem, eamque magnitudinem, quae facile perlustrari possit; huiusmodi autem oratio suavis est, & facile percipi potest; suavis quidem eo, quod illi contraria est, quae infinite fertur, & quia semper auditor aliquid se tenere existimat, cum semper aliquid ei determinatum sit; contra vero nihil praevidere, nihilque absolutum habere, est insuave; facile autem percipitur, quia memoriae facile mandari potest; & hoc accidit, quia numerum habet in periodis, quod omnium maxime aptum est ad recordandum. Atque haec causa est, cur omnes facilius carmina, quam solutam orationem recordentur, quia numerum habent, qui illa metiatur. 4 Oportet autem in periodo sententiam absolvi, non vero abrumpi, quemadmodum in iambicis Sophoclis:

Καλυδὼν μὲν ἥδε, γαῖα Πελοπείας χθονός.
τοὐναντίον γάρ ἐστιν ὑπολαβεῖν τῷ διαιρεῖσθαι, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ εἰρημένου, τὴν Καλυδῶνα εἶναι τῆς Πελοποννήσου. 5 Περίοδος δὲ ἡ μὲν ἐν κώλοις· ἡ δὲ ἁπλῆς. ἔστι δὲ ἐν κώλοις μὲν λέξις ἡ τετελειωμένη τε καὶ διῃρημένη, καὶ εὐαναπνευστος, μὴ ἐν τῇ διαιρέσει, ὥσπερ ἡ εἰρημένη περίοδος, ἀλλ' ὅλη. κῶλον δ' ἐστὶ τὸ ἕτερον μόριον ταύτης. ἁπλῆ δὲ λέγω τὴν μονόκωλον. 6 Δεῖ δὲ καὶ τὰ κῶλα, καὶ τὰς περιόδους, μήτε μειούρους εἶναι, μήτε μακράς. τὸ μὲν γὰρ μικρὸν προσπταίειν πολλάκις ποιεῖ τὸν ἀκροατήν· ἀνάγκη γὰρ, ὅταν ἔτι ὁρμῶν ἐπὶ τὸ πόῤῥω καὶ τὸ μέτρον, οὗ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὅρον, ἀντισπασθῇ παυσαμένου, οἷον προσπταίειν γίγνεσθαι διὰ τὴν ἀντίκρουσιν. τὰ δὲ μακρὰ ἀπολείπεσθαι ποιεῖ, ὥσπερ οἱ

Haec quidem Calydon, urbs Pelopeae telluris.
Nam ſi periodus diviſa fuerit, ſenſus contrarius elicitur, ut in praedicto exemplo, Calydonem in Peloponneſo eſſe. 5 Periodus autem (*duplex eſt*): altera membris conſtat; altera ſimplex eſt. Ex membris conſtat ea locutio, quae perfecta eſt & diſtinctas partes habet, nec ſpiritum dicentis impedit, non in ipſa diviſione, ſicut in praedicta periodo, ſed in toto ambitu. Membrum vero eſt altera periodi pars. Simplicem (*periodum*) dico ex uno membro conſtantem. 6 Oportet autem & membra, & periodos, neque mutilas eſſe, neque longas. Curtum enim ſaepe facit auditorem offendere; nam neceſſe eſt, ut, cum ille adhuc ultra tendit animo, & menſura eius termini, quem in ſe ipſo conceperat, abrumpitur, ceſſante oratore retro trahatur, & quaſi obice quodam offendatur. Longae vero periodi faciunt, ut

ἐξωτέρω ἀποκάμπτοντες τοῦ τέρματος· ἀπολείπουσι γὰρ καὶ οὗτοι τοὺς συμπεριπατοῦντας· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ περίοδοι αἱ μακραὶ οὖσαι. λόγος γίγνεται καὶ ἀναβολῇ ὅμοιον. ὥστε γίγνεται, ὃ ἔσκωψε Δημόκριτος ὁ Χῖος εἰς Μελανιππίδην, ποιήσαντα ἀντὶ τῶν ἀντιστρόφων ἀναβολάς·

Οἵ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων·

ἡ δὲ μακρὰ ἀναβολὴ τῷ ποιήσαντι κακίστη. ἁρμόττει γὰρ τὸ τοιοῦτον καὶ εἰς τοὺς μακροκώλους λέγειν. αἱ δὲ λίαν βραχύκωλοι, οὐ περίοδος γίγνεται· προπετῆ οὖν ἄγει τὸν ἀκροατήν. 7 Τῆς δὲ ἐν κώλοις λέξεως ἡ μὲν διῃρημένη ἐστίν· ἡ δὲ ἀντικειμένη. διῃρημένη μὲν, οἷον, „Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων.„ ἀντικειμένη δὲ, ἐν ᾗ ἑκατέρῳ τῷ

(*auditor*) relinquatur, ſicut ultra metam progredientes una deambulantes poſt ſe relinquunt; ſimiliter etiam longae periodi iam in orationem exeunt, & dithyramborum exordiis ſimiles ſunt. Quare idem hac in re contingit, quod Democritus Chius Melanippidi per iocum obiecit, cum ille pro antiſtrophis anabolas uſurpaſſet:

Is ſe ipſum laedit, alium qui laedere quaerit;

carmen autem longum ipſi poëtae peſſima res eſt. Hoc enim etiam in eos dici poteſt, qui longis membris delectantur. Contra vero, quae breviora, quam opus ſit, habent membra, ne periodi quidem ſunt; nam ipſum auditorem praecipitem rapiunt. 7 Elocutio autem, quae membratim profertur, partim diſtincta eſt, partim oppoſita. Diſtincta quidem eſt, ut, *Saepius admiratus ſum eos, qui panegyres congregarunt, eoſque, qui gymnica certamina inſtituerunt.* Oppoſita vero eſt, cum vel in utro-

κώλῳ ἢ πρὸς ἐναντίῳ ἐναντίον σύγκειται, ἢ ταὐτὸ ἐπέζευκται τοῖς ἐναντίοις· οἷον, „Ἀμφοτέρους δ' ὤνησαν, καὶ τοὺς ὑπομείναντας, καὶ τοὺς ἀκολουθήσαντας· τοῖς μὲν γὰρ πλείω τῆς οἴκοι προσεκτήσαντο· τοῖς δὲ ἱκανὴν τὴν οἴκοι κατέλιπον.„ ἐναντία· ὑπομονὴ, ἀκολούθησις· ἱκανὸν, πλεῖον. „Ὥστε καὶ τοῖς χρημάτων δεομένοις, καὶ τοῖς ἀπολαῦσαι βουλομένοις· „ ἀπόλαυσις κτήσει ἀντίκειται. * καὶ ἔτι, „Συμβαίνει πολλάκις ἐν ταύταις, καὶ τοὺς φρονίμους ἀτυχεῖν, καὶ τοὺς ἄφρονας κατορθοῦν. — Εὐθὺς μὲν τῶν ἀοιστείων ἠξιώθησαν, οὐ πολὺ δὲ ὕστερον τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάσσης ἔλαβον. — Πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ' Ἄθω διορύξας. — Καὶ φύσει πολίτας ὄντας, νόμῳ τῆς πόλεως στέρεσθαι. — Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν κακῶς ἀπώλοντο· οἱ δ' αἰσχρῶς ἐσώθησαν. — Ἰδίᾳ μὲν τοῖς βαρβάροις οἰκέταις χρῆσθαι· κοινῇ δὲ

que membro contrarium est alteri contrario constitutum, vel idem membrum e contrariis constat; ut, *Utrisque autem profuerunt, & iis, qui remanserunt, & iis, qui secuti sunt; nam his quidem plura, quam domi possidebant, acquisiverunt; illis vero domi satis agri, unde se alerent, reliquerunt.* Contraria sunt: Remanere, Sequi; Satis, Plus. *Itaque & opum indigentibus, & frui cupientibus;* Acquirere & Frui inter se opponuntur. Item, *Saepe accidit in eiusmodi rebus, ut prudentes aberrent, & insipientes recte gerant. — Statim quidem praemia fortium virorum obtinuerunt, sed non ita multo post imperium maris acquisiverunt. — Per terram navigavit, per mare ambulavit, Hellesponto quidem coniuncto, Atho autem perfosso. — Et qui naturâ cives essent, lege privati sunt civitate. — Alii enim ex iis male perierunt; alii vero turpiter servati sunt. — Private quidem servis uti barbaris; pu-*

πολλοὺς τῶν συμμάχων περιορᾶν δουλεύοντας. — Ἢ ζῶντας ἔξειν, ἢ τελευτήσαντας καταλείψειν.„ καὶ ὁ εἰς Πειθόλαόν τις εἶπε καὶ Λυκόφρονα ἐν τῷ δικαστηρίῳ, „Οὗτοι δ' ὑμᾶς οἴκοι μὲν ὄντες ἐπώλουν· ἐλθόντες δ' ὡς ἡμᾶς ἐώνηνται.„ ἅπαντα γὰρ ταῦτα ποιεῖ τὸ εἰρημένον. 8 Ἡδεῖα δέ ἐστιν ἡ τοιαύτη λέξις, ὅτι τὰ ἐναντία γνωριμώτατα, καὶ παράλληλα μᾶλλον γνώριμα· καὶ ὅτι ἔοικε συλλογισμῷ· ὁ γὰρ ἔλεγχος συναγωγὴ τῶν ἀντικειμένων ἐστίν. 9 Ἀντίθεσις μὲν οὖν τὸ τοιοῦτόν ἐστι· παρίσωσις δέ, ἐὰν ἴσα τὰ κῶλα. παρομοίωσις δέ, ἂν ὅμοια τὰ ἔσχατα ἔχῃ ἑκάτερον τῶν κώλων. ἀνάγκη δὲ, ἢ ἐν ἀρχῇ, ἢ ἐπὶ τελευτῆς ἔχειν. καὶ ἀρχὴ μὲν αἰεὶ τὰ ὀνόματα· ἡ δὲ τελευτὴ τὰς ἐσχάτας συλλαβὰς, ἢ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος πτώσεις, ἢ τὸ αὐτὸ ὄνομα. ἐν ἀρχῇ μὲν τὰ τοιαῦτα· „Ἀγρὸν γὰρ ἔλαβεν ἀργὸν παρ' αὐτοῦ.„

blice vero pati multos ſociorum ſervos eſſe. — Vel viventes habere, vel mortuos relinquere. Et quod in Pitholaum atque Lycophronem quidam in iudicio dixit, *Hi, cum domi eſſent, vos vendebant; poſtquam ad nos venerunt, ipſi emti ſunt.* In his enim omnibus id eſt, quod ante diximus. 8 Iucunda vero eſt huiuſmodi locutio, quoniam contraria maxime nota ſunt, & inter ſe collata fiunt adhuc notiora; & quia ratiocinationis formam prae ſe fert; nam elenchus contrariorum collectio eſt. Elocutio quidem huiuſmodi *contentio* nominatur; *comparatio* vero dicitur, cum aequalia membra ſunt. 9 Aſſimilatio autem, cum extremae partes utriuſque membri ſimiles ſunt. Neceſſe vero eſt, hoc vel initio, vel in fine fieri. Atque initio quidem nomina ſemper ſimilia ſunt; in fine vero ſimiles ſunt extremae ſyllabae, vel eiuſdem nominis caſus, vel nomen ipſum. Initio quidem fiunt hoc modo: Ἀγρὸν *accepit* ἀργὸν *ab eo.*

Δωρητοί τ' ἐπέλοντο, παράῤῥητοί τ' ἐπέεσσιν.

ἐπὶ τελευτῆς δὲ, „Ὠιήθησαν αὐτὸν παιδίον τετοκέναι, ἀλλ' αὐτοῦ αἴτιον γεγονέναι. * „ — „Ἐν πλείσταις δὲ Φροντίσι, καὶ ἐν ἐλαχίσταις ἐλπίσι.„ πτῶσις δὲ ταὐτοῦ, „Ἄξιος δὲ σταθῆναι χαλκοῦς, οὐκ ἄξιος ὢν χαλκοῦ.„ ταὐτὸ δ' ὄνομα, „Σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν ἀποθανόντα γράθεις κακῶς.„ ἀπὸ συλλαβῆς δὲ, „Τί ἂν ἔπαθες δεινὸν, εἰ ἄνδρ' εἶδες ἀργόν;„ ἔστι δὲ ἅμα πάντ' ἔχειν ταὐτὸ, καὶ ἀντίθεσιν εἶναι τὸ αὐτὸ, καὶ πάρισον, καὶ ὁμοιοτέλευτον. αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις ἐξηρίθμηνται. 10 Εἰσὶ δὲ καὶ ψευδεῖς ἀντιθέσεις, οἷον καὶ Ἐπίχαρμος ἐποίει,

Τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν· τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγώ.

Placati donis, pacatique verbis fuerunt.

In fine autem, *Putarunt, ipſum puerum peperiſſe, ſed eius cauſam exſtitiſſe. — In curis autem plurimis, & in ſpe minima.* Caſus vero eiuſdem nominis hoc modo, *Eſt autem dignus aenea ſtatua, qui non dignus eſt aere.* Idem nomen hoc modo, *Tu illi, cum viveret, dicebas male, & nunc in eum, cum mortuus ſit, ſcribis male.* In una autem extrema ſyllaba, *Quodnam paſſus es malum, ſi hominem vidiſti ignavum?* Poſſunt etiam interdum haec omnia coniungi, ut idem ſit & contentio, & compar, & ſimiliter deſinens. Principia vero periodorum in Theodecteis fere ſunt enumerata. 10 Sunt autem falſae quoque contentiones, quales & Epicharmus fecit,

Interdum unus illorum ego eram; interdum apud illos ego.

ΚΕΦ. ι'.

ΠΟΘΕΝ ΛΕΓΕΤΑΙ ΤΑ ΑΣΤΕΙΑ ΚΑΙ ΤΑ ΕΥΔΟΚΙΜΟΥΝΤΑ.

Ἐπεὶ δὲ διώρισται περὶ τούτων, πόθεν λέγεται τὰ ἀστεῖα καὶ τὰ εὐδοκιμοῦντα, λεκτέον. ποιεῖν μὲν οὖν ἐστι τοῦ εὐφυοῦς, ἢ τοῦ γεγυμνασμένου· δεῖξαι δὲ τῆς μεθόδου ταύτης. εἴπωμεν οὖν καὶ διαριθμησώμεθα· ἀρχὴ δ' ἔστω ἡμῖν αὕτη. 2 Τὸ [γὰρ] μανθάνειν ῥᾳδίως ἡδὺ φύσει πᾶσίν ἐστι· τὰ δὲ ὀνόματα σημαίνει τι· ὥστε, ὅσα τῶν ὀνομάτων ποιεῖ ἡμῖν μάθησιν, ἥδιστα. αἱ μὲν οὖν γλῶτται ἀγνῶτες· τὰ δὲ κύρια ἴσμεν. ἡ δὲ μεταφορὰ ποιεῖ τοῦτο μάλιστα· ὅταν γὰρ εἴπῃ τὸ γῆρας καλάμην, ἐποίησε μάθησιν καὶ γνῶσιν διὰ τοῦ γένους· ἄμφω γὰρ ἀπηνθηκότα. 3 Ποιοῦσι μὲν οὖν καὶ αἱ τῶν ποιητῶν εἰκόνες τὸ αὐτό· διόπερ, ἂν εὖ,

CAP. X.

De elocutione urbana.

Quoniam autem de his iam expositum est, sequitur ut dicamus, unde urbana & praeclare dicta deducantur. Quae quidem proferre ingeniosi est hominis, vel exercitati; viam autem & rationem eorum tradere, huius est doctrinae. Dicamus igitur de illis atque ea enumeremus, hinc potissimum exordio sumto. 2 Facile aliquid discere naturâ omnibus iucundum est; nomina vero semper aliquid significant; quare, quaecunque nomina rei alicuius notitiam nobis inferunt, ea iucundissima sunt. Ac peregrina quidem nomina nobis ignota sunt; propria vero iam cognita. Translatio autem maxime hoc efficit; cum enim quis senectutem appellat *stipulam*, inseruit nobis cognitionem ac notitiam propter genus; nam ambo defloruerunt. 3 Quin etiam poëtarum imagines idem efficiunt; itaque, si bene (*posita*

ἀστεῖον φαίνεται. ἔστι γὰρ ἡ εἰκὼν, καθάπερ εἴρηται πρότερον, μεταφορὰ διαφέρουσα προσθέσει· διὸ ἧττον ἡδύ, ὅτι μακροτέρως· καὶ οὐ λέγει, ὡς τοῦτο ἐκεῖνο· οὐκοῦν οὐδὲ ζητεῖ τοῦτο ἡ ψυχή. 4 Ἀνάγκη δὴ, καὶ λέξιν, καὶ ἐνθυμήματα ταῦτα εἶναι ἀστεῖα, ὅσα ποιεῖ ἡμῖν μάθησιν ταχεῖαν· διὸ οὔτε τὰ ἐπιπόλαια τῶν ἐνθυμημάτων εὐδοκιμεῖ (ἐπιπόλαια γὰρ λέγομεν τὰ παντὶ δῆλα, καὶ ἃ μηδὲν δεῖ ζητῆσαι·) οὔτε ὅσα εἰρημένα ἀγνοούμενά ἐστιν· ἀλλ' ὅσων ἡ ἅμα λεγομένων ἡ γνῶσις γίγνεται, καὶ εἰ μὴ πρότερον ὑπῆρχεν, ἢ μικρὸν ὑστερίζει ἡ διάνοια· γίγνεται γὰρ οἷον μάθησις· ἐκείνως δὲ οὐδέτερον. 5 Κατὰ μὲν οὖν τὴν διάνοιαν τοῦ λεγομένου τὰ τοιαῦτα εὐδοκιμεῖ τῶν ἐνθυμημάτων. κατὰ δὲ τὴν λέξιν τῷ μὲν σχήματι, ἐὰν ἀντικειμένως λέγηται· οἷον, „Καὶ τὴν τοῖς ἄλλοις κοινὴν εἰρή-

fuerint), urbanus ſermo videtur. Nam eſt imago, ſicut antea dictum eſt, metaphora adiunctione tantum differens; ideo minus eſt iucunda, quia longius protrahitur; nec dicit, hoc *illud eſſe;* ergo neque animus hoc quaerit. 4 Neceſſe igitur eſt, illam elocutionem, atque haec enthymemata urbana eſſe, quaecunque nos celeriter in alicuius rei cognitionem ducunt; quare neque enthymemata illa probantur, quae in promtu ſunt; (nam eſſe in promtu dico, quae ſunt omnibus nota, nec indigent, ut quaerantur;) neque illa, quae, cum dicta ſunt, adhuc tamen ignorantur; ſed illa, quae, ſimulatque proferuntur, nos in cognitionem ducunt, etiamſi prius nihil cognitum habeamus, vel, quae paulo poſt intelligentia comprehenduntur; hoc enim modo quaſi diſciplina gignitur; ſed illo nequaquam. 5 Atque quoad ſenſum quidem eorum, quae dicuntur, talia potiſſimum excellunt enthymemata. Quoad elocutionis vero formam, ſi contraria contrariis opponantur; ut, *Et*

νην νομιζόντων τοῖς αὑτῶν ἰδίοις πόλεμον„ ἀντίκειται πόλεμος εἰρήνη. 6 Τοῖς δ' ὀνόμασιν, ἐὰν ἔχῃ μεταφοράν· καὶ ταύτην μήτ' ἀλλοτρίαν· χαλεπὸν γὰρ συνιδεῖν· μήτ' ἐπιπόλαιον· οὐδὲν γὰρ ποιεῖ πάσχειν· ἔτι εἰ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖ· ὁρᾶν γὰρ δεῖ τὰ πραττόμενα μᾶλλον, ἢ μέλλοντα. δεῖ ἄρα τούτων στοχάζεσθαι τριῶν, μεταφορᾶς, ἀντιθέσεως, ἐνεργείας. 7 Τῶν δὲ μεταφορῶν τεττάρων οὐσῶν, εὐδοκιμοῦσι μάλιστα αἱ κατὰ ἀναλογίαν· ὥσπερ Περικλῆς ἔφη „τὴν νεότητα τὴν ἀπολομένην ἐν τῷ πολέμῳ οὕτως ἠφανίσθαι ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ εἴ τις τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξέλῃ.„ καὶ Λεπτίνης περὶ Λακεδαιμονίων, „οὐκ ἐᾶν [περιιδεῖν] τὴν Ἑλλάδα ἑτερόφθαλμον γενομένην.„ καὶ Κηφισόδοτος, σπουδάζοντος Χάρητος, εὐθύνας δοῦναι περὶ τὸν Ὀλυνθιακὸν πόλεμον, ἠγανάκτει Φάσκων, εἰς πνίγμα τὸν δῆμον ἔχοντα τὰς εὐθύνας πειρᾶσθαι δοῦ-

pacem aliis communem existimantium suis privatis rebus esse bellum; contrarium est bellum paci. 6 In verbis autem, si metaphora adhibeatur; quae neque sit aliena; difficile enim percipitur; neque vulgaris; nihil enim commovet; &, si rem oculis subiiciat; magis enim oportet, quae fiant, videre, quam, quae postea sint futura. Tria igitur haec sunt consideranda, metaphora, contentio, actus. 7 Cum autem metaphorarum genera sint quatuor, maxime excellunt illae, quae secundum analogiam fiunt; quemadmodum Pericles dixit, *iuventutem, quae in bello perierat, sic e civitate sublatam esse, ut si quis ver ex anno tolleret.* Et Leptines de Lacedaemoniis dixit, *non oportere pati, ut Gracciae alter oculus erueretur.* Et Cephisodotus, cum Chares Olynthiaci belli tempore administrationis suae rationes reddere vellet, id aegre ferens dixit, *eum, cum in furno populum inclusum haberet, velle rationes reddere.*

ναι. καὶ παρακαλῶν ποτε τοὺς Ἀθηναίους εἰς Εὔβοιαν ἐπισιτισαμένους, ἔφη, „δεῖν ἐξιέναι τὸ Μιλτιάδου ψήφισμα.„ καὶ Ἰφικράτης, σπεισαμένων Ἀθηναίων πρὸς Ἐπίδαυρον καὶ τὴν παραλίαν, ἡγανάκτει φάσκων, „αὐτοὺς τὰ ἐφόδια τοῦ πολέμου παρῃῆσθαι.„ καὶ Πειθόλαος τὴν πάραλον „ῥόπαλον τοῦ δήμου,„ Σηστὸν δὲ „τηλείαν τοῦ Πειραιέως.„ καὶ Περικλῆς τὴν Αἴγιναν ἀφελεῖν ἐκέλευσε, „τὴν λήμην τοῦ Πειραιέως.„ καὶ Μοιροκλῆς, „οὐδὲν ἔφη πονηρότερον εἶναι,„ ὀνομάσας τινὰ τῶν ἐπιεικῶν. „ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἐπὶ τρίτων τόκων πονηρεύεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπὶ δεκάτων.„ * καὶ τὸ Ἀναξανδρίδου ἰαμβεῖον ὑπὲρ τῶν θυγατέρων πρὸς τὸν γάμον ἐγχρονιζουσῶν,

Ὑπερήμεροί μοι τῶν γάμων αἱ παρθένοι.

καὶ τὸ Πολυεύκτου εἰς ἀποπληκτικόν τινα Σκεύσιππον, „τὸ μὴ δύνασθαι ἡσυχίαν ἄγειν ὑπὸ τῆς τύ-

Idem cum Athenienſes aliquando hortaretur, ut in Euboeam tranſirent, poſtquam rei frumentariae proſpexiſſent, dixit, *oportere Miltiadis decretum in expeditionem proficiſci.* Et Iphicrates, poſtquam Athenienſes cum Epidauriis & orae maritimae incolis foedus percuſſiſſent, id aegre ferens dixit, *ipſos belli viatica ſuſtuliſſe.* Et Pitholaus navem πάραλον dixit *clavam populi*, Seſtum autem *arcam frumentariam Piraeei.* Et Pericles Aeginam tolli iubebat, *Piraeei lippitudinem.* Et Moerocles, cum probum quendam hominem appellaſſet, dixit, *ſe nulla in re eſſe illo improbiorem; illum enim ternis foenoribus improbitatem exercere, ſe vero denis.* Et illud Anaxandridae iambicum de filiabus ſuis, quae nubendi tempus tranſierant,

Dies nuptiarum tranſierunt mihi virgines.

Et illud Polyeucti in Speuſippum quendam apoplexia laborantem, *eum non poſſe conquieſcere, quamvis a fortu-*

χης ἐν πεντασυρίγγῳ νόσῳ δεδεμένον. „ καὶ Κηφισόδοτος τὰς τριήρεις ἐκάλει „ μύλωνας ποικίλους· „ ὁ Κύων δὲ τὰ καπηλεῖα „ τὰ Ἀττικὰ φειδίτια. „ Αἰσίων δὲ, „ ὅτι εἰς Σικελίαν τὴν πόλιν ἐξέχεαν· „ τοῦτο γὰρ μεταφορὰ, καὶ πρὸ ὀμμάτων· καὶ, „ ὥστε βοῆσαι τὴν Ἑλλάδα· „ καὶ τοῦτο τρόπον τινὰ μεταφορὰ, καὶ πρὸ ὀμμάτων. καὶ ὥσπερ Κηφισόδοτος εὐλαβεῖσθαι ἐκέλευε, „ μὴ πολλὰς ποιήσωσι τὰς συνδρομὰς ἐκκλησίας. „ καὶ Ἰσοκράτης πρὸς τοὺς „ συντρέχοντας ἐν ταῖς πανηγύρεσι. „ καὶ οἷον ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, „ διότι ἄξιον ἦν, ἐπὶ τῷ τάφῳ τῷ τῶν ἐν Σαλαμῖνι τελευτησάντων κείρασθαι τὴν Ἑλλάδα, ὡς συγκαταβαπτομένης τῇ ἀρετῇ αὐτῶν τῆς ἐλευθερίας. „ εἰ μὲν γὰρ εἶπεν, ὅτι ἄξιον δακρῦσαι, „ συγκαθαπτομένης τῆς ἀρετῆς, „ μεταφορὰ, καὶ πρὸ ὀμμάτων· τὸ δὲ, „ τῇ ἀρετῇ τῆς ἐλευθερίας, „ ἀντίθεσίν τι-

na in πεντασυρίγγῳ morbo colligatus esset. Et Cephisodotus triremes vocabat *pistrina varia;* Diogenes Cynicus autem cauponas *Attica phiditia.* Aesion vero dixit, (*Athenienses*) *in Siciliam civitatem effudisse;* atque hoc metaphora est, & subiicit oculis; &, *ita ut Graecia clamorem ediderit;* hoc etiam quodammodo metaphora est, & oculis subiicit. Et quemadmodum Cephisodotus admonebat, *ut caverent, ne multos hostiles concursus facerent ipsas conciones.* Et Isocrates in eos, *qui in panegyres concurrunt.* Et ut in funebri oratione, *aequum esse, ut in sepulcro eorum, qui in Salamine occubuere, Graecia sibi capillum tonderet, quoniam unâ cum eorum virtute etiam libertas Graeciae sepeliebatur.* Nam si dixisset, aequum esse, ut Graecia lugeret, *quod unâ cum eis virtus sepeliretur,* esset metaphora, & subiiceretur oculis; cum autem dixerit, *unâ cum eorum virtute etiam libertas Graeciae,* est

να ἔχει. καὶ ὡς Ἰφικράτης εἶπεν· „Ἡ γὰρ ὁδός μοι τῶν λόγων διὰ μέσων τῶν Χάρητι πεπραγμένων ἐστί· „ μεταφορὰ κατὰ ἀναλογίαν, καὶ τὸ διὰ μέσου πρὸ ὀμμάτων ποιεῖ. καὶ τὸ φάναι, „παρακαλεῖν τοὺς κινδύνους τοῖς κινδύνοις βοηθήσοντας, „ πρὸ ὀμμάτων μεταφορά. καὶ Λυκολέων ὑπὲρ Χαβρίου, „ Οὐδὲ τὴν ἱκετηρίαν αἰσχυνθέντες αὐτοῦ τὴν εἰκόνα τὴν χαλκῆν· „ μεταφορὰ γὰρ ἐν τῷ παρόντι, ἀλλ' οὐκ αἰεί, ἀλλὰ πρὸ ὀμμάτων· κινδυνεύοντος γὰρ αὐτοῦ, ἱκετεύει ἡ εἰκών, τὸ ἄψυχον δὴ ἔμψυχον, τὸ ὑπόμνημα τῶν τῆς πόλεως ἔργων. καὶ, „Πάντα τρόπον μικρὸν φρονεῖν μελετῶντες· „ τὸ γὰρ μελετᾶν αὔξειν τί ἐστι. καὶ, „ ὅτι τὸν νοῦν ὁ θεὸς φῶς ἀνῆψεν ἐν τῇ ψυχῇ· „ ἄμφω γὰρ δηλοῖ τι. — „ Οὐ γὰρ διαλυόμεθα τοὺς πολέμους, ἀλλ' ἀναβαλλόμεθα· ἄμφω γάρ ἐστι μέλλοντα, καὶ ἡ ἀναβολὴ, καὶ ἡ τοιαύτη εἰρήνη. „ καὶ

etiam contentio quaedam. Et quemadmodum dixit Iphicrates: *Iter orationis meae fiet per medias res a Charete geſtas;* eſt metaphora ſecundum analogiam, & *τὸ per medias res* oculis ſubiicit. Et qui ita dixit, *pericula convocanda ſunt, quae periculis auxilium ferant*, metaphora uſus eſt rem oculis ſubiiciente. Et Lycoleon pro Chabria, *Neque eius aeneam ſtatuam reverebimini, quae vobis pro illo ſupplex eſt;* metaphora namque eſt in praeſenti, ſed non ſemper, verum ſemper ante oculos ponit; nam illo periclitante, ſupplicat imago, itaque inanime fit animatum, monumentum eorum, quae civitas fecit. Et, *Omnino humiliter ſentire meditantes;* nam meditari eſt augere quiddam. Et, *Mentem Deus lumen accendit in animo;* utrumque enim aliquid illuſtrat. — *Neque enim bella diſſolvimus, ſed differimus; nam ambo futura ſunt, & dilatio, & eiuſmodi pax.* Et cum ait,

τὸ „τὰς συνθήκας„ Φάναι „τρόπαιον εἶναι πολὺ κάλλιον τῶν ἐν τοῖς πολέμοις γενομένων· τὰ μὲν γὰρ ὑπὲρ μικρῶν, καὶ μιᾶς τύχης· αὗται δὲ ὑπὲρ παντὸς τοῦ πολέμου·„ ἄμφω γὰρ νίκης σημεῖα. — „Ὅτι καὶ αἱ πόλεις τῷ ψόγῳ τῶν ἀνθρώπων μεγάλας εὐθύνας διδόασιν·„ ἡ γὰρ εὐθύνη βλάβη τις δίκαιά ἐστιν. ὅτι μὲν οὖν τὰ ἀστεῖα ἐκ μεταφορᾶς τε τῆς ἀνάλογον λέγεται, καὶ τοῦ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν, εἴρηται.

ΚΕΦ. ια'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟ ΟΜΜΑΤΩΝ ΠΟΙΕΙΝ.

Λεκτέον δὲ, τί λέγομεν πρὸ ὀμμάτων, καὶ τί ποιοῦσι γίγνεται τοῦτο. 2 Λέγω δὴ πρὸ ὀμμάτων ταῦτα ποιεῖν, ὅσα ἐνεργοῦντα σημαίνει· οἷον, „τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα„ Φάναι „εἶναι τετράγωνον,„ μεταφορά· ἄμφω γὰρ τέλεια· ἀλλ' οὐ σημαίνει ἐνέργειαν· ἀλλὰ τὸ, „ἀνθοῦσαν ἔχοντος τὴν ἀκμὴν,„ ἐνέργεια. καὶ τὸ,

Foedera esse trophaeum multo pulchrius iis, quae in bellis eriguntur; nam haec quidem erigi saepe parvis rebus gestis, & uno fortunae casu; foedera vero fieri omni bello confecto; ambo enim sunt victoriae signa. — *Civitates etiam propter hominum vituperationem gravi poena mulctantur;* nam mulctari poena est detrimentum ex legibus accipere. Ac urbana quidem dicta duci a metaphora secundum analogiam, & a ratione oculis rem subiiciendi, expositum est.

CAP. XI.

De ratione oculis rem subiiciendi.

Dicendum est autem, quid sit rem oculis subiicere, & quomodo hoc fieri possit. 2 Dico vero, ea verba rem oculis subiicere, quaecunque actum significant; ut, si quis dicat, *hominem probum esse quadratum*, metaphora erit; nam ambo perfecta sunt; sed actum non significant; illud vero, *habente eo florentem aetatis vigorem*, actum

„σὲ δ', ὥσπερ ἄφετον,„ ἐνέργεια. καὶ, „τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες ἀΐξαντες ποσὶ,„ τὸ „ἀΐξαντες„ ἐνέργεια καὶ μεταφορά. καὶ, ὡς κέχρηται Ὅμηρος πολλαχοῦ τῷ τὰ ἄψυχα ἔμψυχα λέγειν διὰ τῆς μεταφορᾶς. 3 Ἐν πᾶσι δὲ τὸ ἐνέργειαν ποιεῖν εὐδοκιμεῖ οἷον ἐν τοῖσδε,

Αὖθις ἐπὶ δάπεδόν τε κυλίνδετο λάας ἀναιδής.

καὶ, Ἔπτατ' ὀϊστός.

καὶ, Ἐπιπτέσθαι μενεαίνων.

καὶ, Ἐν γαίῃ ἵσταντο λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι.

καὶ, Αἰχμὴ δὲ στέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα.

ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις διὰ τὸ ἔμψυχα εἶναι ἐνεργοῦντα φαίνεται· τὸ „ἀναισχυντεῖν„ γὰρ, καὶ „μαιμᾶν,„ καὶ τἄλλα, ἐνέργεια. ταῦτα δὲ προσῆψε διὰ τῆς κατὰ ἀναλογίαν μεταφορᾶς· ὡς γὰρ ὁ λίθος πρὸς τὸν

exprimit. Et illud, *Te vero, tanquam ſolutum & liberum*, actum continet. Et, *Hinc concitati cum impetu Graeci pedibus ruunt*, τὸ *concitati pedibus ruunt* actus & metaphora eſt. Et, quo ſaepe Homerus uſus eſt, τὸ inanimata animata dicere per metaphoram. 3 Ex omnibus autem maxime probantur ea, quae actum exprimunt, ſicut in his,

Ille pudore vacans iterum lapis ima petebat.

Et, *Volat ecce ſagitta.*

Et, *Cupiens attingere.*

Et, *Stant terra defixa, optantque in corpore figi*
Spicula.

Et, *At cuſpis pectus pertranſit plena furoris.*

In his enim omnibus, quoniam animata finguntur, actus apparet; nam *pudore vacare*, & *furore quodam agitari*, & alia, ſunt actus. Haec autem inter ſe copulavit per metaphoram ſecundum analogiam; ſicut enim ſe habet la-

Σίσυφον, ὁ ἀναισχυντῶν πρὸς τὸν ἀναισχυντούμενον. 4 Ποιεῖ δὲ καὶ ἐν ταῖς εὐδοκιμούσαις εἰκόσιν ἐπὶ τῶν ἀψύχων ταῦτα·

Κυρτὰ, φαληριόωντα· πρὸ μὲν τἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα·

κινούμενα γὰρ καὶ ζῶντα ποιεῖ πάντα. ἡ δ' ἐνέργεια μίμησις. 5 Δεῖ δὲ μεταφέρειν, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἀπὸ οἰκείων, καὶ μὴ φανερῶν· οἷον καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ τὸ ὅμοιον καὶ ἐν πολὺ διέχουσι θεωρεῖν εὐστόχου. ὥσπερ Ἀρχύτας ἔφη, „ταὐτὸν εἶναι διαιτητὴν καὶ βωμόν· ἐπ' ἄμφω γὰρ τὸ ἀδικούμενον καταφεύγει.„ ἢ εἴ τις φαίη, ἄγκυραν καὶ κρεμάστραν τὸ αὐτὸ εἶναι· ἄμφω γὰρ ταὐτό τι· ἀλλὰ διαφέρει τῷ ἄνωθεν καὶ κάτωθεν. καὶ τὸ ἀνωμαλίσθαι τὰς πόλεις· ἐν πολὺ διέχουσι ταὐτὸ ἐν ἐπιφανείᾳ καὶ δυνάμεσι τὸ

pis ad Sisyphum, sic impudens ad eam rem, cuius ipsum non pudet. 4 Facit vero hoc etiam in imaginibus, quae maxime excellunt, de rebus inanimatis:

Curvae, albescentes, nunc hinc, nunc inde recurrunt;

fingit enim, omnia moveri ac vivere. Est autem ipse actus imitatio. 5 Oportet vero metaphoram ducere, ut antea dictum est, a propinquis rebus, non tamen manifestis; quemadmodum etiam in philosophia sollertis acutique hominis est, cernere, quid in rebus multum inter se distantibus simile sit. Sic Archytas dixit, *idem esse arbitrum & aram; quoniam ad utrumque is, qui iniuriam accepit, confugere solet.* Vel si quis dicat, *ancoram* & *crematstram* idem esse; ambae enim aliquid idem sunt; sed in eo differunt, quod alterum inferne, alterum superne pendet. Et adaequatas esse civitates; idem enim in multum distantibus rebus est in superficie & in facultatibus

ἴσον.* 6 Ἔστι δὲ καὶ τὰ ἀστεῖα τὰ πλεῖστα διὰ μεταφορᾶς, καὶ ἐκ τοῦ προσεξαπατᾶν· μᾶλλον γὰρ γίγνεται δῆλον, ὅτι ἔμαθε παρὰ τὸ ἐναντίως ἔχειν, καὶ ἔοικε λέγειν ἡ ψυχή, „ὡς ἀληθῶς, ἐγὼ δὲ ἥμαρτον.„ καὶ τῶν ἀποφθεγμάτων δὲ τὰ ἀστεῖά ἐστιν ἐκ τοῦ μὴ, ὅ φησι, λέγειν· οἷον τὸ τοῦ Στησιχόρου, „ὅτι οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμόθεν ἄσονται.„ καὶ τὰ εὖ ᾐνιγμένα διὰ τὸ αὐτὸ ἡδέα· μάθησις γὰρ, καὶ λέγεται μεταφορά. καὶ ὃ λέγει Θεόδωρος, τὸ καινὰ λέγειν. γίγνεται δὲ, ὅταν παράδοξον ᾖ, καὶ μὴ, ὡς ἐκεῖνος λέγει, πρὸς τὴν ἔμπροσθεν δόξαν· ἀλλ' ὥσπερ [οἱ] ἐν τοῖς γελοίοις τὰ παραπεποιημένα. ὅπερ δύναται καὶ τὰ παρὰ γράμμα σκώμματα· ἐξαπατᾷ γάρ. καὶ ἐν τοῖς μέτροις· οὐ γὰρ, ὥσπερ ὁ ἀκούων ὑπέλαβεν·

adaequatum. 6 Maxima vero etiam pars urbanorum dictorum a metaphora cum fraude quadam proficiſcitur; magis enim perſpicue res intelligitur, cum ex eo, quod contrario modo ſe habeat, quam quo aliquis arbitratus eſt, eam perceperit, & videtur animus ſecum dicere, *quam verum hoc, ego autem decipiebar.* Quin etiam apophthegmata propterea ſunt urbana, quod aliud ſignificant, quam verba dicant; ut illud Steſichori, *cicadae apud eos humi cantabunt.* Et voces, quae acute formantur in aenigmata, propter eandam rationem iucundae ſunt; nam diſcimus aliquid, & dicitur metaphorice. Iucundum eſt etiam, quod praecipit Theodorus, nova dicere. Id autem fit, cum paradoxon fuerit, nec, ut ille ait, priori opinioni conſentaneum; quemadmodum in ridiculis ea, quae in contrarium vertuntur. Quod idem efficiunt quoque cavillationes, quae mutatis fiunt literis; nam decipiunt. Et in verſibus; non enim, ut auditor animo concipiebat, evenit:

Ἔστειχε δ' ἔχων ὑπὸ ποσσὶ χίμετλα·
ὁ δ' ὤετο πέδιλα ἐρεῖν. τούτου δ' ἅμα λεγομένου, δεῖ δῆλον εἶναι. τὰ δὲ παρὰ γράμμα ποιεῖ οὐχ, ὃ λέγει, λέγειν, ἀλλ' ὃ μεταστρέφει ὄνομα· οἷον τὸ Θεοδώρου εἰς Νίκωνα τὸν κιθαρῳδὸν, „Θράττει σε·„ προσποιεῖται γὰρ λέγειν τὸ, „θράττει σε,„ καὶ ἐξαπατᾷ· ἄλλο γὰρ λέγει· διὸ μαθόντι ἡδύ· ἐπεὶ, εἰ μὴ ὑπολαμβάνει, Θρᾷκα εἶναι, οὐ δόξει ἀστεῖον εἶναι. καὶ τὸ, „βούλει αὐτὸν πέρσαι.„ * 7 Δεῖ δὲ ἀμφότερα προσηκόντως λεχθῆναι· οὕτω δὲ καὶ τὰ ἀστεῖα· οἷον τὸ φάναι, „Ἀθηναίοις τὴν τῆς θαλάττης ἀρχὴν μὴ ἀρχὴν εἶναι τῶν κακῶν· ὄνασθαι γάρ.„ ἢ ὥσπερ Ἰσοκράτης, „τὴν ἀρχὴν τῇ πόλει ἀρχὴν εἶναι τῶν κακῶν·„ ἀμφοτέρως γὰρ, ὃ οὐκ ἂν ᾠήθη τις ἐρεῖν, τοῦτ' εἴρηται, καὶ ἐγνώσθη, ὅτι

Illi namque pedes minibat pernio eunti;

auditor vero putabat, eum *calceos* dicturum esse. Sed hoc oportet, simulac prolatum est, perspicuum esse. Ridicula vero, quae fiunt mutatis literis, non id significant, quod dici videtur, sed quod mutatum nomen significat; ut illud Theodori in Niconem citharoedum, θράττει σε· fingit enim dicere, *conturbat te*, & decipit; nam aliud dicit; quocirca iucundum est intelligenti; quoniam, nisi eum Thracem esse existimaret, non urbanum dictum esse putaret. Et illud, *Tu vis ipsum πέρσαι.* 7 Oportet autem ambo convenienter dici; sicut etiam in urbanis dictis; ut si quis diceret, *Athenienſibus maris ἀρχὴν* (*principatum*) *non fuiſſe ἀρχὴν* (*principium*) *malorum; quoniam illis utilitatem attulerit.* Vel quemadmodum Isocrates, *ἀρχὴν civitati fuiſſe malorum ἀρχήν*· nam utroque modo dictum est id, quod quisquam dici non existimasset, & cognitum est, esse verum. Nam dicere,

ἀληθές. τό, τε γὰρ τὴν ἀρχὴν φάναι ἀρχὴν εἶναι, οὐδὲν σοφόν· ἀλλ' οὐχ οὕτω λέγει, καὶ ἀρχὴν οὐχ, ὃ εἶπεν, ἀπόφησιν, ἀλλ' ἄλλως. 8 Ἐν ἅπασι δὲ τούτοις, ἐὰν προσηκόντως τὸ ὄνομα ἐνέγκῃ ὁμωνυμία ἢ μεταφορά, τότε τὸ εὖ· οἷον, „ἀνάσχετος οὐκ ἀνάσχετος,„ ὁμωνυμίαν ἀπέφησεν, ἀλλὰ προσηκόντως, εἰ αἰεὶ δίς. καὶ,

Οὐκ ἂν γένοιο μᾶλλον, ἤ σε δεῖ ξένον,
Ξένος·

ἢ οὐ μᾶλλον, ἤ σε δεῖ, τὸ αὐτό. καὶ, „οὐ δεῖ τὸν ξένον ξένον αἰεὶ εἶναι·„ ἀλλότριον γὰρ καὶ τοῦτο. τὸ αὐτὸ καὶ τὸ Ἀναξανδρίδου τὸ ἐπαινούμενον,

Καλόν γ' ἀποθανεῖν, πρὶν θανάτου δρᾶν ἄξιον·

ταὐτὸν γάρ ἐστι τῷ εἰπεῖν, ἄξιον γὰρ, ἀποθανεῖν μὴ ὄντα ἄξιον ἀποθανεῖν· ἢ ἄξιον, ἀποθανεῖν μὴ θανάτου ἄξιον ὄντα, ἢ μὴ ποιοῦντα θανάτου ἄξια. 9 Τὸ μὲν

ἀρχὴν (*principium*) esse ἀρχὴν (*principium*), nihil arguti habet; verum non ita ait, neque ἀρχὴν (*principium*) idem dixit, quod ita dixerat, sed alio modo. 8 In omnibus autem his, si quis nomen commode protulerit, in quo vel ambiguitas sit, vel metaphora, tunc bene se habet; ut, ἀνάσχετος non ἀνάσχετος, ambigue dictum est, verum convenienter, si semper verbum iteratur. Et illud,

Non fueris magis, quam hospitem fieri oportet,
Hospes;

vel non magis, quam te oportet, repetendo idem. Et, Non decet hospitem semper esse hospitem; nam haec quoque diversa sunt. Eandem vim habet quoque Anaxandridae celebre dictum

Pulchrum est mori, morte antequam dignum geras.

Idem enim est, ac si dixisset, Dignus est morte non dignus morte, vel qui non fecit morte digna. 9 Et for-

οὖν εἶδος τὸ αὐτὸ τῆς λέξεως τούτων· ἀλλ' ὅσῳ ἂν ἐλάττονι καὶ ἀντικειμένως λεχθῇ, τοσούτῳ μᾶλλον. τὸ δ' αἴτιον, ὅτι ἡ μάθησις διὰ μὲν τὸ ἀντικεῖσθαι μᾶλλον· διὰ δὲ τὸ ἐν ὀλίγῳ θᾶττον γίγνεται. 10 Δεῖ δ' αἰεὶ προσεῖναι ἢ τὸ πρὸς ὃν λέγεται, ἢ τὸ ὀρθῶς λέγεσθαι, εἰ τὸ λεγόμενον ἀληθές, καὶ μὴ ἐπιπόλαιον· ἔστι γὰρ ταῦτα χωρὶς ἔχειν· οἷον, „ἀποθνήσκειν δεῖ μηθὲν ἁμαρτάνοντα·„ ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον· „τὴν ἀξίαν δεῖ γαμεῖν τὸν ἄξιον·„ ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον· ἀλλ' ἐὰν ἅμα ἀμφω ἔχῃ· „ἄξιον γ', ἀποθανεῖν μὴ ἄξιον ὄντα τοῦ ἀποθανεῖν. ὅσῳ δ' ἂν πλείω ἔχῃ, τοσούτῳ ἀστειότερον φαίνεται· οἷον, εἰ καὶ τὰ ὀνόματα μεταφορὰ εἴη, καὶ μεταφορὰ τοιαδί, καὶ ἀντίθεσις, καὶ παρίστωσις, καὶ ἔχοι ἐνέργειαν. 11 Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ εἰκόνες, ὥσπερ εἴρηται καὶ ἐν τοῖς ἄνω, αἰεὶ εὐδοκιμοῦσαι

ma quidem locutionis in his omnibus eadem eſt; ſed quanto brevius magiſque contrarie prolata fuerint, tanto venuſtiora fiunt. Cauſa vero eſt, quia contrariae res prope collocatae melius intelliguntur, & brevitas temporis celeriorem gignit ſcientiam. 10 Oportet autem ſemper adeſſe vel in quem dicantur, vel iuſtam dicendi rationem, ſi quidem id, quod dicitur, verum eſſe, nec inane videri debet; alterum enim horum ſine altero adeſſe poteſt; ut, *Mori oportet nihil in vita peccantem;* ſed urbanum non eſt. *Dignam oportet dignum uxorem ducere;* ſed urbanum non eſt; ſed ſi utrumque ſimul habuerit: *Dignus eſt morte non dignus morte.* Quanto vero plura coniuncta habuerit, tanto fiet urbanior oratio; ut, ſi nomina translata fuerint, & metaphora ſit probata, & contentio, & comparatio adhibeatur, & inſit actus. 11 Sunt vero etiam imagines, ut in ſuperioribus quoque dictum eſt, ſemper excellentes quodammodo

τρόπον τινὰ μεταφοραί· ἀεὶ γὰρ ἐκ δυοῖν λέγονται, ὥσπερ ἡ ἀνάλογον μεταφορά· οἷον, „ἡ ἀσπὶς„ φαμὲν, „ἐστὶ φιάλη Ἄρεος·„ καὶ τόξον „ὄρμιγξ ἄχορδος.„ οὕτω μὲν οὖν λέγουσιν οὐχ ἁπλοῦν· τὸ δ' εἰπεῖν τὸ τόξον ὄρμιγγα, ἢ τὴν ἀσπίδα φιάλην, ἁπλοῦν. 12 Καὶ εἰκάζουσι δὲ οὕτως, οἷον, πιθήκῳ αὐλητήν· λύχνῳ ψακαζομένῳ [εἰς] μύωπα· ἅμφω γὰρ συνάγεται. 13 Τὸ δ' εὖ ἐστιν, ὅταν μεταφορὰ ᾖ· ἔστι γὰρ εἰκάσαι τὴν ἀσπίδα „φιάλην Ἄρεος·„ καὶ τὸ ἐρείπιον „ῥάκει οἰκίας·„ καὶ τὸν Νικήρατον φάναι „Φιλοκτήτην εἶναι δεδηγμένον ὑπὸ Πράτυος,„ ὥσπερ εἴκασε Θρασύμαχος, ἰδὼν τὸν Νικήρατον ἡττημένον ὑπὸ Πράτυος ῥαψῳδοῦντα, κομῶντα δὲ καὶ αὐχμηρὸν ἔτι. ἐν οἷς μάλιστ' ἐκπίπτουσιν οἱ ποιηταὶ, ἐὰν μὴ εὖ, καὶ ἐὰν εὐδοκιμῶσι. λέγω δ', ὅταν ἀποδιδῶσιν,

metaphorae; ſemper enim ex duobus conſtant, ſicut metaphora ſecundum analogiam; e. c. *clypeum* dicimus eſſe *Martis phialam;* & *arcum* eſſe *citharam ſine fidibus.* Quae cum ita dicuntur, non eſt ſimplex metaphora; ſed cum appellamus arcum citharam, aut clypeum phialam, tunc eſt ſimplex. 12 Et fingunt etiam imagines hoc modo, ut, ſimiae tibicinem; ſtillanti lucernae luſcioſum (*eſſe ſimilem*); nam ambo contrahuntur. 13 Bene vero fiunt imagines, cum in iis eſt metaphora; nam licet per imaginem dicere clypeum eſſe *phialam Martis,* & ruinam eſſe *pallium attritum aedificii;* & Niceratum eſſe *Philocteten demorſum a Pratye*, quemadmodum Thraſymachus aſſimilavit eum, cum vidiſſet Niceratum, a Pratye ſuperatum in carmine heroico, ſordidatum adhuc & incomta coma. In quo genere maxime labuntur poëtae, niſi bene aſſimilaverint, etiamſi aliter excellant. Dico autem, cum ita inquiunt:

Ὥσπερ σέλινον, οὗλα τὰ σκέλη φορεῖ. —
Ὥσπερ Φιλάμμων ζυγομαχῶν τῷ κωρύκῳ.
καὶ τὰ τοιαῦτα πάντ' εἰκόνες εἰσίν. αἱ δ' εἰκόνες ὅτι μεταφοραί, εἴρηται πολλάκις. 14 Καὶ αἱ παροιμίαι μεταφοραὶ ἀπ' εἴδους ἐπ' εἶδός εἰσιν· οἷον, ἄν τις ὡς ἀγαθὸν πεισόμενος αὐτὸς ἐπαγάγηται, εἶτα βλαβῇ, ὡς ὁ Καρπάθιός φησι τὸν λαγώ· ἄμφω γὰρ τὸ εἰρημένον πεπόνθασιν. ὅθεν μὲν οὖν τὰ ἀστεῖα λέγεται, καὶ διότι, σχεδὸν εἴρηται τὸ αἴτιον. 15 Εἰσὶ δὲ καὶ εὐδοκιμοῦσαι ὑπερβολαὶ μεταφοραί· οἷον εἰς ὑπωπιασμένον· „Ὠιήθητε γάρ, αὐτὸν εἶναι συκαμίνων τάλαρον·„ ἐρυθρὸν γάρ τι τὸ ὑπώπιον. ἀλλὰ τὸ πολὺ σφόδρα. τὸ δὲ „ὥσπερ τὸ καὶ τὸ„ ὑπερβολὴ τῇ λέξει διαφέρουσα.
Ὥσπερ Φιλάμμων ζυγομαχῶν τῷ κωρύκῳ·

Distorta, ut apium, crura procedens gerit. —
Et Philammon e curru pugnans coryco.

Atque huiusmodi cetera, quae omnia imagines sunt. Imagines autem esse metaphoras, saepe dictum est. 14 Et proverbia sunt metaphorae a specie ad speciem; ut, si quis domum comportet aliquid, unde commodum speret, & ex eo postea detrimentum accipiat, *Carpathius leporem;* ambo enim id, quod dictum est, experti sunt. Unde igitur urbana dicta proferantur, & quamobrem adhibeantur, fere expositum est. 15 Quin etiam hyperbolae (*superlationes*), quae probantur, metaphorae sunt, ut in eum, qui fugillationibus faciem commaculatam habeat: *Existimavissetis enim, esse cum mororum fiscinam;* nam est quidam rubor in fugillatione. Sed haec locutio modum excedit. Imago vero, in qua dici solet, *tanquam hoc & illud*, superlatio est dicendi genere tantum differens.

Sicut Philammon e curru pugnans coryco;

ὠήθητ' ἂν, αὐτὸν Φιλάμμονα εἶναι μαχόμενον τῷ κωρύκῳ.

Ὥσπερ σέλινον, οὖλα τὰ σκέλη φορεῖ·
ὠήθην δε, οὐ σκέλη, ἀλλὰ σέλινα ἔχειν οὕτως οὖλα.

16 Εἰσὶ δὲ ὑπερβολαὶ μειρακιώδεις· σφοδρότητα γὰρ δηλοῦσιν. διὸ ὀργιζόμενοι λέγουσι μάλιστα·

Οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε.
Κούρην δ' οὐ γαμέω Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο,
Οὐδ' εἰ χρυσείῃ Ἀφροδίτῃ κάλλος ἐρίζοι,
Ἔργα δ' Ἀθηναίῃ.

χρῶνται δὲ μάλιστα τούτῳ οἱ Ἀττικοὶ ῥήτορες· διὸ πρεσβυτέρῳ λέγειν ἀπρεπές.

ΚΕΦ. ιβ'.

ΟΤΙ ΑΛΛΗ ΕΚΑΣΤΩ ΓΕΝΕΙ ΑΡΜΟΤΤΕΙ ΛΕΞΙΣ.

Δεῖ δὲ μὴ λεληθέναι, ὅτι ἄλλη ἑκάστῳ γένει ἁρ-

putaviſſetis ſane, ipſum eſſe Philammonem cum coryco dimicantem.

Diſtorta, ut apium, crura procedens gerit;

putaverim, eum non crura, ſed apia habere adeo diſtorta. 16 Habent autem ſuperlationes iuvenile quiddam; vehementem enim animi motum indicant. Itaque irati maxime iis utuntur:

Non mihi ſi tam multa daret, quam magnus arenae eſt
Pulveris & numerus.
Omnino uxorem non ducam Agamemnone natam,
Quamvis ingenio ſapientem Pallada vincat,
Et pulchrae Veneri praeſtanti corpore certet.

Utuntur autem hoc maxime Attici oratores; quare fenem dicere (*hyperbolas*) minime decet.

CAP. XII.

De variis dicendi generibus.

Illud vero non oportet ignorare, unicuique generi

μόττει λέξις· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ γραφικὴ, καὶ ἀγωνιστική· οὐδὲ δημηγορικὴ, καὶ δικανική. ἄμφω δὲ ἀναγκη εἰδέναι· τὸ μὲν γὰρ ἔστιν ἑλληνίζειν ἐπίστασθαι· τὸ δὲ μὴ ἀναγκάζεσθαι κατασιωπᾶν, ἄν τι βούληται μεταδοῦναι τοῖς ἄλλοις· ὅπερ πάσχουσιν οἱ μὴ ἐπιστάμενοι γράφειν. 2 Ἔστι δὲ λέξις γραφικὴ μὲν ἡ ἀκριβεστάτη· ἀγωνιστικὴ δὲ ἡ ὑποκριτικωτάτη. ταύτης δὲ δύο εἴδη· ἡ μὲν γὰρ ἠθική· ἡ δὲ παθητική. διὸ καὶ οἱ ὑποκριταὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δραμάτων διώκουσι, καὶ οἱ ποιηταὶ τοὺς τοιούτους. βαστάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοί· οἷον Χαιρήμων· ἀκριβὴς γὰρ, ὥσπερ λογογράφος· καὶ Λυκίμνιος τῶν διθυραμβοποιῶν. καὶ παραβαλλόμενοι, οἱ μὲν τῶν γραφικῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι

diversam convenire elocutionem; non enim eadem est locutio, qua aliquid scribimus, & qua in contentionibus utimur; neque eadem, quae ad deliberationes pertinet, & qua iudicia tractantur. Utrumque autem genus scire necesse est; nam alterum efficit, ut emendate loqui sciamus; alterum, ne quis tacere cogatur, cum aliis quidpiam impertire cupit; quod quidem accidit scribere nescientibus. 2 Dicendi genus, quo aliquid scribimus, esse debet exquisitissimum; quo autem in contentionibus utimur, ad actionem aptissimum. Huius vero duae sunt species; nam altera quidem ad mores; altera ad motus animi pertinet. Ideo etiam histriones huiusmodi fabulas potissimum exquirunt, & poëtae tales (*histriones desiderant*). Probantur autem (*poëtae*), qui etiam in legendo delectant; ut Chaeremon; nam exquisitus est, non aliter atque solutae orationis scriptor; & Lycimnius ex poëtis dithyrambicis. Quod si inter se comparentur, orationes scriptae in contentionibus hu-

στενοὶ φαίνονται· οἱ δὲ τῶν ῥητόρων εὖ λεχθέντες ἰδιωτικοὶ ἐν ταῖς χερσίν. αἴτιον δέ, ὅτι ἐν τῷ ἀγῶνι ἁρμόττει. διὸ καὶ τὰ ὑποκριτικὰ, ἀφῃρημένης τῆς ὑποκρίσεως, οὐ ποιοῦντα τὸ αὐτῶν ἔργον, φαίνεται εὐήθη· οἷον τὰ ἀσύνδετα, καὶ τὸ πολλάκις τὸ αὐτὸ εἰπεῖν ἐν τῇ γραφικῇ, ὀρθῶς ἀποδοκιμάζεται· ἐν δὲ ἀγωνιστικῇ καὶ οἱ ῥήτορες χρῶνται· ἔστι γὰρ ὑποκριτικά. 3 Ἀνάγκη δὲ, μεταβάλλειν τὸ αὐτὸ λέγοντας· ὅπερ [ὥσπερ] ὁδοποιεῖ τῷ ὑποκρίνεσθαι· „Οὗτός ἐστιν ὁ κλέψας ὑμῶν· οὗτός ἐστιν ὁ ἐξαπατήσας· οὗτος ὁ τὸ ἔσχατον προδοῦναι ἐπιχειρήσας.„ οἷον καὶ Φιλήμων ὁ ὑποκριτὴς ἐποίει ἔν τε τῇ Ἀναξανδρίδου γεροντομανίᾳ, ὅτε λέγει Ῥαδάμανθυς καὶ Παλαμήδης, καὶ ἐν τῷ προλόγῳ τῶν Εὐσεβῶν, τὸ Ἐγώ. ἐὰν γάρ τις τὰ τοιαῦτα μὴ ὑποκρίνηται, γίγνεται ὁ τὸν δοκὸν φέρων. *

miles anguſtaeque videntur; quae autem ab oratoribus bene habitae ſunt, cum in manibus ſumuntur, ſimiles ſunt imperitorum orationibus. Cauſa vero eſt, quod hae in contentionibus conveniant. Quamobrem illa, quorum vis in actione poſita eſt, ſublata actione, cum ſuo munere non fungantur, inania videntur; ut ea, quae diſſoluta ſunt, & ſaepius repetuntur, in ſcriptione recte improbantur; in contentionibus vero illis quoque oratores utuntur; ſunt enim actioni convenientia. 3 Neceſſe eſt autem, ut idem dicentes orationem varient; quod [tanquam] aditum munit ad actionem: *Iſte eſt, qui vos expilavit; iſte eſt, qui vos decepit; iſte eſt, qui denique hoſtibus vos prodere conatus eſt.* Quemadmodum etiam Philemon hiſtrio faciebat in Anaxandridae Gerontomania, ubi Rhadamanthys & Palamedes verba faciunt, & in prologo τῶν Εὐσεβῶν, (*ubi*) τὸ EGO (*ſaepius iteratur*). Haec enim niſi actione adiuventur, exit *trabem geſtans.*

4 Καὶ τὰ ἀσύνδετα ὡσαύτως· „ἦλθον, ἀπήντησα, ἐδεόμην·„ ἀνάγκη γὰρ ὑποκρίνεσθαι, καὶ μὴ ὡς ἓν λέγοντα τῷ αὐτῷ ἤθει καὶ τόνῳ εἰπεῖν. ἔτι ἔχει ἴδιόν τι τὰ ἀσύνδετα· ἐν ἴσῳ γὰρ χρόνῳ πολλὰ δοκεῖ εἰρῆσθαι. ὁ γὰρ σύνδεσμος ἓν ποιεῖ τὰ πολλά· ὥστε, ἐὰν ἐξαιρεθῇ, δῆλον, ὅτι τοὐναντίον ἔσται τὸ ἓν πολλά. ἔχει οὖν αὔξησιν· „ἦλθον, διελέχθην, ἱκέτευσα πολλά.„ — „δοκεῖ δὲ ὑπεριδεῖν, ὅσα εἶπον, ὅσα ἔφημί.„ τοῦτο δὲ βούλεται ποιεῖν καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ,

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν·
Νιρεὺς Ἀγλαΐης·
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος.

περὶ οὗ γὰρ πολλὰ εἴρηται, ἀνάγκη καὶ πολλάκις εἰρῆσθαι. εἰ οὖν καὶ πολλάκις, καὶ πολλὰ δοκεῖ. ὥστε ηὔξησεν ἅπαξ μνησθεὶς διὰ τὸν παραλογισμὸν, καὶ

4 Et diſſoluta eodem modo: *veni, occurri, rogavi;* nam neceſſe eſt eis actionem adhibere, neque, tanquam res una dicatur, eodem animi habitu ac ſono vocis uti. Praeterea habent diſſoluta peculiare quidquam; nam eodem tempore multa dici videntur. Coniunctio enim ex multis unum efficit; quae ſi detrahatur, perſpicuum eſt, effici contrarium, ut ex uno fiant multa. Habet igitur amplificationem: *Veni, narravi, ſupplicavi multa. — Videtur autem omnia negligere, quae narro, quae dico.* Hoc idem etiam Homerus facere voluit in loco,

Nireus tamen ex Syme;
Nireus Aglaiae filius;
Nireus, qui pulcherrimus.

Nam de quo multa dicuntur, neceſſe eſt quoque ut is ſaepe nominetur. Itaque ſi ſaepe nominatur, etiam multa dici videntur. Amplificavit igitur ſemel tantum eius mentionem faciens per fallaciam, & memoriae (*audito-*

μνήμην πεποίηκεν, οὐδαμοῦ ὕστερον αὐτοῦ λόγον ποιησάμενος. 5 Ἡ μὲν οὖν δημηγορικὴ λέξις καὶ παντελῶς ἔοικε τῇ σκιαγραφίᾳ· ὅσῳ γὰρ ἂν πλείων ᾖ ὁ ὄχλος, πορρώτερον ἡ θέα· διὸ τὰ ἀκριβῆ περίεργα καὶ χείρω φαίνεται ἐν ἀμφοτέροις. ἡ δὲ δίκη ἀκριβέστερον· ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ ἑνὶ κριτῇ· ἐλάχιστον γάρ ἐστιν ἐν ῥητορικοῖς· εὐσύνοπτον γὰρ μᾶλλον τὸ οἰκεῖον τοῦ πράγματος, καὶ τὸ ἀλλότριον· καὶ ὁ ἀγὼν ἄπεστιν· ὥστε καθαρὰ ἡ κρίσις. διὸ οὐχ οἱ αὐτοὶ ἐν πᾶσι τούτοις εὐδοκιμοῦσι ῥήτορες. ἀλλ' ὅπου μάλιστα ὑποκρίσεως, ἐνταῦθα ἥκιστα ἀκρίβεια ἑνί· τοῦτο δέ, ὅπου φωνῆς, καὶ μάλιστα, ὅπου μεγάλης. ἡ μὲν οὖν ἐπιδεικτικὴ λέξις γραφικωτάτη· τὸ γὰρ ἔργον αὐτῆς ἀνάγνωσις· δευτέρα δὲ ἡ δικανική. 6 Τὸ δὲ προσδιαιρεῖ-

rum) infixit, etiamſi poſtea nunquam illum nominet. 5 Deliberativi quidem generis elocutio omnino ſimilis eſt umbratili picturae; nam quanto maior fuerit eorum, (*quae depicta ſunt,*) turba, tanto longius ſpectatur; quare exquiſita in utriſque ſupervacanea & deteriora videntur. Sed in iudiciali genere exquiſitius eſſe debet genus dicendi; praeſertim ſi coram uno tantum iudice res agatur; nam minime artis praeſidiis uti licet; facilius enim perſpici poteſt, quid cauſae proprium ſit, & quid alienum; ipſumque ſtudium contentionis abeſt; itaque iudicium eſt incorruptum. Quapropter non in omnibus dicendi generibus iidem oratores excellunt. Sed ubi maxime actione opus eſt, ibi minime debet eſſe minuta diligentia; requiritur autem actio, ubi voce opus eſt, praeſertim, ubi magnâ. Demonſtrativi igitur generis oratio maxime idonea eſt ad ſcribendum; quoniam eius officium eſt, ut legatur; proximaque ab ea iudicialis eſt. 6 Diſtinguere autem inſuper elocutionem,

σθαι τὴν λέξιν, ὅτι ἡδεῖαν δεῖ καὶ μεγαλοπρεπῆ, περίεργον· τί γὰρ μᾶλλον ἢ σώφρονα καὶ ἐλευθέριον, καὶ εἴ τις ἄλλη ἤθους ἀρετή; τὸ γὰρ ἡδεῖαν εἶναι ποιήσει δῆλον ὅτι τὰ εἰρημένα, εἴπερ ὀρθῶς ὥρισται ἡ ἀρετὴ τῆς λέξεως· τίνος γὰρ ἕνεκα δεῖ σαφῆ, καὶ μὴ ταπεινὴν εἶναι, ἀλλὰ πρέπουσαν; ἄν τε γὰρ ἀδολεσχῇ, οὐ σαφὴς, οὐδὲ, ἂν σύντομος. ἀλλὰ δῆλον, ὅτι τὸ μέσον ἁρμόττει. καὶ τὸ ἡδεῖαν τὰ εἰρημένα ποιήσει, ἂν εὖ μιχθῇ τὸ εἰωθὸς, καὶ ξενικὸν, καὶ ὁ ῥυθμὸς, καὶ τὸ πιθανὸν ἐκ τοῦ πρέποντος. περὶ μὲν οὖν τῆς λέξεως εἴρηται, καὶ κοινῇ περὶ ἁπάντων, καὶ ἰδίᾳ περὶ ἕκαστον γένος. λοιπὸν δὲ, περὶ τάξεως εἰπεῖν.

ΚΕΦ. ιγ'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΜΕΡΩΝ.

Ἔστι δὲ τοῦ λόγου δύο μέρη· ἀναγκαῖον γὰρ, τό,

ut & ſuavem & magnificam eſſe oporteat, ſupervacaneum eſt; cur enim magis ita, quam temperantem & liberalem, & ſi qua alia huiuſcemodi virtus eſt? nam ſuavem eam, ut perſpicuum eſt, efficient ea, quae dicta ſunt, ſi quidem elocutionis virtus a nobis recte definita eſt; cuius enim rei gratia diximus, dilucidam eam eſſe oportere, nec humilem, ſed rei aptam? Nam ſi nugatoria fuerit, non erit dilucida, neque, ſi fuerit conciſa. Sed manifeſtum eſt, medium convenire. Quod ſi bene commixta fuerint ea, quae diximus, viz. uſitata verba, & peregrina, & oratorius numerus, & perſuadendi ratio cum decoro, ſuavem efficient orationem. Ac de elocutione quidem dictum eſt, & communiter de omnibus, & ſpeciarim de unoquoque genere. Supereſt vero, ut etiam de ordine dicamus.

CAP. XIII.

De partibus orationis.

Sunt autem orationis partes duae; neceſſe eſt enim,

τε πρᾶγμα εἰπεῖν, περὶ οὗ, καὶ τότ' ἀποδεῖξαι. διὸ εἰπόντα μὴ ἀποδεῖξαι, ἢ ἀποδεῖξαι μὴ προειπόντα, ἀδύνατον. ὅ, τε γὰρ ἀποδεικνύων τὶ ἀποδείκνυσι· καὶ ὁ προλέγων ἕνεκα τοῦ ἀποδεῖξαι προλέγει. 2 Τούτων δὲ τὸ μὲν πρόθεσίς ἐστι· τὸ δὲ πίστις. ὥσπερ ἂν εἴ τις διέλοι, ὅτι τὸ μὲν πρόβλημα· τὸ δὲ ἀπόδειξις. 3 Νῦν δὲ διαιροῦσι γελοίως· διήγησις γάρ που τοῦ δικανικοῦ λόγου μόνου ἐστίν. ἐπιδεικτικοῦ δὲ καὶ δημηγορικοῦ πῶς ἐνδέχεται εἶναι διήγησιν, οἵαν λέγουσιν, ἢ τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον, ἢ ἐπίλογον τῶν ἀποδεικτικῶν; προοίμιον δὲ, καὶ ἀντιπαραβολὴ, καὶ ἐπάνοδος, ἐν ταῖς δημηγορίαις τότε γίγνεται, ὅταν ἀντιλογία ᾖ· καὶ γὰρ ἡ κατηγορία καὶ ἡ ἀπολογία πολλάκις, ἀλλ' οὐχ, ᾗ συμβουλή· ἀλλ' ὁ ἐπίλογος. ἔτι οὐδὲ

primo rem, de qua agitur, exponere, deinde illam argumentis confirmare. Quare nemo vel narrare, nisi postea confirmet, vel confirmare, nisi prius narraverit, commode potest. Argumentis enim utens aliquid confirmat; & rem antea exponens id ideo facit, ut eam postea confirmet. 2 Horum autem alterum est propositio; alterum vero probatio. Quemadmodum si quis rem dividat, ut altera pars sit quaestio; altera vero demonstratio. 3 Nunc autem ridicule dividunt; narratio enim quodammodo iudicialis tantum generis est. Demonstrativi & deliberativi generis quomodo narratio esse potest, qualem ipsi volunt, vel quae contra adversarium dicuntur, vel peroratio quaenam est in exornationibus? Prooemium autem, & contentio, & enumeratio, tunc in deliberativo genere ponuntur, quando (*inter eos, qui sententiam dicunt,*) controversia est; nam & accusatio & defensio saepe adhibentur, sed non, quatenus est deliberatio; sed est peroratio. Porro ne-

δικανικοῦ παντὸς, οἷον, ἐὰν μικρὸς ὁ λόγος, ἢ τὸ πρᾶγμα εὐμνημόνευτον· συμβαίνει γὰρ, τοῦ μήκους ἀφαιρεῖσθαι. 4 Ἀναγκαῖα ἄρα μόρια πρόθεσις, καὶ πίστις. ἴδια μὲν οὖν ταῦτα· τὰ δὲ πλεῖστα, προοίμιον, πρόθεσις, πίστις, ἐπίλογος· τὰ γὰρ πρὸς τὸν ἀντίδικον τῶν πίστεών ἐστι· καὶ ἡ ἀντιπαραβολὴ αὔξησις τῶν αὐτοῦ, ὥστε μέρος τι τῶν πίστεων· ἀποδείκνυσι γάρ τι ὁ ποιῶν τοῦτο· ἀλλ' οὐ τὸ προοίμιον, οὐδ' ὁ ἐπίλογος, ἀλλ' ἀναμιμνήσκει. 5 Ἔσται οὖν, ἄν τις τὰ τοιαῦτα διαιρῇ, ὅπερ ἐποίουν οἱ περὶ Θεόδωρον, διήγησις ἕτερον, καὶ ἐπιδιήγησις, καὶ προδιήγησις, καὶ ἔλεγχος, καὶ ἐπεξέλεγχος. δεῖ δὲ εἴδός τι λέγοντα καὶ διαφορὰν ὄνομα τίθεσθαι· εἰ δὲ μὴ, γίγνεται κε-

que peroratio in omnibus iudiciis adhibetur, ut, si parva fuerit oratio, aut res eiusmodi, quae facile memoria comprehendi possit; nam ex longitudine detrahi solent. 4 Necessariae igitur sunt partes duae, propositio, & probatio. Ac propria quidem haec sunt; si autem plura fuerint, (*tunc erunt*) prooemium, propositio, probatio, peroratio; nam quae ad reprehendendum adversarium attinent, probationibus subiiciuntur; contentio vero est amplificatio suarum rationum, quo fit, ut pars quaedam sit probationum; nam qui hoc facit, aliquid demonstrat; prooemium vero hoc non efficit, neque peroratio, sed tantum in memoriam reducit. 5 Quod si quis ita dividat, ut Theodori sectatores faciebant, erit alia pars narratio, alia supernarratio, alia praenarratio, alia reprehensio, alia superreprehensio. Sed tunc novum nomen ponere oportet, cum aliquam rem novam & ab aliis differentem aliquis dicit; alioqui res est

νον καὶ ληρῶδες, οἷον Λυκίμνιος ποιεῖ ἐν τῇ τέχνῃ, ἐπούρωσιν ὀνομάζων, καὶ ἀποπλάνησιν, καὶ ὄζους.

ΚΕΦ. ιδ'.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΟΙΜΙΟΥ.

Τὸ μὲν οὖν προοίμιον ἔστιν ἀρχὴ λόγου· ὅπερ ἐν ποιήσει πρόλογος, καὶ ἐν αὐλήσει προαύλιον· πάντα γὰρ ἀρχαὶ ταῦτ' εἰσὶ, καὶ οἷον ὁδοποίησις τῷ ἐπιόντι. τὸ μὲν οὖν προαύλιον ὅμοιον τῷ τῶν ἐπιδεικτικῶν προοιμίῳ· καὶ γὰρ οἱ αὐληταὶ, ὅ, τι ἂν εὖ ἔχωσιν αὐλῆσαι, τοῦτο προαυλίσαντες συνῆψαν τῷ ἐνδοσίμῳ· καὶ ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς λόγοις δεῖ οὕτω γράφειν· ὅ, τι γὰρ ἂν βούληται, εὐθὺς εἰπόντα ἐνδοῦναι καὶ συνάψαι· ὅπερ πάντες ποιοῦσι παράδειγμα τὸ τῆς Ἰσοκράτους Ἑλένης προοίμιον· οὐδὲν γὰρ οἰκεῖον ὑπάρχει τοῖς ἐρι-

inanis & nugatoria, ſicuti Lycimnius in arte ſua facit, qui nominat irruptionem, & aberrationem, & ramos.

CAP. XIV.

De prooemio.

Prooemium igitur principium eſt orationis; ſicut in poëſi prologus, & in tibicinis cantu praeludium; nam haec omnia principia ſunt, & quaſi viae munitio pertranſituro. At praeludium quidem ſimile eſt prooemio demonſtrativi generis; nam tibicines quidquid ſibi videntur bene canere poſſe, id praecinentes cum ſequenti cantu copulant; ſic etiam in demonſtrativo genere ſcribendae ſunt orationes; quidquid enim voluerit, orator initio dicere poteſt, deinde progredi, & cum oratione id coniungere; cuius rei omnes exemplum ſibi aſſumunt prooemium illud Iſocratis in encomio Helenae; nam nihil habent commune Sophiſtae cum Hele-

στικοῖς καὶ Ἑλένῃ. ἅμα δὲ καὶ, ἐὰν ἐκτοπίσῃ, ἁρμόττει, μὴ ὅλον τὸν λόγον ὁμοειδῆ εἶναι. 2 Λέγεται δὲ τὰ τῶν ἐπιδεικτικῶν προοίμια ἐξ ἐπαίνου, ἢ ψόγου· οἷον Γοργίας μὲν ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ λόγῳ, „Ὑπὸ πολλῶν ἀξιοι θαυμάζεσθαι, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες·„ ἐπαινεῖ γὰρ τοὺς τὰς πανηγύρεις συνάγοντας· Ἰσοκράτης δὲ ψέγει, „ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων ἀρετὰς δωρεαῖς ἐτίμησαν· τοῖς δ' εὖ φρονοῦσιν οὐδὲν ἆθλον ἐποίησαν.„ 3 Καὶ ἀπὸ συμβουλῆς, οἷον „ὅτι δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς τιμᾶν·„ διὸ καὶ αὐτὸς Ἀριστείδην ἐπαινεῖ· ἢ τοὺς τοιούτους, οἳ μήτε εὐδοκιμοῦσι, μήτε φαῦλοι, ἀλλ' ὅσοι ἀγαθοὶ ὄντες ἄδηλοι, ὥσπερ Ἀλέξανδρος ὁ Πριάμου· οὗτος γὰρ συμβουλεύει. 4 Ἔτι δ' ἐκ τῶν δικανικῶν προοιμίων· τοῦτο δ' ἐστὶν, ἐκ τῶν πρὸς τὸν ἀκροατὴν, εἰ περὶ παραδόξου λόγος, ἢ περὶ χαλεποῦ,

na. Simul vero etiam, cum a propoſita materia digreditur orator, adeſt illud emolumentum, quod oratio tota non ſit unius generis. 2 Ducuntur autem exordia demonſtrativi generis a laude, vel vituperatione, ut Gorgias in oratione Olympica: *Apud multos admiratione digni, o viri Graeci;* laudat enim eos, qui celebritates inſtituerunt; Iſocrates autem vituperat, *quod corporis virtutibus praemia ſtatuiſſent, ſapientiâ vero inſtructis nullum praemium poſuiſſent.* 3 Ducuntur etiam a conſilio, ut, *Oportere nos probis viris honorem habere,* ideo etiam ipſe Ariſtidem laudat; vel, (*ſi quis dicat, laudandos eſſe*) tales, qui neque vulgo celebres ſunt, neque improbi, ſed cum probi ſint, tamen in obſcuritate manent, ſicut Alexander Priami filius; hic enim conſultat. 4 Quin etiam ab iis, quae propria ſunt iudicialis generis, exordia ducuntur; viz. ab iis, quae perſonam auditoris reſpiciunt, ut ſi de re incredibili ſit oratio, vel arduâ, vel per-

ἢ περὶ τεθρυλλημένου πολλοῖς, ὥστε συγγνώμην ἔχειν· οἷον Χοιρίλος,

Νῦν δ', ὅτε πάντα δέδασται.

τὰ μὲν οὖν τῶν ἐπιδεικτικῶν λόγων προοίμια ἐκ τούτων· ἐξ ἐπαίνου, ἐκ ψόγου, ἐκ προτροπῆς, ἐξ ἀποτροπῆς, ἐκ τῶν πρὸς τὸν ἀκροατήν. δεῖ δὲ ἢ ξένα, ἢ οἰκεῖα εἶναι τὰ ἐνδόσιμα τῷ λόγῳ. 5 Τὰ δὲ τοῦ δικανικοῦ προοίμια, δεῖ λαβεῖν, ὅτι ταὐτὸ δύναται, ὅπερ τῶν δραμάτων οἱ πρόλογοι, καὶ τῶν ἐπῶν τὰ προοίμια· τὰ μὲν γὰρ τῶν διθυράμβων ὅμοια τοῖς ἐπιδεικτικοῖς·

Διὰ σὲ καὶ τεὰ δῶρα, εἴ τε σκύλα.

6 Ἐν δὲ τοῖς λόγοις καὶ ἔπεσι δεῖγμά ἐστι τοῦ λόγου, ἵνα προίδωσι, περὶ οὗ ἡ ὁ λόγος, καὶ μὴ κρέμηται ἡ διάνοια· τὸ γὰρ ἀόριστον πλανᾷ. ὁ δοὺς οὖν, ὥσ-

vulgatâ; tunc enim venia petenda eſt; quemadmodum Choerilus,

At nunc, cum omnia iam vulgata ſint.

Prooemia igitur demonſtrativi generis ab his ducuntur: a laude, a vituperatione, a ſuaſione, a diſſuaſione, ab iis, quae perſonam auditoris reſpiciunt. Quae autem viam ad orationem aperiunt, aut peregrina, aut propria rei eſſe oportet. 5 Prooemia autem iudicialis generis, ſtatuendum eſt, idem valere, quod fabularum prologi, & heroici carminis prooemia; nam principia dithyramborum ſimilia ſunt exordiis demonſtrativi generis:

Propter te, tuaque munera atque ſpolia.

6 In orationibus autem & carminibus heroicis principium eſt ſpecimen orationis futurae, ut praevideant (*auditores*), de quibus rebus ſermo futurus ſit, & ne eorum animus ſit ſuſpenſus; quod enim indefinitum eſt, (*huc & illuc mentem*) vagari cogit. Qui igitur rem tanquam in

περ εἰς τὴν χεῖρα, τὴν ἀρχὴν ποιεῖ ἐχόμενον ἀκολουθεῖν τῷ λόγῳ. διὰ τοῦτο,

Μῆνιν ἄειδε θεά. —

Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα. —

Ἄγεο μοι λόγον ἄλλον, ὅπως Ἀσίας ἀπὸ γαίης

Ἦλθεν ἐς Εὐρώπην πόλεμος μέγας.

καὶ οἱ τραγικοὶ δηλοῦσι περὶ τὸ δρᾶμα, κἂν μὴ εὐθὺς, ὥσπερ Εὐριπίδης· ἀλλ' ἐν τῷ προλόγῳ γέ που δηλοῖ, ὥσπερ καὶ Σοφοκλῆς,

Ἐμοὶ πατὴρ ἦν Πόλυβος.

καὶ ἡ κωμῳδία ὡσαύτως. τὸ μὲν οὖν ἀναγκαιότατον ἔργον τοῦ προοιμίου καὶ ἴδιον τοῦτο, δηλῶσαι, τί ἐστι τὸ τέλος, οὗ ἕνεκα ὁ λόγος. διόπερ ἂν δῆλον ᾖ καὶ μικρὸν τὸ πρᾶγμα, οὐ χρηστέον προοιμίῳ. 7 Τὰ δὲ ἄλλα εἴδη, οἷς χρῶνται, ἰατρεύματα, καὶ κοινά. λέ-

manu tradit, facit ut auditor orationem sequatur & percipiat. Atque hac de causa (*dixit Homerus*),

Iram Diva refer —
Dic mihi Musa virum —
Musa age iam, alterius dux nobis carminis esto,
Ut magnum ex Asia bellum processit in oras
Europae.

Tragici etiam poëtae fabulam initio docent, quod si non statim, ut Euripides, at certe in prologi aliqua parte docent, quemadmodum etiam Sophocles,

Pater mihi fuit Polybus.

Et comoedia idem servat. Prooemii vero maxime necessarium ac proprium munus est, finem institutae orationis aperire. Quare si causa perspicua fuerit aut parva, non utendum est prooemio. 7 Reliquae vero prooemii species, quibus utuntur (*oratores*), remedia quaedam sunt, & ea quidem communia. Ducuntur autem

γεται δὲ ταῦτα ἔκ τε τοῦ λέγοντος, καὶ τοῦ ἀκροατοῦ, καὶ τοῦ πράγματος, καὶ τοῦ ἐναντίου. περὶ αὐτοῦ μὲν καὶ τοῦ ἀντιδίκου, ὅσα περὶ διαβολὴν λῦσαι καὶ ποιῆσαι. ἔστι δὲ οὐχ ὁμοίως· ἀπολογουμένῳ μὲν γὰρ πρῶτον τὰ πρὸς διαβολήν· κατηγοροῦντι δ' ἐν τῷ ἐπιλόγῳ. διὸ ὃ δὲ, οὐκ ἄδηλον· τὸν μὲν γὰρ ἀπολογούμενον, ὅταν μέλλῃ εἰσάξειν αὐτὸν, ἀναγκαῖον ἀνελεῖν τὰ κωλύοντα· ὥστε λυτέον πρῶτον τὴν διαβολήν· τῷ δὲ διαβάλλοντι ἐν τῷ ἐπιλόγῳ διαβλητέον, ἵνα μνημονεύσωσι μᾶλλον. τὰ δὲ πρὸς τὸν ἀκροατὴν ἐκ τοῦ εὔνουν ποιῆσαι, καὶ ἐκ τοῦ ὀργίσαι, καὶ ἐνίοτε δὲ ἐκ τοῦ προσεκτικὸν, ἢ τοὐναντίον· οὐ γὰρ αἰεὶ συμφέρει ποιεῖν προσεκτικόν· διὸ πολλοὶ εἰς γέλωτα πειρῶνται προάγειν. εἰς δὲ εὐμάθειαν ἅπαντα ἀνάξει, ἐάν τις βούληται· καὶ τὸ ἐπιεικῆ φαίνεσθαι· προσέχουσι γὰρ

haec vel ab oratore ipſo, vel ab auditore, vel a cauſa, vel ab adverſario. Ab oratore ipſo & ab adverſario (*ducuntur ea*), quae ad inferendum crimen & diſſolvendum pertinent. Fit autem hoc non eodem modo; nam defendenti quidem ſtatim criminibus occurrendum eſt; accuſanti vero in peroratione eſt criminandum. Cuius rei cauſa non obſcura eſt; reus enim cum ſe inſinuare contendat, neceſſe habet, omnia, quae obſtant, removere; quare inprimis eum adverſarii criminationem diſſolvere oportet; accuſator vero in peroratione criminari debet, ut facilius auditores ea recordari poſſint. Quae autem ad auditorem pertinent, eo ſpectant, ut eum nobis benevolum faciamus, & in adverſarium concitemus, & interdum ut attentum reddamus, vel contra; non enim ſemper prodeſt, attentum reddere; quare multi riſum conantur excitare. Ad docilitatem vero conducent omnia, ſi quis rei ſtudeat; & ſi vir bonus ap-

μᾶλλον τούτοις. προσεκτικοὶ δὲ τοῖς μεγάλοις, τοῖς ἰδίοις, τοῖς θαυμαστοῖς, τοῖς ἡδέσι. διὸ δεῖ ἐμποιεῖν, ὡς περὶ τοιούτων ὁ λόγος. ἐὰν δὲ μὴ προσεκτικοὺς, ὅτι μικρὸν, ὅτι οὐδὲν πρὸς ἐκείνους, ὅτι λυπηρόν. 8 Δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι πάντα ἔξω τοῦ λόγου τὰ τοιαῦτα· πρὸς θαῦλον γὰρ ἀκροατὴν, καὶ τὰ ἔξω τοῦ πράγματος ἀκούοντα· ἐπεὶ, ἂν μὴ τοιοῦτος ᾖ, οὐδὲν δεῖ προοιμίου, ἀλλ' ἢ ὅσον τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν κεφαλαιωδῶς, ἵνα ἔχῃ, ὥσπερ σῶμα, κεφαλήν. 9 Ἔτι, τὸ προσεκτικοὺς ποιεῖν πάντων τῶν μερῶν κοινὸν, ἐὰν δέῃ· πανταχοῦ γὰρ ἀνιᾶσι μᾶλλον, ἢ ἀρχόμενοι. διὸ γελοῖον ἐν ἀρχῇ τάττειν, ὅτε μάλιστα πάντες προσέχοντες ἀκροῶνται. ὥστε, ὅπου ἂν ᾖ καιρὸς, λεκτέον, „Καί μοι προσέχετε τὸν νοῦν· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον ἐμὸν, ἢ

pareat; nam talibus viris se attentiores praebent (*auditores*). Attenti autem fiunt rebus magnis, propriis, admirabilibus, iucundis. Quare admonere eos oportet, de huiusmodi rebus sermonem esse. Quod si autem non attentos esse voluerimus, (*dicemus*,) rem esse pusillam, nihil ad eos pertinentem, molestam ac odiosam. 8 Sciendum vero est, haec omnia esse extra causam; nam ad depravatum auditorem spectant, & libenter audientem, quae nihil ad rem faciunt; nisi enim talis sit, nihil opus est prooemio, sed sufficit id, quod causa postulat, summatim dicere, ut iudex caput illud, tanquam totius causae corpus habeat. 9 Porro, attentos facere (*auditores*) commune est omnium partium, cum opus est; nam alibi magis ubique, quam initio, remittunt animum. Itaque ridiculum est initio sectari, cum tunc maxime attenti sint auditores. Quare, quoties sese offert opportunitas, captanda attentio est; ut, *Mihi animum advertite; neque enim mea magis, quam vestra res agitur;* &, *Di-*

ὑμέτερον·„ καὶ, „Ἐρῶ γὰρ ὑμῖν, οἷον οὐδεπώποτε ἀκηκόατε δεινὸν, ἢ οὕτω θαυμαστόν.„ τοῦτο δ' ἐστὶν, ὥσπερ ἔφη Πρόδικος, ὅτε νυστάζοιεν οἱ ἀκροαταὶ, παρεμβάλλειν τῆς πεντηκονταδράχμου αὐτοῖς. 10 Ὅτι δὲ πρὸς τὸν ἀκροατὴν, οὐχ ἧπερ ὁ ἀκροατὴς, δῆλον· πάντες γὰρ ἢ διαβάλλουσιν, ἢ φόβους ἀπολύονται ἐν τοῖς προοιμίοις.

Ἄναξ, ἐρῶ μὲν, οὐχ ὅπως σπουδῆς ὕπο —

Τί φροιμιάζῃ;

καὶ οἱ πονηρὸν τὸ πρᾶγμα ἔχοντες, ἢ δοκοῦντες· πανταχοῦ γὰρ βέλτιον διατρίβειν, ἢ ἐν τῷ πράγματι. διὸ οἱ δοῦλοι οὐ τὰ ἐρωτώμενα λέγουσιν, ἀλλὰ τὰ κύκλῳ, καὶ προοιμιάζονται. 11 Πόθεν δ' εὔνους δεῖ ποιεῖν, εἴρηται, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν τοιούτων. ἐπεὶ δὲ εὖ λέγεται,

cam vobis (horrendum facinus), nunquam alias auditum, aut certe non tam mirabile. Hoc autem eſt id, quod Prodicus dixit, ſe, cum auditores dormitantes videret, aliquid in medio ſermone inſerere ex ſua quinquaginta drachmarum oratione. 10 Ad auditorem vero haberi prooemia, non quatenus auditor eſt, patet; omnes enim in prooemiis vel criminantur, vel metum disiiciunt.

Dicam quidem, o rex, non quanta diligentia —
Quid uteris prooemio?

Et qui malam cauſam habent, vel habere videntur, (*prooemiis utuntur;*) nam in quovis loco potius commorari melius eſt his, quam in ipſa cauſa. Itaque ſervi non ad interrogata reſpondent, ſed verborum ambagibus utuntur, & longis exordiis. 11 Quomodo autem benevolentiam captare oporteat, dictum eſt, & de ceteris huiuſmodi ſingulis. Quoniam vero bene dictum eſt (*ab Homero*):

Δός μ' ἐς Φαίηκας φίλον ἐλθεῖν, ἠδ' ἐλεεινόν,

τούτων δεῖ δύο στοχάζεσθαι. ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς οἴεσθαι δεῖ ποιεῖν συνεπαινεῖσθαι τὸν ἀκροατὴν, ἢ αὐτὸν, ἢ γένος, ἢ ἐπιτηδεύματ' αὐτοῦ, ἢ ἄλλως γέ πως. ὃ γὰρ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, ἀληθὲς, ὅτι οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν, ἀλλ' ἐν Λακεδαιμονίοις. τὰ δὲ τοῦ δημηγορικοῦ ἐκ τῶν τοῦ δικανικοῦ λόγου ἐστί. φύσει δὲ ἥκιστα ἔχει· καὶ γὰρ καὶ, περὶ οὗ, ἴσασι· καὶ οὐδὲν δεῖται τὸ πρᾶγμα προοιμίου, ἀλλ' ἢ δι' αὐτὸν, ἢ τοὺς ἀντιλέγοντας, ἢ ἐὰν μὴ, ἡλίκον βούλει, ὑπολαμβάνωσιν, ἀλλ' ἢ μεῖζον, ἢ ἔλαττον· διὸ ἢ διαβάλλειν, ἢ ἀπολύεσθαι ἀνάγκη, καὶ ἢ αὐξῆσαι, ἢ μειῶσαι. τούτων δὲ ἕνεκα προοιμίου δεῖται· ἢ κόσμου χάριν· ὡς αὐτοκάβδαλα φαίνεται,

Effice, ut adveniam, Diva, ad Phaeaces amicus,
Et miſerabilis,

haec duo diligenter conſideranda ſunt. In exordiis autem demonſtrativi generis efficere oportet, ut auditor una laudari putet ſe, vel genus, vel ſtudia ſua, vel alio aliquo modo. Quod enim ait Socrates in funebri ſermone, verum eſt, *Non difficile eſſe Athenienſes Athenis laudare, ſed apud Lacedaemonios.* Deliberationum vero exordia a iudiciali genere ſumuntur. Naturâ tamen (*deliberationes*) rariſſime exordia habent; nam ſciunt (*deliberantes*), qua de re ſint verba facienda; & res ipſa nullo indiget prooemio, niſi vel propter ipſum (*oratorem*), vel adverſarios, vel ſi res non tanta exiſtimetur, quantam ipſe vult, ſed aut maior, aut minor; itaque vel criminari neceſſe eſt, vel crimina diſſolvere, & vel amplificare, vel minuere. Horum autem gratia prooemio opus eſt; vel ornamenti cauſa; ne temere effutita (*oratio*)

ἐὰν μὴ ἔχῃ· τοιοῦτον γὰρ τὸ Γοργίου ἐγκώμιον εἰς Ἠλείους· οὐδὲν γὰρ προεξαγωνίσας, οὐδὲ προαναπνήσας, εὐθὺς ἄρχεται, „Ἦλις, πόλις εὐδαίμων.„

ΚΕΦ. ιε'.

ΤΟΠΟΙ ΠΡΟΣ ΤΟ ΑΠΟΛΥΕΣΘΑΙ ΔΙΑΒΟΛΗΝ.

Περὶ δὲ διαβολῆς, ἓν μὲν τὸ ἐξ ὧν ἄν τις ὑπόληψιν δυσχερῆ ἀπολύσαιτο· οὐδὲν γὰρ διαφέρει, εἴτε εἰπόντος τινὸς, εἴτε μή· ὥστε τοῦτο καθόλου. 2 Ἄλλος τρόπος, ὥστε πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα ἀπαντᾶν, ἢ ὡς οὐκ ἔστιν, ἢ ὡς οὐ βλαβερὸν, ἢ οὐ τούτῳ, ἢ ὡς οὐ τηλικοῦτον, ἢ οὐκ ἄδικον, ἢ οὐ μέγα, ἢ οὐκ αἰσχρὸν, ἢ οὐκ ἔχον μέγεθος· περὶ γὰρ τοιούτων ἡ ἀμφισβήτησις· ὥσπερ Ἰφικράτης πρὸς Ναυσικράτην· ἔφη γὰρ, ποιῆσαι, ὃ ἔλεγε, καὶ βλάψαι, ἀλλ' οὐκ ἀδικεῖν· ἢ ἀν-

videatur, si quis prooemio non utatur; eiusmodi est encomium Gorgiae in Elienses; nulla enim ante brachiorum extensione facta, nulla praeparatione, statim incipit, *Elis, fortunata civitas.*

CAP. XV.

Loci ad crimina dissolvenda.

De criminatione autem, id primum est, (*ut ea dicantur*,) quae valent ad delendam ex animis malam existimationem; nihil enim refert, sive ex alicuius sermone mala existimatio concitata fuerit, sive non; nam illud generatim prodest. 2 Alius modus est, ut ita occurratur, sicut rebus controversis occurri solet, vel non esse factam rem, vel non esse pernicio sam, vel non huic, vel non tam magnam, vel non iniquam, vel non magnam, vel non turpem, vel esse pusillam; nam de his solet esse controversia; quemadmodum Iphicrates contra Nausicratem; dixit enim, se feciſſe, quod ille obiiciebat, non tamen iniuste se gessisse; vel compensari, quod iniuste

τικαταλλάττεσθαι ἀδικοῦντα· εἰ βλαβερὸν, ἀλλὰ καλόν· εἰ λυπηρὸν, ἀλλ' ὠφέλιμον· ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον. 3 Ἄλλος τρόπος, ὡς ἔστιν ἁμάρτημα, ἢ ἀτύχημα, ἢ ἀναγκαῖον· οἷον Σοφοκλῆς ἔφη τρέμειν, οὐχ, ὡς ὁ διαβάλλων ἔφη, ἵνα δοκῇ γέρων, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης· οὐ γὰρ ἑκοντὶ εἶναι αὐτῷ ἔτη ὀγδοήκοντα. καὶ ἀντικαταλλάττεσθαι τὸ οὗ ἕνεκα, ὅτι οὐ βλάψαι ἠβούλετο, ἀλλὰ τόδε, καὶ οὐ τοῦτο, ὃ διεβάλλετο, ποιῆσαι· συνέβη δὲ βλαβῆναι. δίκαιον δὲ μισεῖν, εἰ, ὅπως τοῦτο γένηται, ἐποίουν. 4 Ἄλλος, εἰ ἐμπεριείληπται ὁ διαβάλλων ἢ νῦν, ἢ πρότερον, ἢ αὐτὸς, ἢ τῶν ἐγγύς. 5 Ἄλλος, εἰ ἐμπεριλαμβάνονται, οὓς ὁμολογοῦσι μὴ ἐνόχους εἶναι τῇ διαβολῇ· οἷον, εἰ ὅτι καθαρὸς ὁ μοιχὸς, καὶ ὁ δεῖνα, [καὶ ὁ δεῖνα ἄρα]. 6 Ἄλλος, εἰ ἄλλους

factum eſt; (*ut,*) ſi detrimentum attulit, at fuit honeſtum; ſi moleſtum fuit, at utilitatem habuit, aut aliud ſimile quid. 3 Alius modus eſt, (*ut dicatur,*) aut errorem fuiſſe, aut infortunium, aut neceſſitate eveniſſe; quemadmodum Sophocles ſe tremere dixit, non, ut calumniator obiecerat, quo ſenex videretur, ſed neceſſario; non enim ſua ſponte ad annos octoginta perveniſſe. Licet etiam finem, cuius gratia factum ſit aliquid, commutare, ut, Non erat ei animus laedendi, ſed aliud efficiendi, neque hoc facere ſtudebat, quod calumniator ait, ſed accidit, ut is laederetur. Eſſet autem odio dignus, ſi hoc efficere ſtuduiſſet. 4 Alius (*modus eſt, ut animadvertatur*), an adverſarius in ea culpa vel hoc tempore, vel antea fuerit, aut ipſe, aut aliquis propinquorum eius. 5 Alius modus, ſi illi comprehenduntur, quos adverſarii fatentur non eſſe crimini obnoxios; ut, ſi adulter eſt ſceleris purus, ergo etiam hic atque ille. 6 Alius modus, ſi alios falſo inſimulavit, vel eum

διέβαλεν, ἢ ἄλλος αὐτὸν, ἢ ἄνευ διαβολῆς ὑπελαμβάνοντο, ὥσπερ αὐτὸς νῦν, οἳ πεφήνασιν οὐκ ἔνοχοι. 7 Ἄλλος ἐκ τοῦ ἀντιδιαβάλλειν τὸν διαβάλλοντα· ἄτοπον γὰρ, εἰ ὁ αὐτὸς ἄπιστος, οἱ τούτου λόγοι ἔσονται πιστοί. 8 Ἄλλος, εἰ γέγονε κρίσις· ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα * ἐν τῇ Ἀντιδόσει κατηγοροῦντα, ὡς ἀσεβὴς, ὅς γ' ἐποίησε κελεύων ἐπιορκεῖν·

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος·

ἔφη γὰρ, αὐτὸν ἀδικεῖν τὰς ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἀγῶνος κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λόγον, ἢ δώσειν, εἰ βούλεται κατηγορεῖν. 9 Ἄλλος ἐκ τοῦ διαβολῆς κατηγορεῖν, ἠλίκον· καὶ τοῦτο, ὅτι ἄλλας κρίσεις ποιεῖ. κοινὸς δ' ἀμφοῖν ὁ τόπος, τὸ σύμβολα λέγειν· οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ ὁ Ὀδυσσεὺς, ὅτι οἰκεῖος τῷ Πριάμῳ· ἡ γὰρ Ἡσιόνη ἀδελφή·

alius, vel ſine criminatione alicuius ſi tales exiſtimabantur, qualis ipſe nunc, qui tamen innocentes deinde reperti ſunt. 7 Alius, ſi quis criminantem recriminatur. Nam abſurdum eſt, ut eius oratio fidem faciat, qui non ſit ipſe fide dignus. 8 Alius, ſi iam factum eſt iudicium; quemadmodum Euripides contra Hygiaenontem in Antidoſi cum accuſaretur tanquam impius, quod iuberet peierare, cum verſum illum feciſſet:

Iuravi lingua, mentem iniuratam gero;

dixit enim, iniuſte eum facere, qui iudicia ex certamine Liberi patris in forum adduceret; ſe namque ibi iam rationem reddidiſſe, aut redditurum, ſi ibi vellet accuſare. 9 Alius, ſi calumnia ipſa vituperetur, quam grave illa malum ſit, utpote quae iudicia perturbet. Communis vero locus amborum eſt, cum ſigna commemorant; ut in Teucro Ulyſſes ait, Teucrum eſſe Priamo ſanguine coniunctum; nam Heſione fuit (*Priа-*

ὁ δε, ὅτι ὁ πατὴρ ἐχθρὸς τῷ Πριάμῳ ὁ Τελαμών· καὶ ὅτι οὐ κατεῖπε τῶν κατασκόπων. 10 Ἄλλος τῷ διαβάλλοντι, τὸν ἐπαινοῦντα μικρὸν μακρῶς ψέξαι, μέγα συντόμως, ἢ πολλὰ ἀγαθὰ προθέντα, ὃ εἰς τὸ πρᾶγμα προφέρει, ἓν ψέξαι. τοιοῦτοι δὲ οἱ τεχνικώτατοι καὶ ἀδικώτατοι· τοῖς ἀγαθοῖς γὰρ βλάπτειν πειρῶνται, μιγνύντες αὐτὰ τῷ κακῷ. κοινὸν δὲ τῷ διαβάλλοντι καὶ τῷ ἀπολυομένῳ, ἐπειδὴ τὸ αὐτὸ ἐνδέχεται πλειόνων ἕνεκα πραχθῆναι, τῷ μὲν διαβάλλοντι κακοηθιστέον ἐστὶ τὸ χεῖρον ἐκλαμβάνοντι· τῷ δὲ ἀπολυομένῳ ἐπὶ τὸ βέλτιον· οἷον ὅτι ὁ Διομήδης τὸν Ὀδυσσέα προείλετο, τῷ μὲν, ὅτι διὰ τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν τὸν Ὀδυσσέα· τῷ δὲ, ὅτι οὔ· ἀλλὰ διὰ τὸ μόνον μὴ ἀνταγωνιστὴν, ὡς φαῦλον. καὶ περὶ μὲν διαβολῆς εἰρήσθω τοσαῦτα.

mi) foror; ille vero (*dixit*), patrem ſuum Telamonem Priamo hoſtem fuiſſe, neque ſe ſpeculatores indicaſſe. 10 Alius modus accuſatoris proprius, ſi paululum laudet, ut gravius vituperet, & ſi, quod magnum atque egregium eſt, breviter attingat, vel ſi multis bonis propoſitis, deinde unum, quod ad cauſam faciat, crimen proferens vituperet. Tales autem ſunt artificioſiſſimi & iniquiſſimi (*accuſatores*); nam adverſarium bonis eius laedere conantur, cum ea vitio permiſceant. Illud vero commune eſt & inferenti crimen & depellenti, quoniam fieri poteſt, ut eadem res pluribus de cauſis facta ſit, criminans debet eam depravare, atque in deteriorem partem inflectere; diſſolvens autem crimen in meliorem partem trahere; ut quod Diomedes Ulyſſem ſocium elegerit, ideo factum eſſe, quoniam Ulyſſem Graecorum optimum exiſtimaret; immo vero, dicet alius, quoniam ſolum eum tanquam ignavum ſibi non fore aemulum iudicaret. Ac de criminatione quidem haec dicta ſint.

ΚΕΦ. ιστ'.

ΠΕΡΙ ΔΙΗΓΗΣΕΩΣ.

Διήγησις δ' ἐν μὲν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς ἐστιν οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλὰ κατὰ μέρος· δεῖ μὲν γὰρ τὰς πράξεις διελθεῖν, ἐξ ὧν ὁ λόγος· σύγκειται γὰρ ἔχων ὁ λόγος τὸ μὲν ἄτεχνον· οὐδὲν γὰρ αἴτιος ὁ λέγων τῶν πράξεων· τὸ δὲ ἐκ τῆς τέχνης· τοῦτο δ' ἐστὶν, ἢ ὅτι ἐστὶ δεῖξαι, ἐὰν ᾖ ἄπιστον, ἢ ὅτι ποῖον, ἢ ὅτι πόσον, ἢ καὶ ἅπαντα. 2 Διὰ δὲ τοῦτ' ἐνίοτε οὐκ ἐφεξῆς δεῖ διηγεῖσθαι πάντα, ὅτι δυσμνημόνευτον τὸ δεικνύναι οὕτως. ἐκ μὲν οὖν τούτων ἀνδρεῖος· ἐκ δὲ τῶνδε σοφὸς, ἢ δίκαιος. καὶ ἁπλούστερος ὁ λόγος οὗτος· ἐκεῖνος δὲ ποικίλος, καὶ οὐ λιτός. 3 Δεῖ δὲ τοὺς μὲν γνωρίμους ἀναμιμνήσκειν· διὸ οἱ πολλοὶ οὐδὲν δέονται διηγήσεως· οἷον, εἰ θέλεις

CAP. XVI.

De narratione.

Narratio vero in exornationibus non perpetua eſt, ſed in plures partes diſtincta; nam actiones & res geſtas commemorare opus eſt, e quibus oratio componitur; conſtat enim oratio tum ex iis, quae ſunt artis expertia; neque enim dicens auctor eſt rerum geſtarum; tum vero ex iis, quae ab arte proveniunt; ut, cum rem factam eſſe docere opus eſt, ſi fuerit incredibilis, vel qualis ſit, aut quanta, vel haec ſimul omnia. 2 Qua de cauſa interdum non continenti oportet uti narratione, quoniam ſic demonſtrata difficulter memoriae mandantur. (*Ut*,) Ex his quidem fortis eſſe cognoſcitur; ex illis vero ſapiens, aut iuſtus. Atque haec oratio ſimplicior eſt; illa autem varia, nec exilis. 3 Notas vero & celebres actiones tantum in memoriam revocare opus eſt, quo fit, ut multi oratione non in-

Ἀχιλλέα ἐπαινεῖν· ἴσασι γὰρ πάντες τὰς πράξεις· ἀλλὰ χρῆσθαι αὐταῖς δεῖ· ἐὰν δὲ Κριτίαν, δεῖ· οὐ γὰρ πολλοὶ ἴσασιν. * * 4 Νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχείαν. καίτοι, ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρομένῳ, πότερον σκληρὰν ἢ μαλακὴν μάξει, τί δ', ἔφη, εὖ ἀδύνατον; καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως· δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι, ὥσπερ οὐδὲ προοιμιάζεσθαι μακρῶς, οὐδὲ τὰς πίστεις λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ, ἢ τῷ ταχὺ, ἢ τῷ συντόμως, ἀλλὰ τῷ μετρίως· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λέγειν, ὅσα δηλώσει τὸ πρᾶγμα, ἢ ὅσα ποιήσει ὑπολαβεῖν γεγονέναι, ἢ βεβλαφέναι, ἢ ἠδικηκέναι, ἢ τηλικαῦτα ἡλίκα βούλει· τῷ δὲ ἐναντίῳ τὰ ἐναντία. 5 Παραδιηγεῖσθαι δὲ, ὅσα εἰς τὴν σὴν ἀρετὴν φέρει· οἷον, „Ἐγὼ δ' ἐνουθέτουν αἰεὶ

digeant; ut, si volueris Achillem laudare; sciunt enim omnes, quae res ab eo gestae fuerint; itaque illis tantum uti debes; si vero Critiam, (*narrare*) oportet; nam non multi sciunt, (*quae ille gesserit*). * * 4 Ridicule autem hodie dicunt, narrationem brevem esse oportere. Atqui, quod quidam pistori panem subigenti, percontantique, durumne an mollem subigeret, quid? bene (inquit) omnino subigere non licet? idem huc etiam accommodari potest; neque enim prolixa uti narratione oportet, neque prolixo exordio, neque probationibus; sed neque hac in parte recte se habet, breviter concise que narrare, verum quod medium est, servare decet; hoc est, dicere, quae satis sint ad rem explicandam, vel quae in opinionem inducant, rem esse factam, vel eum laesisse, vel iniuste fecisse, vel cetera eius generis, quaecunque voluerit; adversario autem contraria convenient. 5 Inserere etiam narrationi debes, quae probitatem tuam significent; ut, *Ego vero nunquam ad-*

τὰ δίκαια, λέγων μὴ τὰ τέκνα ἐγκαταλείπειν.„ ἢ θατέρου κακίαν· „Ὁ δὲ ἀπεκρίνατό μοι, ὅτι, οὗ ἂν ᾖ αὐτὸς, ἔσται ἄλλα παιδία·„ ὃ τοὺς ἀφισταμένους Αἰγυπτίους ἀποκρίνασθαί φησιν ὁ Ἡρόδοτος. ἢ ὅσα ἡδέα τοῖς δικασταῖς. 6 Ἀπολογουμένῳ δὲ ἐλάττων ἡ διήγησις. αἱ δ' ἀμφισβητήσεις, ἢ μὴ γεγονέναι, ἢ μὴ βλαβερὸν εἶναι, ἢ μὴ ἄδικον, ἢ μὴ τηλικοῦτον· ὥστε περὶ τὸ ὁμολογούμενον οὐ διατριπτέον, ἐὰν μή τι εἰς ἐκεῖνο συντείνῃ, οἷον, εἰ πέπρακται, ἀλλ' οὐκ ἄδικον. 7 Ἔτι πεπραγμένα δεῖ λέγειν, ὅσα μὴ πραττόμενα ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν φέρει. παράδειγμα ὁ Ἀλκινόου ἀπόλογος, ὅτε πρὸς τὴν Πενελόπην ἐν ἐξήκοντα ἔπεσι πεποίηται. καὶ ὡς Φάϋλλος τὸν κύκλον, καὶ ὁ ἐν τῷ Οἰνεῖ πρόλογος. 8 Ἠθικὴν δὲ δεῖ τὴν διήγησιν εἶναι. ἔσται δὲ τοῦτο, ἂν εἰδῶμεν, τί ἦθος ποιεῖ. ἐν μὲν

monere deſtiti, quae iuſta eſſe ſentiebam, ne filios deſererent. Vel quae declarent alterius improbitatem: *Ille vero mihi reſpondit, ſibi, ubicunque fuerit, alios non defuturos filios;* quod Aegyptios reſpondiſſe, cum a rege ſuo defeciſſent, tradit Herodotus. Vel quae iudicibus ipſis iucunda ſint. 6 Defenſori autem narratio minor eſt. Sunt huiuſmodi controverſiae, vel non eſſe factum, vel non detrimentum attuliſſe, vel non iniuſte factum, vel non tam magnum eſſe; quare non eſt in re certa commorandum, niſi quis eo tendat, ut probet, factum quidem eſſe, ſed non eſſe iniuſtum. 7 Praeterea res narrare oportet, quae factae neque miſerationem, neque indignationem commovent. Exemplum eſt apologus Alcinoi, quem apud Penelopen ſexaginta verſibus explicuit. Et ut Phayllus cyclum, & qualis eſt Oenei prologus. 8 Moratam autem oportet eſſe narrationem. Id erit facile, ſi quid mores effingat, intellexerimus. Ac illud quidem primum

δὴ τὸ προαίρεσιν δηλοῦν· ποιὸν δὲ τὸ ἦθος τῷ ποιὰν ταύτην. ἡ δὲ προαίρεσις ποιὰ τῷ τέλει· διὰ τοῦτο οὐκ ἔχουσιν οἱ μαθηματικοὶ λόγοι ἤθη, ὅτι οὐδὲ προαίρεσιν· τὸ γὰρ οὗ ἕνεκα οὐκ ἔχουσιν· ἀλλ' οἱ Σωκρατικοί· περὶ τοιούτων γὰρ λέγουσιν. 9 Ἄλλα ἠθικὰ τὰ ἑπόμενα ἑκάστῳ ἤθει· οἷον, „ὅτι ἅμα λέγων ἐβάδιζε·„ δηλοῖ γὰρ θρασύτητα καὶ ἀγροικίαν ἦθους. καὶ μὴ ὡς ἀπὸ διανοίας λέγειν, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ὡς ἀπὸ προαιρέσεως. „Ἐγὼ δὲ ἐβουλόμην, καὶ προειλόμην γὰρ τοῦτο· ἀλλ' εἰ μὴ ὠνήμην, βέλτιον·„ τὸ μὲν γὰρ Φρονίμου· τὸ δὲ ἀγαθοῦ· Φρονίμου μὲν γὰρ ἐν τῷ τὸ ὠΦέλιμον διώκειν· ἀγαθοῦ δὲ ἐν τῷ τὸ καλόν. ἂν δ' ἄπιστον ᾖ, τότε τὴν αἰτίαν ἐπιλέγειν· ὥσπερ ΣοΦοκλῆς ποιεῖ. παράδειγμα τὸ ἐκ τῆς Ἀντιγόνης, ὅτι μᾶλλον

est, consilium declarare; nam quale esse consilium ostenditur, tales etiam mores habentur. Quale autem consilium sit, fine cognoscitur; atque hac de causa mathematicae demonstrationes non sunt moratae, quia consilium non habent; neque enim alicuius gratia fieri solent; at vero Socratici (*dialogi morati sunt*), quoniam de rebus huiusmodi sunt, quae alicuius gratia fiunt. 9 Sed ea quoque morata dicuntur, quae cuiusque mores consequuntur; ut, *haec vociferans vadebat;* indicat enim hoc temeritatem & rusticitatem morum. Et quae non tanquam cogitata dicuntur, ut hodierni (*oratores dicunt*), sed tanquam ex voluntate atque consilio. (*Ut,*) *Ego hoc semper volui, & quamvis mihi non esset utile, tamen honestius esse constitui;* illud quidem prudentis est, at hoc probi viri; nam prudentis est, id sequi, quod utile sit, probi vero, quod honestum. Quod si autem res incredibilis fuerit, tunc illi causam adiungere oportet; quemadmodum Sophocles facit. Exemplo est Anti-

τοῦ ἀδελφοῦ ἐκήδετο, ἢ ἀνδρὸς, ἢ τέκνων· τὰ μὲν γὰρ ἂν γενέσθαι ἀπολόμενα·

Μητρὸς δ' ἐν ᾅδου καὶ πατρὸς βεβηκότων,
Οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς, ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.

ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς αἰτίαν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀγνοεῖς ἄπιστα λέγων, ἀλλὰ φύσει τοιοῦτος εἶ· ἀπιστοῦσι γὰρ, ἄλλο τι πράττειν ἑκόντα, πλὴν τὸ συμφέρον. 10 Ἔτι ἐκ τῶν παθητικῶν λέγειν διηγούμενον καὶ τὰ ἑπόμενα, καὶ ἃ ἴσασι, καὶ τὰ ἰδία ἢ αὐτῷ, ἢ ἐκείνῳ προσόντα· „Ὁ δ' ὤχετό με ὑποβλέψας.„ καὶ ὡς περὶ Κρατύλου Αἰσχίνης, ὅτι διασίζων καὶ ταῖν χεροῖν διασείων· πιθανὰ γάρ· διότι σύμβολα γίγνεται ταῦτα, ἃ ἴσασιν, ἐκείνων, ὧν οὐκ ἴσασι. πλεῖστα δὲ τοιαῦτα λαβεῖν ἐξ Ὁμήρου ἐστίν·

gone, dicens, ſe magis fratrem curare, quam maritum, aut filios; nam hos etiamſi perdiderit, ſe poſſe recuperare:

Utriſque vero mortuis parentibus,
Non frater ullus exoriri unquam poteſt.

Si vero cauſam nullam afferre poteris, (*dic*,) te non ignorare, quae dicis, incredibilia videri, ſed tamen naturam tuam eſſe eiuſmodi; non enim creditur, aliquem ſua ſponte facere id, quod utile non eſt. 10 Debent etiam in narratione poni, quae movere animum poſſint, ut ſi conſequentia narrentur, aut nota (*auditoribus*), & quae privatim vel oratori, vel adverſario propria ſint. *Ille vero diſceſſit oculos ad me retorquens.* Et quod de Cratylo dixit Aeſchines, *eum exſibilare, & manibus explodere;* haec enim fidem faciunt; propterea quod nota eorum ſunt indicia, quae (*auditores*) neſciunt. Plurima autem huiuſmodi licet ab Homero ſumere:

Ὡς ἄρ' ἔφη, γρηῢς δὲ κατέσχετο χερσὶ πρόσωπα· οἱ γὰρ δακρύειν ἀρχόμενοι ἐπιλαμβάνονται τῶν ὀφθαλμῶν. καὶ εὐθὺς εἰσάσαγε σεαυτὸν ποιόν τινα, ἵνα ὡς τοιοῦτον θεωρῶσι καὶ τὸν ἀντίδικον· λανθάνων δὲ ποίει. ὅτι δὲ ῥᾴδιον, ὁρᾶν δεῖ ἐκ τῶν ἀπαγγελλόντων· περὶ ὧν γὰρ μηδὲν ἴσμεν, ὅμως λαμβάνομεν ὑπόληψίν τινα. πολλαχοῦ δὲ δεῖ διηγεῖσθαι, καὶ ἐνίοτε καὶ ἐν ἀρχῇ. 11 Ἐν δὲ δημηγορίᾳ ἥκιστα διήγησίς ἐστιν, ὅτι περὶ τῶν μελλόντων οὐδεὶς διηγεῖται· ἀλλ', ἐάνπερ διήγησις ᾖ, τῶν γενομένων ἔσται, ἵνα ἀναμνησθέντες ἐκείνων βέλτιον βουλεύσωνται περὶ τῶν ὕστερον, ἢ διαβάλλοντες, ἢ ἐπαινοῦντες. ἀλλὰ τότε οὐ τὸ τοῦ συμβούλου ποιεῖ ἔργον. ἂν δ' ᾖ ἄπιστον, ὑπισχνεῖσθαί τε καὶ αἰτίαν λέγειν εὐθὺς, καὶ διατάττειν οἷς βού-

Aſt anus ad faciem palmas utraſque tetendit;

nam flere incipientes oculos manu tangere ſolent. Statim vero te ipſum inſinua, probumque virum oſtende, (*contra preme adverſarium*), ut deinceps in tota oratione illum quoque talem exiſtiment (*auditores*); ſed occulte hoc facito. Quod autem hoc facile ſit, ex iis intelligere licet, qui nobis aliquid nuntiant; quamvis enim ea de re nihil antea ſciamus, ſtatim tamen opinionem quandam concipimus. Multis vero in locis narrare opus eſt, & nonnunquam etiam in principio. 11 In deliberatione rariſſime narratio locum habet, quoniam de rebus futuris nemo narrat; ſed ſi ulla narratio fuerit, de praeteritis erit, ut in memoriam ea revocantes de futuris melius conſultent, vel vituperando, vel laudando. Sed tunc orator *deliberantis* munus non exſequitur. Quod ſi fuerit incredibile, (*quod narras*,) debes polliceri, te ſtatim cauſam allaturum eſſe, vel eorum arbitrio rem commiſſurum, quorum ipſi voluerint; ut, Io-

λονται· οἷον, ἡ Ἰοκάστη ἡ Καρκίνου ἐν τῷ Οἰδίποδι αἰεὶ ὑπισχνεῖται, πυνθανομένου τοῦ ζητοῦντος τὸν υἱόν· καὶ ὁ Αἵμων ὁ Σοφοκλέους.

ΚΕΦ. ιζ'.

ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΝ.

Τὰς δὲ πίστεις δεῖ ἀποδεικτικὰς εἶναι· ἀποδεικνύναι δὲ χρὴ, ἐπεὶ περὶ τεττάρων ἡ ἀμφισβήτησις, περὶ τοῦ ἀμφισβητουμένου φέροντα τὴν ἀπόδειξιν· οἷον, εἰ, ὅτι οὐ γέγονεν, ἀμφισβητεῖ, ἐν τῇ κρίσει δεῖ τούτου μάλιστα τὴν ἀπόδειξιν φέρειν· εἰ δ', ὅτι οὐκ ἔβλαψε, τούτου, καὶ ὅτι οὐ τοσόνδε, ἢ ὅτι δικαίως. ὡσαύτως καὶ, εἰ περὶ τοῦ γενέσθαι τοῦτο ἡ ἀμφισβήτησις. 2 Μὴ λανθανέτω δὲ, ὅτι ἀναγκαῖον ἐν ταύτῃ τῇ ἀμφισβητήσει μόνῃ, τὸν ἕτερον εἶναι πονηρόν· οὐ γάρ ἐστιν ἄγνοια αἰτία, ὥσπερ ἂν εἴ τινες περὶ τοῦ δικαίου ἀμ-

caſte in Oedipode Carcini ſemper pollicetur, cum eam interrogaret filium quaerens; & Aemon apud Sophoclem.

CAP. XVII.

De probationibus.

Probationes autem demonſtrandi vim habere debent; & quoniam quadripertito quaeſtiones diſtributae ſunt, oportet ea demonſtrare, de quibus cum adverſario controverſia eſt; ut, ſi de facto dubitatur, hoc erit maxime in iudicio argumentis confirmandum; quod ſi te non laeſiſſe dicas, hoc probare debes, aut ſi dicas, non eſſe tam magnum, aut iuſte factum. Similiter etiam, ſi de facto controverſia fuerit. 2 Illud vero ſciendum eſt, in hac ſola de facto controverſia neceſſarium eſſe, ut alter litigantium improbus ſit; non enim ignorantia controverſiae cauſa eſt, ut ſi quidam inter ſe de aequo

φισβητοῖεν. ὥστ' ἐν τούτῳ χρονιστέον· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὔ. 3 Ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς τὸ πολὺ, ὅτι καλὰ καὶ ὠφέλιμα, ἡ αὔξησις ἔσται· τὰ γὰρ πράγματα δεῖ πιστεύεσθαι· ὀλιγάκις γὰρ καὶ τούτων ἀποδείξεις φέρουσιν, ἐὰν ἄπιστα ᾖ, ἢ ἐὰν ἄλλος αἰτίαν ἔχῃ. 4 Ἐν δὲ τοῖς δημηγορικοῖς ἢ ὡς οὐκ ἔσται, ἀμφισβητήσειεν ἄν τις· ἢ ὡς ἔσται μὲν, ἃ κελεύει, ἀλλ' οὐ δίκαια ἢ οὐκ ὠφέλιμα, ἢ οὐ τηλικαῦτα. δεῖ δὲ καὶ ὁρᾶν, εἴ τι ψεύδεται ἐκτὸς τοῦ πράγματος· τεκμήρια γὰρ ταῦτα φαίνεται καὶ τῶν ἄλλων ὅτι ψεύδεται. 5 Ἔστι δὲ τὰ μὲν παραδείγματα δημηγορικώτατα· τὰ δ' ἐνθυμήματα δικανικώτερα. ἡ μὲν γὰρ περὶ τὸ μέλλον· ὥστ' ἐκ τῶν γενομένων ἀνάγκη παραδείγματα λέγειν· ἡ δὲ περὶ ὄντων ἢ μὴ ὄντων, οὗ μᾶλλον

iuſtoque contenderent. Quapropter in hoc diu commorandum eſt; in aliis vero minime. 3 In exornationibus vero curandum eſt, ut amplificando probetur, facta eſſe honeſta atque utilia; nam ea credi opus eſt; ſiquidem raro probationem requirunt, niſi forte vel incredibilia ſint, vel aliquis alius eorum auctor exiſtimetur. 4 In deliberationibus autem vel non futura ea, (*de quibus deliberat*,) aliquis ambigere poteſt, vel futura quidem ea, quae vult, ſed non iuſta, aut non utilia, aut non tam magna. Videndum eſt etiam, an aliquid falſi dixerit extra cauſam; nam haec & aliorum videntur indicia eſſe, nempe eum mentiri. 5 Exempla vero ſunt deliberativo generi accommodatiſſima; enthymemata magis iudiciali generi conveniunt. Nam deliberatio quidem eſt de futuro; quare ex rebus iam factis exempla ad probandum ducere oportet; iudicium autem eſt de iis, quae ſunt, aut non ſunt, quorum

ἀπόδειξίς ἐστι καὶ ἀνάγκη· ἔχει γὰρ τὸ γεγονὸς ἀνάγκην. 6 Οὐ δεῖ δὲ ἐφεξῆς λέγειν τὰ ἐνθυμήματα, ἀλλ' ἀναμιγνύναι· εἰ δὲ μή, καταβλάπτει ἄλληλα· ἔστι γὰρ καὶ τοῦ ποσοῦ ὅρος.

Ὦ φίλ', ἐπεὶ τόσα εἶπες, ὅσ' ἂν πεπνυμένος ἀνήρ.

ἀλλ' οὐ τοιαῦτα. 7 Καὶ μὴ περὶ πάντων ἐνθυμήματα ζητεῖν· εἰ δὲ μή, ποιήσεις, ὅπερ ἔνιοι ποιοῦσι τῶν φιλοσοφούντων, οἳ συλλογίζονται τὰ γνωριμώτερα καὶ πιστότερα, ἢ ἐξ ὧν λέγουσι. 8 Καὶ ὅταν πάθος ποιῇς, μὴ λέγε ἐνθύμημα· ἢ γὰρ ἐκκρούσει τὸ πάθος, ἢ μάτην εἰρημένον ἔσται τὸ ἐνθύμημα· ἐκκρούουσι γὰρ αἱ κινήσεις ἀλλήλας αἱ ἅμα, καὶ ἢ ἀφανίζουσιν, ἢ ἀσθενεῖς ποιοῦσιν. οὐδ', ὅταν ἠθικὸν τὸν λόγον, οὐ δεῖ ἐνθύμημά τι ζητεῖν ἅμα· οὐ γὰρ ἔχει οὔτε ἦθος, οὔτε προαίρεσιν ἡ

magis eſt demonſtratio & neceſſitas; nam praeteritum in ſe neceſſitatem habet. 6 Non oportet autem continuare enthymemata, ſed cum aliis permiſcere; alioqui ſe viciſſim infringunt; nam eſt etiam modus in numero.

Care mihi, poſtquam tot tantum es verba locutus,
Quot ſolet effari prudens.

Non enim dixit talia. 7 Nec de omnibus enthymemata quaerere oportet; alioquin idem efficies, quod nonnulli faciunt philoſophi, qui ſyllogiſmis demonſtrant notiora & certiora iis, unde ſyllogiſmos ducunt. 8 Et cum animos commovere vis, ne enthymemate utaris; aut enim hoc commotionem extrudet, aut fruſtra prolatum erit; motus enim animi ſe viciſſim expellunt, nec ſimul eſſe poſſunt, ſed aut evaneſcunt, aut imbecilliores redduntur. Neque cum mores exprimere oratione volumus, oportet ſimul enthymema aliquod quaerere; nam demonſtratio neque mores, neque conſilium ex-

ἀπόδειξις. 9 Γνώμαις δὲ χρηστέον καὶ ἐν διηγήσει, καὶ ἐν πίστει· ἠθικὸν γάρ. „Καὶ ἐγὼ δέδωκα, καὶ ταῦτ' εἰδὼς, ὡς οὐ δεῖ πιστεύειν.„ ἐὰν δὲ παθητικῶς, „Καὶ οὐ μεταμέλει μοι, καίπερ ἠδικημένῳ· τούτῳ μὲν γὰρ περίεστι τὸ κέρδος, ἐμοὶ δὲ τὸ δίκαιον.„ 10 Τὸ δὲ δημηγορεῖν χαλεπώτερον τοῦ δικάζεσθαι· εἰκότως· διότι περὶ τὸ μέλλον· ἐκεῖ δὲ περὶ τὸ γεγονὸς, ὃ ἐπιστητὸν ἤδη καὶ τοῖς μάντεσιν, ὡς ἔφη Ἐπιμενίδης ὁ Κρής· ἐκεῖνος γὰρ περὶ τῶν ἐσομένων οὐκ ἐμαντεύετο, ἀλλὰ περὶ τῶν γεγονότων μὲν, ἀδήλων δέ. καὶ ὁ νόμος ὑπόθεσις ἐν τοῖς δικανικοῖς. ἔχοντα δὲ ἀρχὴν ῥᾴον εὑρεῖν ἀπόδειξιν, καὶ οὐκ ἔχει πολλὰς διατριβάς· οἷον, πρὸς ἀντίδικον, ἢ περὶ αὐτοῦ, ἢ παθητικὸν ποιεῖν· ἀλλ' ἥκιστα πάντων, ἂν μὴ ἐξίστηται. δεῖ οὖν ἀποροῦντα

primit. 9 Sententiis autem utendum est etiam in narratione, & in confirmatione; nam ad mores exprimendos valent. *Ego vero pecuniam ei credidi, quamvis scirem, nemini fidem habendam esse.* Quod si cum animi motu, *Neque tamen me poenitet, quamvis iniuriam ac detrimentum acceperim; isti enim lucrum supereſt, mihi vero iustum.* 10 Est autem difficilius in deliberativo, quam in iudiciali genere versari; merito; quoniam de futuro (*deliberatio est*); iudicium vero de praeterito, quod etiam auguribus iam notum est, quemadmodum dixit Epimenides Cretensis; is enim non de futuris divinabat, sed de praeteritis, quae tamen essent obscura. Quin in iudicialibus controversiis lex est tanquam fundamentum. Qui autem principium habet, is facilius probationem invenire potest, nec multum ipsi commorandum est; v. c. (*ut dicat*) contra adversarium, aut de se ipso, aut ut animos commoveat; sed haec rarissime omnium (*in hoc genere*) reperiuntur, nisi quis a causa discesserit. Quare debet

τοῦτο ποιεῖν, ὅπερ οἱ Ἀθήνησι ῥήτορες ποιοῦσι· καὶ Ἰσοκράτης· καὶ γὰρ συμβουλεύων κατηγορεῖ, οἷον Λακεδαιμονίων μὲν ἐν τῷ Πανηγυρικῷ· Χάρητος δὲ ἐν τῷ Συμμαχικῷ. 11 Ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς δεῖ τὸν λόγον ἐπεισοδιοῦν ἐπαίνοις, οἷον Ἰσοκράτης ποιεῖ· αἰεὶ γάρ τινα εἰσάγει. καὶ ὃ ἔλεγε Γοργίας, ὅτι οὐχ ὑπολείπει αὐτὸν ὁ λόγος, τοῦτό ἐστιν· εἰ γὰρ Ἀχιλλέα λέγει, Πηλέα ἐπαινεῖ, εἶτα Αἰακὸν, εἶτα τὴν Θεόν· ὁμοίως δὲ καὶ ἀνδρίαν· ἢ τὰ καὶ τὰ ποιεῖ· ὃ τοιόν γε ἐστίν. 12 Ἔχοντα μὲν οὖν ἀποδείξεις, καὶ ἠθικῶς λεκτέον, καὶ ἀποδεικτικῶς. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς ἐνθυμήματα, ἠθικῶς· καὶ μᾶλλον τῷ ἐπιεικεῖ ἁρμόττει, χρηστὸν Φαίνεσθαι, ἢ τὸν λόγον ἀκριβῆ. 13 Τῶν δὲ ἐνθυμημάτων τὰ ἐλεγκτικὰ μᾶλλον εὐδοκιμεῖ τῶν δει-

his tantum indulgere orator, cum alia non habet, quae dicat, quemadmodum Athenis oratores faciunt; atque etiam Isocrates; nam is in deliberationibus accusat quoque, ut Lacedaemonios quidem in Panegyrico; Charetem vero in oratione Sociali. 11 In exornationibus autem oportet laudes hinc atque inde cumulando orationem refertam reddere, quemadmodum Isocrates facit; semper enim aliquam laudem adiungit. Et hoc est, quod Gorgias profitebatur, sibi nunquam orationem defuturam; nam si Achillem laudat, Peleum celebrat, deinde Aeacum, deinde Deam (*Thetidem*); similiter vero etiam fortitudinem extollit; vel haec & illa facit; quod idem est. 12 Quod si argumenta poteris invenire, & mores exprimere, & argumentis uti convenit. Si vero argumenta te defecerint, totum te ad mores conferas; atque hoc sane probo homini magis congruit, ut ipse potius bonus appareat, quam oratio exquisita. 13 Ex argumentis autem, quae vim habent refellendi magis ex-

κτικῶν· ὅτι, ὅσα ἔλεγχον ποιεῖ, μᾶλλον δῆλον, ὅτι συλλελόγισται· παράλληλα γὰρ μᾶλλον τἀναντία γνωρίζεται. 14 Τὰ δὲ πρὸς τὸν ἀντίδικον οὐχ ἕτερόν τι εἶδος, ἀλλὰ τῶν πίστεών ἐστι, τὰ μὲν λῦσαι ἐνστάσει, τὰ δὲ συλλογισμῷ. δεῖ δὲ καὶ ἐν συμβουλῇ, καὶ ἐν δίκῃ, ἀρχόμενον μὲν λέγειν τὰς ἑαυτοῦ πίστεις πρότερον· ὕστερον δὲ πρὸς τἀναντία ἁπαντᾶν λύοντα καὶ προδιασύροντα. ἂν δὲ πολύχους ᾖ ἡ ἐναντίωσις, πρότερον τὰ ἐναντία· οἷον ἐποίησε Καλλίστρατος ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ· ἃ γὰρ ἐροῦσι προανελὼν, οὕτως τότε αὐτὸς εἶπεν. 15 Ὕστερον δὲ λέγοντα πρῶτον τὰ πρὸς τὸν ἐναντίον λόγον λεκτέον, λύοντα καὶ ἀντισυλλογιζόμενον, καὶ μάλιστα ἂν εὐδοκιμηκότα ᾖ· ὥσ-

cellunt, quam quae confirmant; quae enim refutationem continent maiore vi concluſa eſſe, planum eſt; nam contraria inter ſe collata magis ſunt perſpicua. 14 Quae contra adverſarium dicuntur, non diverſam habent ſpeciem, ſed ſunt e probationum numero, partim quidem reſiſtendo atque occurrendo ſolvuntur, partim vero contra argumentando. Oportet autem eum, qui vel in deliberatione, vel in iudicio prior dicit, cauſam primo ſuam confirmare; deinde illis, quae contra dici poſſunt, occurrere, eaque diſſolvere atque extenuare. Sed tamen ſi multa ſunt, quae in contrariam partem dici poſſunt, prius erunt illa refutanda; quemadmodum fecit Calliſtratus in concione Meſſeniaca; refutatis enim prius, quae contra dici poterant, ſua deinde confirmavit. 15 Quod ſi quis ſecundo loco dicat, prius obiecta ab adverſario refutare debet, vel diſſolvendo, vel contra argumentando, & praecipue ſi illa fidem feciſſe viſa fuerint; ſicut enim animus eum ho-

περ γὰρ ἄνθρωπον προδιαβεβλημένον οὐ δέχεται ἡ ψυχὴ, τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ λόγον, ἐὰν ὁ ἐναντίος εὖ δοκῇ εἰρηκέναι. δεῖ οὖν χώραν ποιεῖν ἐν τῷ ἀκροατῇ τῷ μέλλοντι λόγῳ. ἔσται δε, ἂν ἀνέλῃς· διὸ ἢ πρὸς πάντα, ἢ τὰ μέγιστα, ἢ τὰ εὐδοκιμοῦντα, ἢ τὰ εὐέλεγκτα μαχεσάμενον, οὕτω τὰ αὐτοῦ πιστὰ ποιητέον.

Ταῖς θεαῖσι πρῶτα σύμμαχος γενήσομαι·
Ἐγὼ γὰρ Ἥραν —

ἐν τούτοις ἥψατο πρῶτον τοῦ εὐηθεστάτου. περὶ μὲν οὖν πίστεων ταῦτα. 16 Εἰς δὲ τὸ ἦθος, ἐπειδὴ ἔνια περὶ αὐτοῦ λέγειν ἢ ἐπίφθονον, ἢ μακρολογίαν, ἢ ἀντιλογίαν ἔχει· καὶ περὶ ἄλλου ἢ λοιδορίαν, ἢ ἀγροικίαν· ἕτερον χρὴ λέγοντα ποιεῖν, ὅπερ Ἰσοκράτης ποιεῖ ἐν τῷ Φιλίππῳ, καὶ ἐν τῇ Ἀντιδόσει· καὶ ὡς ὁ Ἀρχίλοχος

minem non recipit, qui multis criminibus infimulatus fuerit, eodem modo neque orationem, ſi adverſarius vere dixiſſe viſus fuerit. Oportet igitur auditoris animum ad futuram orationem praeparare. Hoc autem erit facile, ſi (*contraria*) refutaveris; quare cum vel omnia reprehenderis adverſariorum argumenta, vel ea, quae maxime firma ſunt, vel quae excellunt, vel quae facile refelli poſſunt, tunc rationes tuas confirmare debes.

Primo refellam, quae Deis obiecta ſunt;
Iunonem ego —

In his enim id primum attingit (*poëta*), quod erat infirmiſſimum. Ac de confirmationibus quidem haec dicta ſint. 16 Quod autem ad mores attinet, quoniam nonnulla de ſe ipſo praedicare vel invidioſum eſt, vel prolixum, vel obtrectationi obnoxium; & de altero dicere vel convicium, vel ruſticitatem oſtendit; opus eſt aliquem alterum, ut haec dicat, inducere, quod Iſocrates facit in oratione ad Philippum, & in Antidoſi; &

ψέγει· ποιεῖ γὰρ τὸν πατέρα λέγοντα περὶ τῆς θυγατρὸς ἐν τῷ ἰάμβῳ,

Χρημάτων δ'
Ἄελπτον οὐθέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον·

καὶ τὸν Χάρωνα τὸν τέκτονα ἐν τῷ ἰάμβῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ,

Οὔ μοι τὰ Γύγεω.

καὶ ὡς Σοφοκλῆς τὸν Αἵμονα ὑπὲρ τῆς Ἀντιγόνης πρὸς τὸν πατέρα, ὡς λεγόντων ἑτέρων. 17 Δεῖ δὲ καὶ μεταβάλλειν τὰ ἐνθυμήματα, καὶ γνώμας ποιεῖν ἐνίοτε· οἷον, „Χρὴ δὲ τὰς διαλλαγὰς ποιεῖν τοὺς νοῦν ἔχοντας εὐτυχοῦντας· οὕτω γὰρ ἂν μέγιστα πλεονεκτοῖεν.„ ἐνθυμηματικῶς δέ· εἰ γὰρ δεῖ, ὅταν ὠφελιμώταται ὦσι καὶ πλεονεκτικώταται αἱ καταλλαγαὶ, τότε καταλλάττεσθαι, εὐτυχοῦντας δεῖ καταλλάττεσθαι.

vituperat ſic etiam Archilochus; nam inducit in iambis patrem de filia ſic loquentem:

Nihil prorſus eſt, quod non fiat pecunia,
Vel quod futurum non iurare quis queat;

& Charonem fabrum inducit in iambis, quorum principium eſt,

Nil curo opes Gygis.

Et quemadmodum Sophocles Aemonem inducit pro Antigone loquentem cum patre, tanquam ea dicerent alii. 17 Oportet vero etiam enthymemata commutare, & nonnunquam ex illis ſententias facere; ut, *ſunt autem a prudentibus viris tunc cum hoſtibus foedera facienda, cum fortunam habent proſperam; ſic enim maxime poterunt eſſe ſuperiores.* Per enthymema vero (*ſententia*) ſic proferetur: *ſi foedera cum hoſtibus facere oportet, quo tempore ſunt utiliſſima, & cum meliores conditiones eſſe ſolent, tunc profecto maxime facienda ſunt, quando fortuna eſt proſpera.*

ΚΕΦ. ιη'.

ΠΕΡΙ ΕΡΩΤΗΣΕΩΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΓΕΛΟΙΩΝ.

Περὶ δὲ ἐρωτήσεως εὔκαιρόν ἐστι ποιεῖσθαι μάλιστα μὲν, ὅταν τὸ ἕτερον εἰρηκὼς ᾖ, ὥστε, ἑνὸς προσερωτηθέντος, συμβαίνει τὸ ἄτοπον· οἷον Περικλῆς Λάμπωνα ἐπήρετο περὶ τῆς τελετῆς τῶν τῆς Σωτείρας ἱερῶν· εἰπόντος δὲ, „ὅτι οὐχ οἷόν τε ἀτέλεστον ἀκούειν,„ ἤρετο, „εἰ οἶδεν αὐτός;„ φάσκοντος δὲ, „καὶ πῶς ἀτέλεστος ὤν;„ 2 Δεύτερον δὲ, ὅταν τὸ μὲν φανερὸν ᾖ· τὸ δὲ ἐρωτήσαντι δῆλον ᾖ, ὅτι δώσει· πυθόμενον γὰρ δεῖ τὴν μίαν πρότασιν μὴ προσερωτᾶν τὸ φανερὸν, ἀλλὰ τὸ συμπέρασμα εἰπεῖν. οἷον Σωκράτης, Μελίτου „οὐ„ φάσκοντος „αὐτὸν θεοὺς νομίζειν,„ εἴρηκεν, „εἰ δαιμόνιόν τι λέγοι.„ ὁμολογήσαντος δὲ, ἤρετο, „εἰ οὐχ

CAP. XVIII.

De interrogatione & de ridiculis.

Quod ad interrogationem attinet, maxime opportunum eſt ea uti, cum alteram partem (*adverſarius*) dixerit, ut deinde ex interrogatione ſequatur abſurdum; ut Pericles Lamponem interrogavit de initiatione ſacrorum Deae Salutaris; & cum ille dixiſſet, *nefas eſſe ea audire, niſi quis eſſet initiatus*, quaeſivit, *num ipſe ea ſciret?* quod cum ille affirmaſſet, *Et quomodo* (inquit), *cum minime ſis initiatus?* 2 Secundo opportunum eſt interrogatione uti, cum alterum quidem planum eſt, alterum vero non eſt dubium, quin (*interrogatus*) ſit conceſſurus; nam unam propoſitionem interrogans non debet iterum id interrogare, quod perſpicuum eſt, ſed concluſionem facere. Quemadmodum Socrates, cum Melitus dixiſſet, *eum non putare Deos eſſe*, quaeſivit, *num exiſtimaret, daemonium aliquid eſſe?* Quod cum ille fateretur, quaeſivit,

οἱ δαίμονες ἤτοι θεῶν παῖδες εἶεν, ἢ θεῖόν τι.„ Φήσαντος δὲ, „Ἔστιν οὖν,„ ἔφη, „ὅστις θεῶν μὲν παῖδας οἴεται εἶναι, θεοὺς δὲ οὔ;„ 3 Ἔτι, ὅταν μέλλῃ ἢ ἐναντία λέγοντα δείξειν, ἢ παράδοξον. 4 Τέταρτον δὲ, ὅταν μὴ ἐνῇ, ἀλλ' ἢ σοφιστικῶς ἀποκρινάμενον λῦσαι· ἐὰν γὰρ οὕτως ἀποκρίνηται, ὅτι ἔστι μὲν, ἔστι δ' οὔ· ἢ, τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ· ἢ, πῇ μὲν, πῇ δ' οὔ· θορυβοῦσιν ὡς ἀποροῦντες. ἄλλως δὲ μὴ ἐγχειρεῖν· ἐὰν γὰρ ἐνστῇ, κεκρατῆσθαι δοκεῖ· οὐ γὰρ οἷόν τε πολλὰ ἐρωτᾶν διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ ἀκροατοῦ. διὸ καὶ τὰ ἐνθυμήματα ὅτι μάλιστα συστρέφειν δεῖ. 5 Ἀποκρίνασθαι δὲ δεῖ πρὸς μὲν τὰ ἀμφίβολα, διαιροῦντα λόγῳ, καὶ μὴ συντόμως· πρὸς δὲ τὰ δοκοῦντα ἐναντία τὴν λύσιν φέροντα εὐθὺς τῇ ἀποκρίσει, πρὶν

daemones sunt ne Deorum filii, an habent in se aliquid divinum? Quod postquam ille affirmasset, *Fierine potest*, inquit, *ut aliquis putans, Deorum filios esse, ipsos Deos esse neget?* 3 Tertio, cum ostendere vis, ipsum sibi contraria dicere, vel quae sint a communi opinione aliena. 4 Quarto autem, cum nihil habet, quod respondeat, nisi fallaciter & capitiose; nam si ita responderit, Est sane, & Non est; vel, Partim quidem est, partim vero non; vel, Aliquo modo est, aliquo autem non; perturbantur (*auditores*), ac dubitant. Aliter autem interrogatione non utendum est; nam si tibi occurrerit (*adversarius*), superatus esse videris; neque enim multa licet interrogare propter auditoris infirmitatem. Quare etiam argumenta, quam maxime fieri potest, contrahenda sunt. 5 Ad ambigua autem respondendum est ita, ut distinguamus, & longa utamur oratione, nec concisa; ad ea vero, quae contraria videntur, statim in responsione solutio est adhibenda, priusquam quod reliquum

ἐπερωτῆσαι τὸ ἐπιὸν, ἢ συλλογίσασθαι· οὐ γὰρ χαλεπὸν προορᾶν, ἐν τίνι ὁ λόγος. Φανερὸν δ' ἡμῖν ἔστω ἐκ τῶν Τοπικῶν καὶ τοῦτο, καὶ αἱ λύσεις. 6 Καὶ συμπεραινόμενον, ἐὰν ἐρώτημα ποιῇ τὸ συμπέρασμα, τὴν αἰτίαν εἰπεῖν· οἷον Σοφοκλῆς ἐρωτώμενος ὑπὸ Πεισάνδρου, „εἰ ἔδοξεν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις προβούλοις, καταστῆσαι τοὺς τετρακοσίους,„ ἔφη, „Τί δὲ, οὐ πονηρά σοι ταῦτα ἐδόκει εἶναι;„ „Οὐκοῦν,„ ἔφη, „σὺ ταῦτα ἔπραξας τὰ πονηρά;„ „Ναὶ,„ ἔφη· „οὐ γὰρ ἦν ἄλλα βελτίω.„ καὶ ὡς ὁ Λάκων εὐθυνόμενος τῆς ἐφορείας, ἐρωτώμενος, „εἰ δοκοῦσιν αὐτῷ δικαίως ἀπολωλέναι ἄτεροι,„ ἔφη· ὁ δὲ, „Οὐκοῦν σὺ ταὐτὰ τούτοις ἔθου;„ καὶ ὡς ἔφη, „Οὐκοῦν δικαίως ἂν,„ ἔφη, „καὶ σὺ ἀπόλοιο;„ „Οὐ δῆτα,„ ἔφη· „οἱ μὲν γὰρ χρήματα λαβόντες ταῦτα ἔπραξαν· ἐγὼ δὲ οὔ· ἀλλὰ γνώμῃ.„ διὸ οὔτε ἐπερω-

est interroget (*adversarius*), aut concludat; non enim difficile est videre, quanam in parte sit ratio. Potest autem intelligi ex Topicis tum hoc, tum quaenam solutiones adhibendae sint. 6 Quod ex interrogatione concludentem attinet, causam (*opportunum est*) adiungere (*in responsione*); ut Sophocles interrogatus a Pisandro, *num ipse sententia sua, sicut alii senatores, quadraginta tyrannos constituisset? Ita*, respondit. *Quid*, ait ille, *nonne res improba tibi videbatur? Ergo tu sponte rem improbam confirmasti? Utique*, inquit; *non enim erant alia meliora.* Sic etiam Lacon ille, cum magistratus sui rationem redderet, interrogatus, *an eius collegae iuste condemnati esse viderentur*, respondit *Videri;* ille vero, *Quid? nonne tu eadem censuisti? Censui*, inquit. *Ergo etiam tu iuste condemnari debes? Minime*, ait ille; *nam socii pecunia corrupti illa censuerunt; ego vero ex animi sententia.* Itaque post

τᾶν δεῖ μετὰ τὸ συμπέρασμα, οὔτε τὸ συμπέρασμὰ ἐπερωτᾶν, ἐὰν μὴ τὸ πολὺ περιῇ τοῦ ἀληθοῦς. 7 Περὶ δὲ τῶν γελοίων, ἐπειδή τινα δοκεῖ χρῆσιν ἔχειν ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ δεῖν ἔφη Γοργίας τὴν μὲν σπουδὴν διαφθείρειν τῶν ἐναντίων γέλωτι, τὸν δὲ γέλωτα σπουδῇ, ὀρθῶς λέγων, εἴρηται, πόσα εἴδη γελοίων ἐστὶν ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς· ὧν τὸ μὲν ἁρμόττει ἐλευθέρῳ· τὸ δὲ οὔ· ὅπως οὖν τὸ ἁρμόττον αὐτῷ λήψεται. ἔστι δ' ἡ εἰρωνεία τῆς βωμολοχίας ἐλευθεριώτερον· ὁ μὲν γὰρ αὑτοῦ ἕνεκα ποιεῖ τὸ γελοῖον· ὁ δὲ βωμολόχος ἑτέρου.

ΚΕΦ. ιθ'.

ΠΕΡΙ ΕΠΙΛΟΓΟΥ.

Ὁ δ' ἐπίλογος σύγκειται ἐκ τεττάρων, ἔκ τε τοῦ πρὸς ἑαυτὸν κατασκευάσαι εὖ τὸν ἀκροατὴν, καὶ τὸν

conclusionem nihil interrogare oportet, neque etiam ipsam conclusionem, nisi cum adeo vera est, ut labefactari non possit. 7 De ridiculis vero, quoniam usum aliquem in forensibus causis habere videntur, & Gorgias dixit, res serias adversariorum risu discuti debere, contraque risum rebus seriis, recte hoc monens, actum est in libris de Poërica, ubi quot sint ridiculorum species ostendimus; alia enim ridicula libero atque ingenuo homini conveniunt; non vero alia; (*itaque videndum est*,) ut apta sibi quisque sumat. Ironia autem magis ingenuum decet, quam scurrilitas; nam ironia utens propriae voluptatis gratia ridiculum profert; scurra vero, ut alterum oblectet.

CAP. XIX.

De peroratione.

Peroratio autem quatuor ex partibus constat, primum ex ea, quae efficit, ut auditor nobis bene velit, ad-

ἐναντίον Φαύλως· καὶ ἐκ τοῦ αὐξῆσαι καὶ ταπεινῶσαι· καὶ ἐκ τοῦ εἰς τὰ πάθη τὸν ἀκροατὴν καταστῆσαι· καὶ ἐξ ἀναμνήσεως. πέφυκε γὰρ μετὰ τὸ ἀποδεῖξαι, αὐτὸν μὲν ἀληθῆ, τὸν δὲ ἐναντίον ψευδῆ, οὕτω τὸ ἐπαινεῖν, καὶ ψέγειν, καὶ ἐπιχαλκεύειν. δυοῖν δὲ θατέρου δεῖ στοχάζεσθαι, ἢ ὅτι τούτοις ἀγαθος, ἢ ὅτι ἁπλῶς· ὁ δὲ ὅτι κακὸς τούτοις, ἢ ὅτι ἁπλῶς. ἐξ ὧν δὲ δὴ τοιούτους κατασκευάζειν δεῖ, εἴρηνται οἱ τόποι, πόθεν σπουδαίους δεῖ κατασκευάζειν καὶ Φαύλους. 2 Τὸ δὲ μετὰ τοῦτο, δεδειγμένων ἤδη, αὔξειν ἐστὶ κατὰ Φύσιν, καὶ ταπεινοῦν· δεῖ γὰρ τὰ πεπραγμένα ὁμολογεῖσθαι, εἰ μέλλει τὸ ποσὸν ἐρεῖν· καὶ γὰρ ἡ τῶν σωμάτων αὔξησις ἐκ προϋπαρχόντων ἐστίν. ὅθεν δὲ δεῖ αὔξειν καὶ ταπεινοῦν, ἔκκεινται οἱ τόποι πρότερον. 3 Μετὰ δὲ ταῦτα

versario male; deinde ex amplificatione & diminutione; tum ex animi commotione, ut afficiatur auditor; postremo ex enumeratione. Fit enim hoc naturae quodam ordine, ut postquam orator ostenderit, se vera dicere, adversarium autem falsa, tunc laudet, & vituperet, & causam urgeat. Alterum vero ex duobus sectari oportet, vel ut ostendat, se bonum ipsis auditoribus fuisse, vel absolute bonum, adversarium vero vel ipsis auditoribus malum, vel absolute malum. Sed alibi sunt a nobis iam expositi loci, unde bonos aut malos conformare homines possimus. 2 Postquam autem haec iam demonstrata fuerint, naturae ordo postulat, ut vel augeantur, vel imminuantur; oportet enim, ut res iam sint concessae, priusquam de earum quantitate disputari possit; nam corporum etiam accretio fit ex iis, quae iam prius aderant. Sed unde vel amplificatio, vel imminutio ducatur, loci supra sunt expositi. 3 Postea vero, cum iam perspicuum est, quae

δήλων ὄντων καὶ οἷα καὶ ἡλίκα, εἰς τὰ πάθη ἄγειν τὸν ἀκροατήν· ταῦτα δ' ἐστὶν, ἔλεος, καὶ δείνωσις, καὶ ὀργὴ, καὶ μῖσος, καὶ φθόνος, καὶ ζῆλος, καὶ ἔρις· εἴρηνται δὲ καὶ τούτων οἱ τόποι πρότερον. 4 Ὥστε λοιπὸν, ἀναμνῆσαι τὰ προειρημένα. τοῦτο δὲ ἁρμόττει ποιεῖν οὕτως, ὥσπερ φασὶν ἐν τοῖς προοιμίοις, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες· ἵνα γὰρ εὐμαθῆ ᾖ, κελεύουσι πολλάκις εἰπεῖν. ἐκεῖ μὲν οὖν δεῖ τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν, ἵνα μὴ λανθάνῃ, περὶ οὗ ἡ κρίσις· ἐνταῦθα δὲ, δι' ὧν δέδεικται, κεφαλαιωδῶς. 5 Ἀρχὴ δὲ, ὅτι, ἃ ὑπέσχετο, ἀπέδωκεν· ὥστε ἃ τε, καὶ δι' ὃ, λεκτέον. λέγεται δὲ ἐξ ἀντιπαραβολῆς τοῦ ἐναντίου. παραβάλλειν δὲ, ἢ ὅσα περὶ τὸ αὐτὸ ἄμφω εἶπον, ἢ μὴ κατ' ἀντικρύ. „Ἀλλ' οὗτος μὲν τάδε περὶ τούτου· ἐγὼ δὲ τασδὶ, καὶ διὰ ταῦ-

& quanta sint (*ea, de quibus agitur*), animos auditorum commovere opus est; sunt autem motus animi, misericordia, & indignatio, & ira, & odium, & invidia, & aemulatio, & contentio; qui quidem unde excitentur, antea dictum est. 4 Itaque reliquum est enumerare, quae iam antea dicta sunt. Hoc autem convenit sic facere, quemadmodum in prooemiis quidam fieri debere non recte iubent; aiunt enim, eadem saepius repeti debere, ut facilius percipiantur. Sed ibi rem tantum exponere opus est, ne lateat, de quo futurum est iudicium; hic vero summatim ea repetere oportet, quae demonstrata sunt. 5 Initium autem (*enumerationis erit, cum dicet orator,*) ea se praestitisse, quae pollicitus fuerat; itaque repetendum esse, quae sint exposita, & quare. Haec vero ex contrariorum contentione dicuntur. Conferenda autem sunt, vel quae ambo de eadem re dixerunt, vel quae non ex adverso. *Iste quidem hac de re sic dixit; ego vero haec atque hac de causa.* Vel per iro-

τα. „ ἢ ἐξ εἰρωνείας, οἷον, „Οὗτος γὰρ τάδ' εἶπεν, ἐγὼ δὲ τάδε. „ καὶ, „ Τί ἂν ἐποίει, εἰ τάδε ἔδειξεν, ἀλλὰ μὴ τάδε; „ ἢ ἐξ ἐρωτήσεως· „ Τί οὐ δέδεικται; ἢ οὗτος τί ἔδειξεν; „ ἢ δὴ οὕτως, [ἢ ἐκ παραβολῆς,] ἢ κατὰ φύσιν, ὡς ἐλέχθη, οὕτω τὰ αὐτοῦ· καὶ πάλιν, ἐὰν βούλῃ, χωρὶς τὰ τοῦ ἐναντίου λόγου. 6 Τελευτὴ δὲ τῆς λέξεως ἁρμόττει ἡ ἀσύνδετος, ὅπως ἐπίλογος, ἀλλὰ μὴ λόγος ᾖ· „ Εἴρηκα, ἀκηκόατε, ἔχετε, κρίνατε. „

ΤΕΛΟΣ
ΤΩΝ ΡΗΤΟΡΙΚΩΝ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

niam, *Hic enim haec commemoravit, ego vero illa.* Et, *Quidnam feciſſet, ſi haec probaſſet, non autem illa?* Vel per interrogationem, *Quid eſt, quod non demonſtratum ſit? An iſte quid probavit?* Vel igitur hoc modo, [vel per collationem,] vel ordine naturae non immutato, ſicuti res ſuas orator antea dixerit; & rurſus, ſi volueris, ſeorſum etiam, quae dixit adverſarius. 6 Fini autem orationis convenit dicendi genus diſſolutum, ut *peroratio*, non *oratio* ſit: *Dixi, Audiviſtis, Rem tenetis, Iudicate.*

ANIMADVERSIONES CRITICAE

AD

ARISTOTELIS

LIBROS TRES DE ARTE RHETORICA.

Ad Rhetoricorum Lib. I.

CAP. I.

§. 1. Ἀντίστροφος τῇ Διαλεκτικῇ) De vi vocis ἀντίστροφος v. Alexand. Aphrodiſ. Comment. ad Ariſt. Top. init. qui hunc locum interpretatus eſt. Cic. Orat. ad Brutum cap. 32: *Ariſtoteles principio artis rhetoricae dicit, illam* quaſi ex altera parte reſpondere *Dialecticae.* In capite ſequenti Ariſtoteles vocat Rhetoricen ὁμοίωμα καὶ μόριον Dialectices. Cf. Polit. X, 7, ubi tyrannis regno, & Plutarch. de aud. poët. c. 12, ubi poëſis picturae dicitur ἀντίστροφος.

§. 2. Εἰκῇ ταῦτα δρῶσιν) Heſych. εἰκῇ, ὡς ἔτυχεν, *ut fert natura.* Uſurpatur εἰκῇ eodem ſenſu, quo infra ſtatim ἀπὸ ταὐτομάτου, & ἀτεχνῶς Soph. elench. cap. XI, 9.

Οἱ δὲ διὰ συνήθειαν, ἀπὸ ἕξεως) Ed. Iſingr. οἱ δὲ διὰ συνήθειαν, καὶ ἀπὸ ἕξεως. Non male. Expreſſit idem Georgius Trapezuntius (ed. cum Averrhois paraphraſibus Venet. 1550, fol.) *exercitatione* ac *habitu.* Cicero de invent. prooem. *Ac ſi volumus huius rei, quae vocatur eloquentia,* ſive ſtudii, ſive exercitationis cuiuſdam, ſive facultatis a natura profectae, *conſiderare principium, reperiemus* —. Vulgatum tamen defendi poteſt, ſi cum Victorio (v. Comment. pag. 5 ed. Florent. 1579, fol.) poſt συνήθειαν diſtinguas.

Cod. Accoramb. (p. 130.) & edd. Ald. (Rhet. Aldi p. 161.) Froben. (Basil. 1529, 4.) Riccobon. (Francof. 1588, 8.) Spirens. (1598, 8.) legunt: *οἱ δὲ καὶ διὰ συνήθειαν ἀπὸ ἕξεως.* Ed. Londin. (1696, 4.) *ὑπὸ ἕξεως.*

Ἀμφοτέρως ἐνδέχεται) Ed. Ald. Basil. 1. 2. Isingr. Froben. Riccob. Spir. *ἀμφότερα ἐνδέχεται.* Idem sequi Hermolaum Barbarum in versione Latina, notavit Morelius. Ἀμφοτέρως e Codd. & Georgii Trapezuntii versione restituit Victorius; v. Comment. l. l. Totum locum fere exscripsit Cic. de Orat. II, cap. 8: *Etenim cum plerique temere ac nulla ratione causas in foro dicant, nonnulli autem propter exercitationem aut propter consuetudinem aliquam callidius id faciant, non dubium, quin, si quis animadverterit, quid sit, quare alii melius, quam alii, dicant, id possit notare. Ergo id qui toto in genere fecerit, is, si non plane artem, at quasi artem quandam invenerit.* Conf. Maioragii Comment. pag. 4. (ed. Venet. 1591, fol.)

Ὁδοποιεῖν) *In artem redigere, ad certam viam & rationem reducere.* Cic. de divinat. II, cap. 1: *Si optimarum* artium vias *traderem civibus meis.* —

Τὴν αἰτίαν θεωρεῖν) Codd. MSS. Victorii & Morel. vetus interpres Latinus, Georg. Trapezunt. ed. Veneta (Barthol. Zanetti 1536, 8.) Camot. Maiorag. *τούτου τὴν αἰτίαν θεωρεῖν.*

Πάντες ἤδη ἂν) Edd. Ald. Basileenses omnes, Veneta, Camot. Riccob. Spirens. Victor. Maiorag. *ἤδη πάντες ἄν.*

§. 3. Ὀλίγον πεποιήκασιν αὐτῆς μόριον) Petrus Victorius (Comment. p. 7) ad h. l. » *Vidi etiam in quibusdam πεπορίκασιν· quam scripturam* vetus translatio *videtur sequi;* (haec enim habet: *adepti sunt.*) *In margine quoque antiquissimi libri varia haec lectio adnotata erat: οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, πεπορίκασιν αὐτῆς μόριον· nec tamen repudiandam receptam lectionem censeo.*« Georg. Trapezunt. vertit: *parvam ipsius particulam adinvenerunt.* Legit igitur quoque *πεπορίκασι.* Edd. in *πεποιήκασι* consphirant. Pro *αὐτῆς* edd. Ald. Basileenses, Riccob. Spirens. habent *αὐτοῦ.* Casaub. in margine monuit, alios legere *αὐτῶν.*

Τὰ δ' ἄλλα προσθῆκαι) Sic e Codd. emendavit Victorius. Edd. Ald. Basileenses, Veneta, Camot. Riccob. Spirens. singulariter *προσθήκη·* quemadmodum in antecedentibus: *αἱ γὰρ πίστεις ἔντεχνόν ἐστι.*

Σῶμα τῆς πίστεως) Muretus pro *σῶμα* legendum esse

cenſuit ῥῶμα. Verum omnes libri ſcripti a Victorio collati, & edd. σῶμα habent. Tuentur idem duo vetuſtiſſimi interpretes Latini, qui MSti in bibliotheca Acad. Helmſtadienſis aſſervantur, a Chriſtophoro Schradero excuſſi, cuius v. Comment. p. 4. (Helmſtad. 1674, 4.) Σῶμα πίστεως dicuntur enthymemata metaphorice. Enthymema eſt nervus faciendae fidei, ſicut robur in corpore eſt, & in lacertis, non in externo ornatu, in caſſide, & plumis, & armorum fulgore. Ceterum pro vulgato ὅπερ ἐστὶ σῶμα repoſui: ἅπερ ἐστὶ σῶμα. Non enim ὅπερ ad ἐνθυμημάτων referri poterit, quo tamen referri illud neceſſe eſt.

§. 4. Ἐν ταῖς εὐνομουμέναις) Non agnoſcunt ἐν edd. Ald. Baſileenſes, Veneta, Camot. Riccob. Spirenſ. Victorii, Maiorag. Addidit praepoſitionem ex ed. Morel. Sylburgius.

Ὅ, τι λέγωσιν) Edd. Ald. Baſil. Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. ὅ, τι λέγουσιν. Minus bene.

§. 5. Εἰς ὀργὴν προάγοντας) Edd. Veneta & Camot. εἰς ὀργὴν προσάγοντας.

Τοῦτον ποιήσει στρεβλὸν) Ed. Iſingr. τοῦτο ποιήσῃ στρεβλόν. Edd. Sylb. Caſaub. Duvall. τοῦτο ποιήσει στρεβλόν. Melius, ut nos dedimus, quod & Codd. & edd. ceterae omnes habent.

§. 7. Ἐξ ὑπογυίου) Γυία ſunt *membra*. Τὸ ὑπογυίον, quod ante membra poſitum eſt, *was vor den Füſsen liegt*. Hinc ἐξ ὑπογυίου, *re recenti, & coram nobis poſita*. Conf. Rhet. II, 22.

Οὔτε περὶ τῶν παρόντων) Non leguntur haec in omnibus Codd. MSS. a Victorio collatis, nec expreſſerunt ea vetus interpres Latinus & Hermolaus Barbarus; quare uncini a me adhibiti ſunt. In marg. ed. Venetae pro περὶ τῶν παρόντων legitur ἐπὶ τῶν παρόντων, ſicut etiam in ſequentibus pro περὶ μελλόντων iterum ἐπὶ μελλόντων.

Συνήρηται πολλάκις) Teſte Morelio Codd. fere omnes habent συνήρτηται. Idem ante oculos habuit vetus interpres Latinus. G. Trapezuntius vertit: *connexa ſit*. Legunt συνήρτηται quoque edd. Veneta & Maiorag.

Ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει) Codd. Victorii plures ἐπισκοπεῖν. Idem ſequitur vetus verſio Latina. In ed. Pariſ. ex Victoriana expreſſa (1549, 8.) legitur ἐπισκοπεῖν, quamvis in ipſo Victorii textu reperiatur ἐπισκοτεῖν, quod minime mutandum eſt.

Ἡδὺ ἢ λυπηρὸν) Edd. Veneta, Camot. & Maiorag. ἡδὺ καὶ λυπηρόν.

§. 8. Ὥσπερ λέγομεν) Ed. Iſingr. ὥσπερ ἐλέγομεν.

§. 9. Cf. Mureti Var. lectt. IV, 11.

§. 10. Διὰ γὰρ τοῦτο) Marg. ed. Venet. διὰ γοῦν τοῦτο.

Ἀλλὰ κοινότερον) Ibidem & in marg. ed. Iſingr. pro ἀλλὰ legitur ὅτι.

Περὶ τῶν οἰκείων) Edd. Ald. Iſingr. Spirenſ. περὶ οἰκείων, omiſſo articulo τῶν. Notatur eadem lectio in marg. ed. Venetae. Ipſe huius ed. textus, ut & edd. Froben. Riccob. Maiorag. ἐπὶ οἰκείων.

Κριταὶ τοῦτο τηροῦσιν) In marg. ed. Venet. κριταὶ τηροῦσιν, omiſſo τοῦτο.

§. 11. Ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν) Edd. Ald. Veneta, Baſileenſes, Riccob. Spirenſ. Maiorag. ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς.

Ἢ μέρους τινὸς) Ἢ μορίου τινὸς, in marg. ed. Venetae.

Δῆλον, ὅτι) Sic legunt edd. Veneta, Camot. Iſingrin. & Maiorag. Aliae habent δῆλον δ' ὅτι. Verum turbat δὲ totam periodum; nam a δῆλον incipit apodoſis: quare illud non admiſi.

Πρὸς τοὺς λογικοὺς συλλογισμοὺς) Ed. Camot. πρὸς τοὺς λογιστικοὺς συλλογισμούς.

Τὰ πλείω τυγχάνουσι) Edd. Veneta, Camot. & Maiorag. τὰ πλεῖστα τυγχάνουσι.

Καὶ οἱ ἄλλοι) Suſpectum mihi eſt καί. Abeſt quoque ab ed. Iſingr.

Πρὸς τὴ δικολογεῖν) Edd. Camot. & Iſingr. πρὸς τὸ δικαιολογεῖν. Male.

§. 12. Διά τε τὸ φύσει εἶναι) Edd. Ald. & Froben. διά τε φύσει εἶναι, omiſſo articulo τό. Edd. Riccob. Spirenſ. Camot. Iſingr. διὰ τὸ φύσει εἶναι, omiſſa dictione enclitica τε. Hanc lectionem vulgatae praetulerim; quare τε uncinis ſecluſi.

Ἐν τοῖς Τοπικοῖς) Cf. Topic. I, 2.

Τὰ φαῦλα πείθειν) Ed. Iſingr. in marg. τὰ φαῦλα ποιεῖν. Georg. Trapezuntius vertit: *nam mala faciunda non ſunt.*

Λύειν ἔχωμεν) Edd. Veneta, Camot. & Maiorag. λύειν αὐτοὶ ἔχωμεν. Pro antecedentibus τοῖς λόγοις αὐτοῖς μὴ δικαίως Cod. Victorii habet: μὴ δικαίως τοῖς λόγοις αὐτοῖς. Eundem verborum ordinem ſecuti ſunt vetus interpres & Georg. Trapezuntius.

Πρὸς δὲ τούτοις) Abeſt δὲ ab edd. Ald. Venet. Camot.

Riccob. Basileensibus, Victorii, Maiorag. & a veteribus versionibus Latinis. Tuentur autem illud Accorambon. ed. Spirens. & edd. reliquae.

§. 13. Τοῦτό τε κοινόν ἐστι) Edd. Ald. Basileenses, Spirens. τοῦτό τι κοινόν ἐστι.

Ὑγιείας) Edd. Ald. Veneta, Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. ὑγείας contracte. Huiusmodi scripturae diversitati enotandae amplius non immorabor; semel eam notasse sufficiat.

Τοιούτοις γὰρ ἄν τις) Eaedem edd. ut & Victor. τούτοις γὰρ αν τις. Dedit Sylburgius τοιούτοις ex ed. Moreliana.

§. 14. Οὐκ ἔστιν οὔτε) Abest οὔτε ab ed. Isingr.

Ὅτι οὐ τὸ πεῖσαι ἔργον αὐτῆς) Directa haec esse adversus Gorgiae iudicium apud Platonem, τὴν Ῥητορικὴν Πειθοῦς δημιουργὸν εἶναι, καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτῆς εἰς τοῦτο τελευτᾶν, monuit iam Muretus Var. Lect. XI, 18. Vide etiam Quinctil. Institt. orat. II, 15. Cf. Victorii Comment. p. 25, ubi Cicero a Quinctiliano defenditur.

Τὸ φαινόμενον ἰδεῖν πιθανὸν) Ed. Isingr. τὸ φαινόμενον πιθανὸν ἰδεῖν.

Ὁ γὰρ σοφιστικὸς οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει) Cod. Victorii: ἡ γὰρ σοφιστικὴ (non ἡ μὲν, ut habet Sylburgius.) Idem expressit vetus versio Latina. In vulgata lectione consentiunt Georgius Trapezuntius, & edd. omnes. Aristot. Ethic. ad Nicom. IV, 7: οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δ' ἐστὶν ὁ ἁλάζων, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει. Respexit philosophus ad ea, quae a Platone in Hippia minore fuse disputata sunt. Cf. Muretum l. l.

CAP. II.

§. 1. Καὶ πιστικὴ) Edd. Riccoboni & Victorii, Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. καὶ πειστικὴ. Eandem lectionem sequi videntur vetus interpres Latinus, & Georg. Trapezunt. Minus bene. Πιστικὴ est *ars*, ut recte Sylburgius vocem explicavit, *ad fidem praeceptis suis faciendam comparata.*

§. 2. Καὶ ὅσα τοιαῦτα) Non expressserunt haec vetus interpres Latinus & Georg. Trapezuntius; nec leguntur in edd. Ald. Venet. Camot. Froben. Spirens. Maiorag. Ed. Isingr. καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Equidem totum commation, ut suspectum, uncis secluси.

§. 3. Τῶν δὲ διὰ τοῦ λόγου ποριζομένων πίστεων) Abeſt διὰ ab edd. Ald. Riccob. & Froben. Pro ποριζομένων edd. Morel. Sylb. Caſaub. Davall. Londin. habent πορισαμένων. Minus bene.

§. 4. Ἀξιόπιστον ποιῆσαι) Edd. Ald. Riccob. Spirenſ. Froben. ἀξιόπιστον ποιῇ. Ed. Iſingr. ἀξιόπιστον ποιεῖν.

Περὶ πάντων) Edd. Ald. Riccob. Spirenſ. Frob. Maiorag. περὶ πάντα. Minus bene.

Τὸ ἀκριβὲς μή ἐστιν) Eaed. edd. μὴ ἔσται. Neſcio an melius.

Δεῖ δὲ καὶ τοῦτο συμβαίνειν διὰ τὸν λόγον, ἀλλὰ μὴ διὰ τὸ προδεδοξάσθαι) Teſte Morelio, vetus interpres Latinus videtur legiſſe: δεῖ δὲ κ. τ. σ. μὴ διὰ τ. λ. ἀ. δ. τ. π. Georgius Trapezuntius vulgatum ſecutus eſt.

Τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ τὴν ἐπ.) Poſt τιθέασιν in marg. ed. Iſingr. legitur οὐ. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Riccob. Spirenſ. Maiorag. καὶ ante τὴν omiſerunt.

Ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην) Variant Codd. Sunt qui legant συμβαλλομένου, quod etiam edd. Ald. Baſileenſes, Riccob. Spirenſ. & Victoriana agnoſcunt. Alii Codd. Victorii habent συμβαλλόμενον. Noſtram lectionem, approbatam quoque Mureto Var. Lect. II, 1, ſequuntur vetus interpres Latinus, & edd. Veneta, Camot. Maiorag. Sylburg. Caſaub. Duvall. Schrader. Londin. Lipſienſ. Referendum eſt συμβαλλομένην ad ἐπιείκειαν. Victorius in συμβαλλομένου paulo durius ſubintelligit τοῦ ἤθους. Melius forſitan ſuppleatur τούτου, & dicatur, Ariſtotelem comprehendiſſe omnino ea, quae ad mores oratoris pertinent. Utrum tamen legeris, manet in tota periodi compoſitione aliqua difficultas, nec mendum, quo ea laborat, ſatis ſanatur. Georgius Trapezuntius vertit: *Nec probitas dicendi*, (*ut quidam eorum reliquerunt, qui artes ſcripſerunt*,) *nihil affert ad probandum, ſed fere*, (*ut brevi abſolvam*,) *praecipuam mores faciunt fidem.*

§. 7. Ὅτι ταῦτα τρία ἐστὶ) Sic dedit Victorius, quem ceterae edd. ſecutae ſunt. Ante illum legebatur: ὅτι τρία ταῦτά ἐστι.

Τὰ περὶ τὰ ἤθη) Abeſt prius τὰ ab edd. Ald. Venet. Riccob. Spir. Camot. Baſileenſibus, Victor. Maiorag. quare uncinos adhibui. Addidit illud Sylburgius ex ed. Morel.

Ἐκ τίνων ἐγγίνεται) Edd. Venet. Camot. Maiorag. ἐκ τίνων γίνεται. Georg. Trapezuntius: *ex quibus* naſcitur.

Τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας) Ex emendatione Victorii, qui ita in antiquissimo Codice legi asseruit Comment. p. 16. Expressit idem vetus interpres Latinus. Georg. Trapezuntius, & edd. Ald. Venet. Camot. Basileenses, Maiorag. τῆς περὶ τὰ πάθη πραγματείας. Nostram lectionem veram esse, docet locus infra (cap. 4) obvius: ὅπερ γὰρ καὶ πρότερον εἰρηκότες τυγχάνομεν, ἀληθές ἐστιν, ὅτι ἡ Ῥητορικὴ σύγκειται μὲν ἐκ τῆς Ἀναλυτικῆς, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη Πολιτικῆς. Confer Alexand. Aphrodis. Comment. ad Analyt. Pr. prooem. sub fin. Ethic. ad Nicom. I, 2.

§. 8. Διὰ τοῦ δεικνύναι) Edd. Basileenses: διὰ τὸ δεικν. Τὸ δὲ φαινόμενος συλλογισμὸς) Inseruit textui commation hoc fide Cod. MS. antiquissimi Victorius. Legit quoque in Cod. Graeco vetus interpres Latinus. Verum abest illud a versionibus Hermolai Barbari, & Georgii Trapezuntii, nec non ab edd. Ald. Venet. Basileensibus, Spirens. Camot. Maiorag. Muretus Var. Lect. I, 2, recte ea verba abesse putat. *Dicit enim Aristoteles, eorum, quae faciunt fidem, quod aut demonstrent, aut demonstrare videantur, aliud* syllogismum *esse, aliud* inductionem; *quemadmodum & in Dialecticis; se enim vocare* enthymema, *syllogismum oratorium;* exemplum *vero, oratoriam inductionem. Verba* φαίνεσθαι & καθάπερ (quae antecedunt) *errorem obiecisse videntur iis, qui aliquid praeterea addendum esse censuerunt.* Bene haec Muretus. Equidem commation illud uncinis compescui.

Καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως. ἔστι γὰρ τὸ μὲν παράδειγμα ἐπαγωγή· τὸ δὲ ἐνθύμημα συλλογισμὸς) Non agnoscunt haec plures Codd. Victorii, Georgius Trapezuntius, & edd. Ald. Venet. Froben. Spirens. Maiorag. Restituit ea Victorius ope antiquissimi libri MSti, in quo restiterunt, quae in reliquis defecere. Expressa quoque sunt a vetere interprete Latino. In Cod. MSto, qui *Francisci Paccii* fuit, (is enim est Cod. cuius Morelius, & ex huius nota Sylburgius meminit,) legebatur pro vulgato: οὕτως ἐν τῇ Ῥητορικῇ τὸ μὲν ἐνθύμημα· τὸ δὲ παράδειγμα· ex qua lectione haud temere aliquis forte colligeret, tam verba hodie in textu recepta, quam ceteras lectiones mera glossemata esse. Interea Hermolaus Barbarus hanc lectionem ante oculos habuit. Vertit enim: *ita apud oratorem per exemplum & enthymema tractatur.* Monendum est, Hermolaum paulo liberius in vertendo versatum esse. Edd. Isingr. & Riccob. habent: καὶ ἐνθάδε ὁμοίως ἔχει. ἔστι γὰρ παρά-

δειγμα μὲν ἐπαγωγή· ἐνθύμημα δὲ συλλογισμός. Confer Quinctil. Inſtitt. Orat. V, 14.

Ἡ ὀντινοῦν) Edd. Veneta, Maiorag. Morel. Sylb. Caſaub. Duvall. ἢ ὀντινοῦν. Minus belle.

Ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν) Cf. Analyt. Prior. II, 23, 24.

§. 9. Ἐκ τῶν Τοπικῶν) Cf. Topic. I, 10.

Καὶ ὁμοίων δείκνυσθαι) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Spirenſ. Maiorag. καὶ ὁμοίων ἐπιδείκνυσθαι. Ed. Riccob. ἐπιδείκνυται.

§. 10. Ὅτι καὶ ἑκάτερον ἔχει ἀγαθὸν τὸ εἶδος τῆς Ῥητορικῆς) Haud dubie in hoc loco mendum latet. Vetus interpres Latinus non agnoſcit ἀγαθόν. Georg. Trapezuntius alia quoque legiſſe videtur; nam vertit: *nec latet, quod utrumque genus Rhetoricae laudatur*; quamvis haud improbabile ſit, eum verba ἔχει ἀγαθὸν male cepiſſe. Hermolaus Barbarus noſtram lectionem expreſſit. Cod. Victorii pro τῆς Ῥητορικῆς habet τῆς ῥητορείας, ſcripturae vitio, ut opinor. Quod ſi Victorium (Comment. p. 40) ſequaris, ordo verborum ita erit inſtituendus: ὅτι τὸ εἶδος τῆς Ῥητορικῆς καὶ ἑκάτερον ἔχει ἀγαθόν. Iam vero εἶδος τῆς Ῥητορικῆς dictum eſt pro nomine ſimplici ἡ Ῥητορική, & ἑκάτερον ἀγαθὸν ſpectat ad *enthymema* & *exemplum*. Senſus erit: *manifeſtum eſt, Rhetoricen utroque bono frui, & enthymemate, & exemplo*. Sic Ariſtoteles infra Rhet. II, 20: εἰσὶ δ' οἱ λόγοι δημηγορικοὶ, καὶ ἔχουσιν ἀγαθὸν τοῦτο.

Καθάπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς) Omiſerunt καὶ poſt γὰρ edd. Venet. Froben. Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. *Methodica* pertinuerunt ad artem differendi. Non ſunt eadem cum Topicis hodie exſtantibus, ut nonnulli ſibi perſuaſerunt. Memi nit *Methodici*, uno libro conſtantis, Diogenes Laërtius (Vol. I, p. 21), vix recte; licet temere aſſeruerit Victorius, *octo* Methodicorum libros a Diogene laudari. Heſychius Mileſius citat Topica & Methodica. (Vol. I, p. 72.) Simplic. ad Ariſt. Categ. fol. 7, a. adverſus inſimulantes Ariſtotelem, eum plura ad doctrinam de categoriis facientia neglexiſſe: ἢ πρὸς τοῦτο αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἀπεκρίνατο; καὶ γὰρ ἐν τοῖς Μεθοδικοῖς, καὶ ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι, καὶ ἐν τοῖς Διαιρέσεσι, καὶ ἐν ἄλλῳ ὑπομνήματι. Muretus (l. l.) ingenio ſuo nimis indulgens verba inde a καθάπερ γὰρ καὶ, uſque ad οἱ δὲ εὐθυμηματικοὶ, loco movit, & ad §. 8, poſt verba παράδειγμα δὲ, ἐπαγωγὴν ῥητορικὴν reiecit.

Καὶ ῥήτορες ὁμοίως οἱ μὲν παραδειγματώδεις, οἱ δὲ ἐνθυμηματικοὶ) Abſunt haec ab edd. Venet. & Camot. Verba καὶ ῥήτορες ὁμοίως ne Latine quidem vertit Muretus.

Πιθανοὶ μὲν οὖν οὐχ ἧττον) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. καὶ πιθανοὶ μὲν οὐχ ἧττον.

§. 11. Περὶ αὐτῶν τούτων μᾶλλον διορίσωμεν καθαρῶς) Ed. Ald. διορίσομεν. Edd. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. mutato paululum verborum ordine: περὶ τούτων αὐτῶν διορίσομεν μᾶλλον καθαρῶς.

Δι' αὐτὸ πιθανὸν καὶ πιστὸν) Ed. Ald. πιθανὸν δι' αὐτὸ καὶ πιστόν. Edd. Veneta, Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. καὶ τὸ μὲν ὑπάρχει πιθανὸν εὐθὺς καὶ πιστὸν δι' αὐτό.

Τῷ δείκνυσθαι) Eaedem edd. τῷ ἐνδείκνυσθαι.

Τοῦτο γὰρ ἔντεχνον) Ibidem: τοῦτο μὲν γὰρ ἔντεχνον.

Φαίνεται γὰρ ἅττα) Emendavit ſic Sylburgius. Ante eum legebatur ἄττα, aſpirate; minus recte.

Ἐκ τῶν λόγου δεομένων) Edd. Ald. Baſileenſes, Maiorag. ἐκ τῶν τοῦ λόγου δεομένων. Pro δεομένων ed. Veneta in margine habet ἀξιῶν.

§. 12. Ἢ γενέσθαι) Vid. Muret. Var. Lect. XII, 13.

Οὕτως ὑπολαμβάνων· οὐδὲν γὰρ πλέον ἢ οὕτως) Ed. Iſingr. ὀρθῶς ὑπολαμβάνων· οὐδὲν γὰρ πλέον οὕτως ἢ οὕτως. Non male. Muretus cenſuit, verba ἢ οὕτως ἐνδέχεται συμβουλεύειν delenda, & οὐδὲν γὰρ πλέον hoc ſenſu ſumenda eſſe: *nullus enim uſus eiuſmodi deliberationis eſſet.* Vide tamen Sylburgii noram.

§ 13. Εὐπαρακολούθητον) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. εὐπαρακολούθητον. Idem videtur legiſſe Scholiaſtes Graecus a Morelio excerptus, qui interpretatur: τὰ εὐπαρακολούθητα.

Τὸ μὲν παράδειγμα ἐπαγωγὴν) Edd. Venet. Iſingrin. Maiorag. addunt ἔχειν

Οὐδὲ δεῖ λέγειν) Edd. Morel. Sylb. Caſaub. Duvall. Londin. οὐδὲν δεῖ λέγειν. Minus bene.

Ὅτι Ὀλύμπια νενίκηκε) Edd. Victor. Mor. Syib. Caſaub. Duvall. Londin. ὅτι Ὀλύμπια γὰρ νενίκηκε. Vid. Harpocration v. Δωριεύς· A. Gellii Noct. Att. II, 15. Cf. Victorii Comment. p 49; Maiorag. Comment. p. 22. Ἀγὼν στεφανίτης dicebatur certamen, quo victoribus corona imponebatur.

Τὸ δὲ, ὅτι στεφανίτης τὰ Ὀλύμπια, οὐδὲ δεῖ) Edd. Ald. Basileenses, Spirens. τὸ δ' ὅτι στεφανίτης, ἐπεὶ τὰ Ὀλύμπια, οὐδὲ δ. π. Ed. Isingr. ἐπὶ τὰ Ὀλύμπια. Ed. Riccob. τὸ δ' ὅτι στεφανίτης ἐστὶ τὰ Ὀλύμπια, οὐδὲ δεῖ π. Georg. Trapezuntius vertit: *quod autem, qui Olympia vincit, coronetur, non opus est apponere.* Nostram lectionem accurate expressit Hermolaus Barbarus.

§. 14. Ὀλίγα μὲν τῶν ἀναγκαίων) Edd. Veneta, Camot. Maiorag. ὀλίγα μὲν τὰ ἀναγκαῖα.

§. 15. Περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν) Eaedem: περὶ τὰ ἐνδεχόμενα καὶ ἄλλως ἔχειν.

Οὕτως ἔχον πρὸς ἐκεῖνο) Οὕτω πρὸς ἐκεῖνο ἔχον edd. Venet. Camot. Maiorag.

§. 17. Γίγνεται συλλογισμὸς) Eaedem edd. γίγνεται ὁ σ.

§. 18. Ἔτι δὲ) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Victorii, Riccob. Spirens. Maiorag. ἔστι δέ.

Εἴ τις εἴπειε) Edd. Ald. Basileenses, Veneta, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. εἰ τις εἰποι. Minus Attice. Edd. Victorii & Morel. εἰ τις εἴποιειν. Male. Sylburgius iam Atticismum restituit.

Ὅτι οἱ σοφοὶ δίκαιοι) Edd. Ald. Basileenses, Veneta, Riccob. Spirens. Maiorag. ὅτι σοφοὶ δίκαιοι, omisso articulo.

Σωκράτης γὰρ σοφὸς ἦν) Eaedem edd. Σωκράτης γὰρ καὶ σοφὸς ἦν.

Λυτὸν δὲ) Nonnullae edd. λυτέον δέ. Minus bene.

Εἴ τις εἴπειε σημεῖον) Edd. Ald. Basileenses, Riccob. Victorii: εἰ τις εἰποις. Non recte. Edd. Veneta, Camot. Spirens. Maiorag. εἰ τις εἴποι. Melius; sed minus Attice. Sic & in sequentibus pro εἰποι, εἰποις, quod eaedem edd. habent, cum Sylburgio & recentioribus editoribus εἴπειεν retinui.

Καὶ τί τεκμήριον) Abest τί ab edd. Ald. Basileensibus, Veneta, Camot. Riccob. Maiorag.

Ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς) Cf. Analyt. Prior. II, 27.

§. 19. Καὶ περὶ ποία ἐπαγωγὴ) Al. καὶ ποία ἐπαγωγή.

Οὔθ' ὡς ὅλον πρὸς μέρος) Deest hoc commation in edd. Venet. & Camot.

Ἐπεβούλευε τυραννίδι) Ed. Isingr. ἐπιβουλεύει τυραννίδι. Expressit hunc locum Quinctil. Institt. orat. V, 11: *Etiam in iis, quae futura dicemus, utilis similium admonitio est: ut, si quis dicens, Dionysium idcirco petere custodes salutis suae, ut, eorum adiutus armis, tyrannidem occupet, hoc referat exem-*

plum, eadem ratione Piſiſtratum ad dominationem perveniſſe. De Dionyſio Siculo, Piſiſtrato Athenienſi, & Theagene Megarenſi, tyrannidem affectantibus, v. Herodot. I, 59, ibique Weſſeling. Ariſtot. de republ. III, 15; V, 5, 10 ſq. Cf. Comment. Victorii p. 60, Maioragii p. 25.

Ἧτει τὴν φυλακὴν) Edd. Victor. Morel. Sylb. Caſaub. Duvall. Londin. ἤτει φυλακήν, omiſſo articulo.

Ὑπὸ τὸ αὐτὸ καθόλου) Edd. Ald. Baſileenſes, Veneta, Camot. Maiorag. ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ καθόλου.

§. 20. Μεγάλη διαφορὰ) Cod. Victorii antiquiſſimus habet μεγίστη διαφορά. Idem legerunt vetus interpres Latinus & Scholiaſtes Graecus, teſte Morelio.

Μᾶλλον ἁπτόμενοι κατὰ τρόπον μεταβαίνουσιν) Edd. Ald. Baſileenſes, & Spirenſ. ante μεταβαίνουσιν inſertum habent δεόντως. Edd. Veneta, Camot. Maiorag. οὐ δεόντως. Victorius hoc ſuſtulit, fretus auctoritate Codicis antiquiſſimi & veteris interpretis Latini. Arbitratus idem eſt recte, gloſſam ex paraphraſi Graeca manaſſe. Verba μᾶλλον κατὰ τρόπον ἁπτόμενοι μεταβαίνουσιν ἐξ αὐτῶν ita intelligenda ſunt ex Victorii ſententia, quaſi Ariſtoteles dixerit, oratores magis, quam oporteat fieri, res ad ignotas ſibi artes pertinentes attingere, & tum ex ſe ipſis demigrare, i. e. finibus ſuis exire, artificioque ſuo relicto nomen oratoris amittere. Ἀκροαταῖς non *auditores* oratoris, ſed *Rhetoricae ſtudioſi* ſignificantur. Videntur hanc interpretationem approbaſſe editores Lipſienſes. Typis enim exprimi iuſſerunt locum, ſecuti Schraderi textum, ita: καὶ μᾶλλον ἁπτόμενοι (ἢ) κατὰ τρόπον μεταβαίνουσιν ἐξ αὐτῶν. Cum tamen ἢ non agnoſcant Codd. & edd. equidem illud expunxi. Ceterum cf. etiam Schraderi Comment. p. 20.

§. 21. Οἱ κοινῇ) Codd. quidam Victorii ὅσοι κοινῇ· alii εἱ κοινοί· id quidem expreſſit vetus interpres Latinus, & legunt edd. Veneta, Baſileenſes, Camot. Maiorag. Spirenſ. Ὅσοι κοινοὶ eſt in marg. ed. Venetae. Georg. Trapezuntius vertit: *qui communiter.* Verba ſubſequentia, περὶ δικαίων καὶ φυσικῶν, καὶ exciderunt in ed. Lipſ. operarum incuria.

Ἐκ τούτου συλλογίσασθαι) Edd. Ald. Baſileenſes, Riccob. συλλογίζεσθαι. Edd. Veneta, Spirenſ. Maiorag. συλλογίσεσθαι· id quidem non bene.

§. 17. Ἵνα ἀποπληρωθῇ) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. ἵνα πληρωθῇ. Melius.

Περὶ μὲν οὖν τίνα ἐστὶν ἡ ὀργὴ) Cod. antiquiſſimus Victorii: τί μὲν οὖν ἐστιν ἡ ὀργή.

Ἐν τοῖς περὶ παθῶν) Non innuuntur ſingulares & diverſi Ariſtotelis libri, ſed reſpexit philoſophus ad Rhet. II, 2. Aliae edd. περὶ τῶν παθῶν.

§. 18. Ὅταν ἐδισθῶσιν, ἡδέως ποιοῦσιν) Unus Cod. MStus Victorii: ὅταν συνεδισθῶσιν. Alii plures: ὅταν συνεδισθῶσιν,

ἡδέα ποιεῦσιν, ita ut ποιεῦσιν sit participium dativo casu. Aristot. Problem. Sect. XVIII: τὶ δ' ἂν τινες ἐξ ἀρχῆς ἑλῶνται, καὶ οἷς ἂν συνεθισθῶσιν. Vulgatum defendunt vetustae versiones Latinae & edd. omnes.

Ἡ ἀγαθὰ) Edd. Ald. Basileenses, Camot. omittunt disiunctivam ἢ, sicut etiam in sequentibus.

Κακῶν ἀπαλλαγὴν) Edd. Victorii, Morel. Sylb. Casaub. Schrader. Duvall. Londin. κακῶν ἢ ἀπαλλαγήν· nec aliter in sequentibus, ubi & ed. Lips. disiunctivam agnoscit, quam tamen equidem uncinis secludi.

§. 19. Μήτε ἀσαφεῖς, μήτε ἀκριβεῖς) Edd. Venet. Isingr. Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. mutato ordine: μήτε ἀκριβεῖς, μήτε ἀσαφεῖς.

CAP. XI.

§. 1. Κίνησίν τινα ψυχῆς) Edd. Victorii, Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. κίνησίν τινα τῆς ψυχῆς.

§. 2. Ἡ ἡδονὴ) Edd. Venet. Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. non habent articulum ἡ.

Δῆλον, ὅτι) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. δηλονότι.

§. 3. Τὸ κατὰ φύσιν ἰέναι) Vetus interpres Latinus legit ἴέναι. Sic etiam in ed. Victorii impressum est.

Ὅμοιον γάρ τι) Abest τι ab edd. Ald. Venet. Basileensibus, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag.

Ἐγγὺς γὰρ καὶ τὸ πολλάκις τῷ αἰεὶ) Eaedem edd. ἐγγὺς γὰρ τὸ πολλάκις τοῦ αἰεί ἐστιν.

§. 4. Καὶ ὀρθῶς εἴρηται) Pentameter statim subsequens laudatur quoque ab Aristotele in Metaphys. IV, 5, & in Ethic. ad Eudemum II, 7; nec non a Plutarcho in libro *quod non suaviter vivi possit secundum Epicurum*, cap. 49. Tribuitur utrobique Eveno Pario, poëtae elegiaco, Philisti historici praeceptori. Legitur tamen idem versus unica voce immutata apud Theognidem vs. 470:

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιαρὸν ἔφυ.

Pro διὸ αἱ ἀνάγκαι in antecedentibus Cod. antiquissimus Victorii habet διὸ τὸ ἀναγκαῖον. Melius. Cf. Victorii Comment. p. 194, & Schader. ad h. l. p. 142.

§. 5. Καθ' ἕκαστον εἶδος τροφῆς ἐπιθυμία) Cod. Victorii: καθ' ἕκαστον εἶδος ἐπιθυμίας.

Ὅσα ἐκ τοῦ πεισθῆναι) Vetus interpres Latinus & ed. Riccob. ὅσας, genere feminino. Melius. Nam supra quo-

que dicitur: ὅσας μὴ ἐκ τοῦ ὑπολαμβάνειν τι ἐπιθυμοῦσιν.

§. 6. Κἂν τῷ μεμνημένῳ καὶ τῷ ἐλπίζοντι ἀκολουθεῖν φαντασία τις) Cod. Victorii: ἀεὶ ἐν τῷ μεμνημένῳ καὶ τῷ ἐλπίζοντι ἀκολουθοῖ ἂν φαντασία τις. Eandem lectionem sequitur Hermolaus Barbarus.

Μάλα μεμνημένοις) Cod. Victorii ἅμα μεμν. Minus bene.

§. 8. Ὅθεν καὶ τοῦτο εἴρηται) Prior versus ab Aristotele excitatus est senarius Euripidis. Cic. de fin. B. & M. II, 32: *Vulgo dicitur*, iucundi acti labores; *nec male Euripides; concludam, si potero, Latine; Graecum enim hunc versum nostis omnes:* Suavis laborum est praeteritorum memoria. — Allusit ad eundem Plutarchus Sympos. cap. 1. In verbis Ἀλλ' ἥδύ τοι, pro Ἀλλ' ed. Isingr. habet Ὡς, quod etiam Plutarchus agnoscit, & pro ἥδύ τοι edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Camot. Froben. Maiorag. ἥδύ τι· ed. Riccob. ἥδύ τε. Sequentes duo versus sunt Homeri Odyss. XV, 399, 400, ubi ita leguntur:

Μνωομένῳ· μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ,
Ὅστις δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ, καὶ πόλλ' ἐπαληθῇ.

Cod Victorii pro Μνωομένῳ· μετὰ habet Μνησαμένῳ, ὅτε.

Τὸ μὴ ἔχειν κακὸν) Editt. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Maiorag. τὸ μὴ ἔχειν τὸ κακόν.

§. 9. Ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε) Vid. Il. XVIII, 109. Abest καὶ ab edd. Ald. Venet. Basileensibus, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag.

§. 10. Ἐχόμενοι ταῖς δίψαις) Edd. Venet. Camot. Spir. Maiorag. ἐχόμενοι καὶ δίψαις.

Πιεῖσθαι, χαίρουσι) Cod. Victorii: πιεῖσθαι· χαίρουσι γάρ.

§. 11. Ἐρῶντες, καὶ διαλεγόμενοι) Abest καὶ ab edd. Ald. Venet. Basileensibus, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. quare uncinos adhibui.

Καὶ ποιοῦντες) Edd. Ald. Basil. 1. 2. Froben. Riccob. καὶ ὑπνοῦντες. Non male. Ed. Isingr. καὶ ὑπονοοῦντες.

Καὶ ἀρχὴ δὲ τοῦ ἔρωτος) Non habent δὲ τοῦ edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag.

Ὅταν λυπηρὸς γένηται) Ed. Isingr. ὅταν λύπη προσγένηται. Melius. Adstipulatur quoque huic lectioni Scholiastes Graecus, teste Morelio.

§. 12. Καὶ ἐν τοῖς πένθεσι καὶ θρήνοις ἐγγίγνεταί τις ἡδονὴ) Cod. Victorii: καὶ ἐν πένθεσι καὶ θρήνοις ὡσαύτως ἐπιγίνεταί τις ἡδονή.

Ἐπὶ τῷ μὴ ὑπάρχειν) Sic dedit Victorius e Codd. Edd. Ald. Basil. 1 & 2: ἐπὶ τὸ μὴ ὑπάρχειν. Ed. Isingr. ἐν τῷ μὴ ὑπάρχειν. Edd. Venet. Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. περὶ τὸ μὴ ὑπάρχειν. Nostram lectionem tuetur quoque margo ed. Venetae.

Διὸ καὶ τοῦτ' εἰρηται) Cod. Victorii: ὅθεν καὶ τοῦτ' εἰκότως εἰρηται. Cf. Homer. Il. XXIII, 108. In Homeri edd. legitur ὑφ' ἵμερον, pro ἐφ' ἵμερον. Repetitur fere idem versus Odyss. IV, 113, 183.

§. 13. Τὸ μὴ τυγχάνειν λυπηρὸν) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. λυπηρόν ἐστι.

Οἱ δ' ὀργιζόμενοι) Vetus interpres Latinus: οἱ γὰρ ὀργ.

§. 14. Τοῖς φιλονίκοις) Edd. Camot. & Maiorag. τοῖς φιλονείκοις.

Ἀλλὰ πᾶσι) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. ἀλλὰ καὶ πᾶσι. Magis concinne.

§. 15. Καὶ τὰς αὐλητικὰς καὶ ἐριστικὰς) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag καὶ αὐλητικὰς, omisso articulo. Codd. q. Victorii, margo ed. Venetae, & edd. Camot. & Maiorag. pro καὶ ἐριστικὰς habent quoque καὶ ἐρωτικὰς, quod mihi quidem non placet. De lusibus amatoriis vide Victorii Comment. p. 203, si ipse in iis non exercitatus fueris.

§. 16. Ὅτι τοιοῦτος καὶ σπουδαῖος) Cod. Victorii: ὅτι τοιοῦτος, οἷος ὁ σπουδαῖος.

Τῶν ἀποθεν) Edd. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ἄπωθεν habent per ω. Rectius, ut mihi videtur. Vetus interpres Latinus legit ἄλλοθεν. Hinc forte ἀποθεν cum ο enatum est.

§ 17 Τό, τε γὰρ φιλεῖν) Edd. Morel. Sylb. Casaubon. Duvall. Londin. omittunt γάρ.

§ 20. Ὅθεν εἴρηται) Euripid. Orest. vs. 234. Cf. Ethic. ad Nicom. VII sub fin.

Διὰ τουτο γὰρ) Cod. Victorii & ed. Isingrin. non habent γάρ.

§. 21. Τὸ ἐπιθυμεῖν μαθεῖν) Suspectum mihi est μαθεῖν, neque legitur in ed. Isingr. Quare uncinos applicavi.

Ἐν δὲ τῷ μαιθάνειν εἰς τὸ) Ed. Isingr. ἐν δὲ τῷ μαιθάνειν τὸ εἰς τὸ, ita ut prius τὸ ad infinitivum καθίστασθαι referatur.

§. 22. Ὧν ἀμφοτέρων ἐφίενται) In marg. ed. Venetae: ὧν ἀμφότερα ἐφίενται. Male.

Ἐστὶ τοὺς πλησίον) Ibidem: ἐστὶ τοῖς πλησίον.

§. 23. Καὶ τὰ τοιαῦτα) Cod. Victorii: καὶ τὰ τοιάδε.

Ἡδέα εἶναι τό, τε) Idem Cod. ἡδέα εἶναι οἷον τό, τε.

Οὗ τὸ μίμημα) Idem Cod. οὗ τὸ μεμιμημένον.

§. 24. Καὶ αἱ περιπέτειαι) Περιπέτεια est ingens & subita eorum, quae in fabula aguntur, mutatio in contrarium, (*die Kataſtrophe.*) Confer Ariſtot. de Poët. cap. XI; Voſſ. Inſtitutt. poët. I, 4, 17.

§. 25. Καὶ αἱ παροιμίαι εἴρηνται) Conf. Ethic. ad Nicom. IX, 7.

Αἰεὶ τὸν ὁμοῖον) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camotii, Riccob. Spirenſ. Maiorag. καὶ ὡς ἀεὶ τῷ ὁμοίῳ φίλον τὸ ὅμοιον.

Ἔγνω δὲ ἤδη ἤδη) Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. Froben. Riccob. Camot. Spir. Maiorag. ἐγνώκει. Ed. Iſingr. ἔγνωκε.

Παρὰ κολοιὸν) In Ethic. ad Nicom. & Eudem. (l. l.) legitur dialecto Dorica: ποτὶ κολοιόν.

§. 26. Καὶ τὰ ἐλλειπῆ ἐπιτελεῖν) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. καὶ τὸ τὰ ἐλλειπῆ ἐπιτελεῖν.

§. 27. Ἔτι ἐπεὶ) Eaedem edd. ἔτι δ' ἐπεί.

Ἀνάγκη, καὶ τὸ ἐπιτιμᾶν) Cod. Victorii: ἀνάγκη, καὶ τὸ ἄρχειν καὶ τὸ ἐπιτιμᾶν. Eandem lectionem ſecuti ſunt vetus interpres Latinus & Hermolaus Barbarus.

§. 28. Καὶ τὸ, ἐν ᾧ) Abeſt τὸ ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag.

Ὥσπερ καὶ Εὐριπίδης φησὶ) Eaedem edd. omittunt καί. Laudatur Euripidis locus etiam Problem. Sect. XVIII, quaeſt. 6, (ſuppreſſo tamen poëtae nomine;) & a Platone in Gorgia p. 83, Opp. T. IV ed. Bip. Συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου, Λαμπρός τε ἐστιν ἕκαστος ἐν τούτῳ, καὶ τοῦτ' ἐπείγεται, Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος, Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

§. 29. Διώρισται δὲ περὶ γελοίων χωρὶς ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς) In libro de Poetica, quem nunc habemus, locus de ridiculo non exſtat; unde coniicere licet, opus Ariſtotelis de arte poëtica non integrum ad nos perveniſſe.

CAP. XII.

§. 1. Τοῦ κέρδους αὐτοῖς) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. τοῦ κέρδους ἑαυτοῖς.

Κοινὰ γὰρ τῶν μερῶν τῆς Ῥητορικῆς ταῦτα πάντων) Edd. Ald. Baſil. 1. 2. Frob. Riccob. Spir. ταῦτα πάντα. Ed. Iſingr.

κοινὰ γὰρ πάντων τῶν μερῶν τῆς Ῥητορικῆς ταῦτα πάντα. Edd. Camot. & Maiorag. κοινὰ μὲν pro κοινὰ γάρ· in reliquis cum noſtra lectione conſpirant, quam etiam ed. Veneta habet. Cod. Victorii: κοινὰ γὰρ ταῦτα πάντων τῶν λόγων.

§. 2. Καὶ ἐὰν πολύφιλοι ὦσι) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. καὶ ἐὰν πολλοὶ φίλοι ὦσι.

§. 4. Καὶ ἐὰν φίλοι ὦσι) Vide de hoc loco Mureti Var. lectr. II, 11.

Οἷς ἂν φίλοι ὦσι) Cod. Victorii: οἷς ἂν φιλῶσι.

Καὶ ἢ ὅλως ἀφιᾶσιν) Abeſt disiunctiva ἢ ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag.

§. 5. Διὰ τὸ ὅλως μηδένα) Eaedem edd. omittunt ὅλως· quod cum parum apte ſit inſertum, equidem illud uncis ſecluſi.

§. 6. Καὶ τοιαῦτα) Edd. Victorii, Morel. Sylb. Caſaub. Duvall. Londin. καὶ τὰ τοιαῦτα, cum articulo.

Ἃ μηδὲ εἷς) Cod. Victorii: οἷα μηδ' ἂν εἷς.

Καὶ τὰ ἀδικήματα) Vetus interpres Latinus legit οὕτω καὶ τὰ ἀδικήματα, teſte Morelio.

§. 7. Ὅτι οὐκ ἂν ἐπεχείρησαν) Edd. Ald. Baſil. 1. 2. Froben. Riccob. ἐπεχείρησε. Edd. Venet. Camot. Iſingrin. Spirenſ. Maiorag. ἐπεχείρησαν.

§. 8. Ἀναβολὴ χρόνιος) Ed. Iſingr. ἀναβολὴ χρόνου. In antecedentibus ὅσοις μὴ λαθοῦσιν pro λαθοῦσιν Cod. Victorii habet λανθάνουσιν.

Δίωσις τῆς ἐκτίσεως) Notante Morelio, vetus interpres Latinus vertit, *depulſio poſſeſſionis*; videtur itaque legiſſe δίωσις τῆς κτήσεως.

§. 9. Δοκεῖ ἔχειν) Ed. Iſingr. omiſit ἔχειν.

§. 10. Αἱ δὲ ζημίαι εἰς χρήματα) Edd. Ald. Baſileenſes, Riccob. Spirenſ. αἱ δὲ ζημίαι ὡς χρήματα. Edd. Sylb. Caſaub. Duvall. Londin. αἱ δὲ ζημίαι εἰ χρήματα. Quemnam intelligat Ariſtoteles Zenonem, poenas ſimul pro parentibus luentem, non compertum habeo.

Ἢ τοιοῦτόν τι) Ed. Spirenſ. ἢ τοιούτων τι.

§. 11. Ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οἷον ἀναμάχεσθαι) Vetus interpres Latinus vertit: *ſicut & in bellicis, qui victi penitus volunt vincere.* Conveniunt cum hac verſione, quae habet Graecus Scholiaſtes: ὡς γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ὁρμήσαντές τινες κατ' ἐχθρῶν καὶ ἡττηθέντες οὐ στέργουσιν, ἀλλ'

ἀναμάχονται. Acute coniecit hinc Morelius, lectum olim fuisse : οἱ ἀποτετυχηκότες ἀναμάχονται, adeoque οἱ in οἷον depravatum esse, & ἀποτετυχηκότες excidisse, id quod facillime fieri potuit, cum idem verbum paulo antea positum sit. Vide tamen Victorii Comment. p. 221.

§. 12. Οἱ γὰρ ἀκρατεῖς τοιοῦτοι) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. οἱ δ' ἀκρατεῖς.

§. 16. Ὡς οὐδὲν μᾶλλον ἀδοξοῦντες) Sic recte emendavit Victorius e Codd. Legebatur in edd. Ald. Venet. Basileensibus, Camot. Riccob. Maiorag. ὡς οὐδὲν μᾶλλον δόξοντες. Idem expresserunt vetus interpres Latinus, Georgius Trapezuntius, & Hermolaus Barbarus. At Scholiastes Graecus Victorii emendationem confirmat, quam etiam sensus exigere videtur.

§. 18. Οἷον, οἱ συλῶντες τοὺς Καρχηδονίους) Commemoravit Aristoteles *Carthaginienses*, quoniam a Graecis remotissimi erat.

§. 19. Καὶ τοὺς ῥᾳθυμοῦντας) Cod. Victorii, margo ed. Isingr. & vetus interpres Latinus : καὶ τοὺς ῥᾳθύμους.

§. 20. Μυσῶν λείαν) Mysi, Asiae minoris provinciam inhabitantes, imbelles atque inertes habebantur, ut vilis animi eum esse oporteret, qui a Myso spoliaretur. Cic. orat. pro Flacco c. XXVII : *Quid porro in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est, quam, si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur.* Vide Erasmi Adag. Chil. I, cent. 6, & Victorii Comment. p. 224.

§. 21. Καὶ οὓς μηδεπώποτε, καὶ οὓς πολλάκις) Edd. Ald. Basil. 1. 2. Froben. Riccob. Spirens. καὶ οὓς μηδέποτε. Ed. Isingr. καὶ τοὺς μηδέποτε, καὶ τοὺς πολλάκις. Hoc quidem melius.

§. 22. Ὧν οἱ μισούμενοι καὶ φθονούμενοί εἰσι) Vetus interpres Latinus vertit : *tanquam odium & invidiam sustinentes.* Putat itaque Morelius, eum legisse : ὡς μισούμενοι καὶ φθονούμενοι.

§. 23. Ἢ ποιησάντων κακῶς) Ed. Isingr. ἢ π. φίλως.

Ἢ μελλησάντων) Sic restituit Victorius e Codd. Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. Camot. Maiorag. ἢ μελησάντων.

Προφάσεως δέεται μοῦνον) Ed. Isingr. pro δέεται habet δεῖται. Idem legitur in Codd. melioribus MStis. Μοῦνον pro vulgato μόνον legi oportere, ut metrum constet, vidit iam Sylburgius.

§. 24. Ἐγχειροῦσιν ἐπεξιέναι) Edd. Venet. Iſingr. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἐγχειροῦσιν ἐπιέναι. Male. Habet tamen ἐπεξιέναι ed. Iſingr. iam in margine.

§. 25. Ἐπιτηροῦσιν ἢ δίκην, ἢ ἔκτισιν) Vetus interpres Latinus vertit: *quibus non carum morari, ut* obtineant *iudicium, aut* obtineant *vindictam.* Hariolatur hinc Morelius, interpretem pro ἐπιτηροῦσι legiſſe ἐπιτυχοῦσι. Parum feliciter. Refellit coniecturam iam Sylburgius.

Ἐπὶ μικρῶν) Edd. Victor. Spirenſ. Morel. Sylb. Caſaub. Londin. ἐπὶ μικρῷ. Neſcio an melius.

Οἱ τοιοῦτοι καταπαύονται) Abeſt οἱ τοιοῦτοι a Cod. Victorii, quare uncinos adhibui.

§. 29. Ἐγκεκλικότες ὦσι) Vetus interpres Latinus vertit: *inclinati.* Legit itaque: ἐγκεκλικότες. In ſequentibus edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. alium habent membrorum ordinem; nam paradigmaticum, οἷον Κάλλιππος ἐποίει τὰ περὶ Δίωνα, in illis praeponitur aetiologico, καὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα κ. τ. λ. Equidem Victorium ſecutus ſum. De Callippo, eiuſque in Dionem ſcelere, vid. Plutarch. Vita Dion. Opp. T. I, p. 982 ed. Frcf. & de ſera num. vind. cap. 16. Cornelius Nepos Callippum vocat *Callicratem.* Fuit Callippus Athenienſis, Dionis, dum hic Athenis commoraretur, familiaris, eiuſque in expeditione in Siciliam comes. Amicitia diremta, Callippus mercenariis militibus Dionem in ſuſpicionem adduxit, apud cives Syracuſanos diffamavit, & denique interfecit. In antecedentibus verbis in textu noſtro pro προδιακεχωρηκότες marg. ed. Venet. legit προδιακεχειρηκότες.

§. 30. Ὥσπερ λέγεται Αἰνεσίδημος) Aeneſidemus, Leontinorum tyrannus, cum finitimae cuiuſdam gentis libertati immineret, Gelo, rex Syracuſanus, eum in opprimendo populo illo praevenit. Aeneſidemus igitur Geloni, tanquam vigilantiori, *cottabia* i. e. praemia miſit. Κόττα βος erat ludus in conviviis, a Siculis inventus, & Graecis frequentatus. Praemia victorum vocabantur κοτταβίδες & κοττάβια. Vid. Athen. Dipnoſ. XI, p. 479, & XV, init. Pollux Onomäſt. VI, 19.

§. 31. Ὥσπερ ἔφη Ἰάσων ὁ Θετταλὸς, δεῖν ἀδικεῖν) Edd. Venet. Camot. Iſingr. Riccob. Maiorag. δεῖ ἀδικεῖν, indicative. Traditur etiam a Plutarcho (praecept. de ger. republica cap. 56) Iaſon, cum multis vim faceret, dixiſſe:

Neceſſe eſt, ut in minutis rebus iniuſte agant, qui in magnis iuſtitiam velint ſervare.

§. 33. Τὰ εὐμετάβλητα) Edd. Ald. Baſileenſes, Riccob. τὰ εὐμετάβολα.

§. 34. Ἃ πολλαχοῦ) Ed. Iſingr. πολλαχῶς. Ed. Riccob. πολλαχοῖς, vitioſe haud dubie pro πολλαχῶς.

CAP. XIII.

§. 1. Ὥρισται δὴ) Vetus interpres Latinus: ὥρισται δέ.

§. 2. Καὶ τούτων) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. καὶ τοῦτον.

Ἀπειρημένον θάψαι τὸν Πολυνείκη) Ed. Iſingr. ἀνηρημένον. Aliae edd. Πολυνείκην. Cf. Sophoclis Antigon. vſ. 462. Pro ζῇ τοῦτο apud Sophoclem legitur ζῇ ταῦτα· videtur tamen Ariſtoteles numerum conſulto commutaſſe, ut locutioni ſuae hoc verbum reſponderet.

Διά τ' ἁπλέτου αὐγῆς) Ed. Iſingr. habet in margine: διά τ' ἀπελέτου γῆς. Codd. quidam Victorii: ἁπλέτου αὖ γῆς, quam lectionem amplexus eſt Hermolaus Barbarus. In eodem verſu pro τέτακται, quod edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Maiorag. legunt, Victorius repoſuit iam τέταται. De Empedoclis ſententia vid. Stephani poeſ. philoſ. p. 24.

Καὶ ὡς λέγει ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ Ἀλκιδάμας) Hic lacuna eſt; nam exciderunt verba ex Meſſeniaca Alcidamantis oratione excerpta; quare, cum ipſa oratio quoque perierit, quid de lege naturae ſenſerit Alcidamas, nunc quidem ignoramus. Fuit Alcidamas Eleates, philoſophus & rhetor, Gorgiae Leontini diſcipulus. Frigora orationum eius reprehendit Ariſtoteles Rhet. III, 3, & pluribus locis. Exſtant adhuc ſub Alcidamantis nomine *Ulyſſis Oratio de Palamedis proditione*, & *Libellus de Sophiſtis*. Vid. Reiskii Orat. Gr. Vol. VIII, p. 64, 77. Coniecit *Ruhnkenius*, vir ſummus, pro Ἀλκιδάμας hoc loco legendum eſſe Λεωδάμας, cuius ſupra (I, 7) Ariſtoteles mentionem fecit; ita ut oratio illa habita ſit contra Calliſtrati orationem ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ· conſtat enim, Leodamantem & Calliſtratum inter ſe diſſenſiſſe. Confuderunt quoque ſaepius librarii *Leodamantem* & *Alcidamantem*. Vid. Ruhnken. Hiſt. crit. Orat. Gr. ap. Reisk. l. l. p. 144. Non auſus tamen ſum vulgatam lectionem mutare.

§. 3. Πρὸς οὓς δὲ διώρισται, διχῶς διώρισται) Cod. Victor.

ὥρισται. Vetus interpres Latinus legit brevius: πρὸς οὓς δὲ διχῶς.

§. 4. Confer supra cap. X.

§. 5. Ὑπὸ ἑκόντων) Cod. optimus Victor. ὑπὸ ἑκόντος. Melius forsitan.

§. 6. Ἐπεὶ δ' ἀνάγκη) Ed. Ald. habet ἐπεὶ δ' ἂν κεφάλαιον. Idem tuentur edd. Basil. 1. 2. & Froben. Ed. Isingr. ἐπεὶ δ' ἀναγκαῖον.

Ἐκ τῶν πρότερον) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἐκ τῶν προτέρων.

Τὰ κακὰ διήρηται) Teste Morelio, alii Codd. habent διείρηται, explicata sunt. Unus Cod. MStus Victorii legit εἴρηται. Confer supra capp. V & VI.

§. 7. Ἢ πρὸς τὸ ἴδιον εἶναι· ἢ καὶ ἀγνοοῦντος, ἢ ἄκοντος) Edd. Ald. Basileenses 1. 2. Froben. ἢ πρὸς ἴδιον εἶναι· ἢ ἀγνοοῦντος, ἢ ἄκοντος. Edd. Venet. Camot. Spir. Riccob. Isingr. Maiorag. ἢ ἴδιον εἶναι· ἢ ἀγνοοῦντος καὶ ἄκοντος. Vulgatam lectionem prioris membri bene se habere existimo; at in posteriori membro reponendum esse, quod ex edd. Venet. & cett. attuli; nam sequitur in textu ἢ ἑκόντος καὶ εἰδότος.

§. 8. Ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη) Vide Rhet. II, 2.

Εἴρηται πρότερον) Rhet. I, 10, 12.

§. 9. Συγγενέσθαι μὲν) Abest μὲν ab edd. Ald. Venet. Basileensibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. Igitur uncinos applicavi.

Ἢ κλέψαι, ἀλλ' οὐχ ἱεροσυλῆσαι) Excidit integrum hoc commation e textu edit. Lipsiensis.

Ἀλλ' οὐ δημοσίαν) Ita emendavit Victorius e Codd. Dubito, an recte. Nolui tamen a magni viri auctoritate recedere. Alii Codd. & edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Spir. Maiorag. ἀλλ' οὐ δημόσια. Idem expressit Georgius Trapezuntius. Vetus interpres Latinus & ed. Riccob. ἀλλ' οὐ δημοσίᾳ· id quidem optime. Sensus tum exit: *Et commisisse quidem se facinus, sed privatim, non publice.*

Ἀλλ' οὐ προδιδόναι) Vertunt vetus interpres Latinus & Georgius Trapezuntius: *sed non prodidisse.* Legerunt forsitan: ἀλλ' οὐ προδεδωκέναι, vel προδοῦναι. Melius.

§. 10. Περὶ οὗ ἡ ἀμφισβήτησις) Uncinis verba περὶ οὗ inclusi; nam suspecta sunt vel eo ipso, quod περὶ οὗ non referri possit ad antecedentia πάντα τὰ τοιαῦτα, quo tamen referri oportet. Deinde respuunt ea Cod. optimus Vi-

ctorii, edd. Ald. Basil. 1. 2. Froben. Riccobon. & vetus interpres Latinus. Georgius Trapezuntius vertit: *nam de omnibus his quaestio est, utrum iniustus sit & improbus, an non.*

Τοῦ ἀτιμᾶσαι ἐκεῖνον) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. τοῦ ἀτιμᾶσθαι ἐκεῖνον.

Ἢ αὐτὸν ἦσθῆναι) Sic emendavi corruptam lectionem vulgatam ἢ αὐτὸς ἥσθῆναι, quae ferri non poterat, cum ex antecedentibus supplendum esset ἕνεκα τοῦ. Ed. Isingr. habet ἢ ἵνα αὐτὸς ἥσθῇ, quae lectio ex glossa videtur profecta esse.

§. 12. Νόμου καὶ γεγραμμένου) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. νόμου καὶ ἐγγεγραμμένου.

§. 13. Διαριθμοῦντας) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. διαριθμοῦντα. Aptius.

§. 14. Καὶ τὸ ἐπιεικὲς) Eaedem edd. non habent articulum τό.

§. 15. Ποῖά ἐστι τὰ ἐπιεικῆ, καὶ οὐκ ἐπιεικῆ, καὶ ποῖοι οὐκ ἐπιεικεῖς ἀνθρωποι· ἐφ' οἷς τε γὰρ δεῖ συγγνώμην ἔχειν, ἐπιεικῆ ταῦτα) Victorius ad hunc locum (Comment. p. 241) ita: *In* Aldino exemplari, *& aliis nonnullis* excusis (edd. Basileensibus) *hic locus lacer erat; plura enim verba defecerant, quae postea* restituta sunt *diligentia eorum*, qui iterum Venetiis hoc volumen (non Rhetorum Aldi, sed librorum de Rhetorica) excuserunt; *illa quoque ipse in* fidelioribus libris *inveni; vereor tamen, ne adhuc aliquid desideretur, nec locum omnino integrum esse puto. Quod si ita legeretur: καὶ ποῖοι ἐπιεικεῖς, καὶ οὐκ ἐπιεικεῖς ἀνθρωποι, plena, ut arbitror, perfectaque sententia illa foret. Videtur enim Aristoteles, ut supra res in aequas & bonas, & in non aequas & bonas, ita homines dividere debuisse, nec tantum illos, qui aequi bonique non forent, demonstrasse. Verum haec mera coniectura est, nulla vetere auctoritate fulta.* — Edd. Ald. & Basileenses priora verba sic legunt: ὁποῖά ἐστι καὶ τὰ ἐπιεικῆ αὐτά. Reliqua desunt usque ad verba καὶ τὸ τὰ ἀμ. Neque ea expressserunt vetus interpres Latinus, & Georgius Trapezuntius. Edd. Venet. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. habent quoque ὁποῖά ἐστι pro ποῖά ἐστι.

§. 18. Ποῖός τις ἦν αἰεὶ) Abest ἦν ab edd. Ald. Venet. Basileensibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag.

§. 19. Διαιτητὴς εὑρέθη) Codd. quidam Victorii ἡρέθη.

Meliores tamen tuentur noſtram lectionem. Vetus interpres Latinus ἠρέθη expreſſit.

CAP. XIV.

§. 1. Οἷον ὁ Μελανώπου Καλλίστρατος κατηγόρει) Abeſt ὁ ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. Habuit Calliſtratus Melanopum in republica adminiſtranda adverſarium, quare eum etiam accuſavit. Plutarch. Demoſthen. p. 851, F. Plura vide ap. Ruhnkenium Hiſt. crit. Orat. Gr. p. 140, Vol. VIII Orat. Reiskii; & Victor. Comment. p. 244.

Ὅτι παρελογίσατο τρία ἡμιωβέλια ἱερὰ τοὺς ναοποιούς) Retinui ἡμιωβελια, (nam ἡμιωπέλια in textu edit. Lipſ. vitioſe impreſſum eſt,) cum ei & plures Victorii Codd. & edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Riccob. Spir. Morel. patrocinentur. Edd. Camot. & Maiorag. habent ἡμιωβόλια· infra tamen Camot. legit ἡμιωβέλια, ut prius typographi errore poſitum videatur. Suidas v. ἡμιωβόλιον, τὸ ἥμισυ τοῦ ὀβολοῦ. Quis ſibi perſuaſerit, Calliſtratum reum feciſſe Melanopum, quod is facelli aedificatores *tribus ſemiobolis* fraudaverit? Recte igitur Morelius ἡμιωβόλια hoc loco improbavit. Ἡμιωβελιον Scholiaſtes Graecus ad Rhetorica interpretatur: εἶδος σταθμοῦ μικροῦ. Quare dubito, an Ariſtotelis ſententiam iuſte explicuerit Victorius, viz. *Calliſtratum accuſaſſe Melanopum, quod is tres dimidiatos obelos, Deo dicatos, fraude e templo ſuſtulerit.* Puto equidem, excidiſſe aliquod verbum cum ἡμιωβέλια olim coniunctum; quae ſuſpicio adeo Georgii Trapezuntii verſione firmatur. Nam huius verba ſunt: *ut Melanopum Calliſtratus accuſabat, quod templi cuſtodes decepiſſet*, triaque vaſcula e ſacris minimi ponderis *ſuſtuliſſet.*

§. 2. Ἡ γὰρ δίκη καὶ κόλασις) Ed. Iſingr. ἡ γὰρ κόλασις καὶ δίκη, mutato ordine.

§. 3. Ἔτι γὰρ μείζονι) Edd. Camot. & Maiorag. ἔστι γὰρ μείζονι. Idem habet margo ed. Venet. Minus apte.

Σοφοκλῆς ὑπὲρ Εὐκτήμονος συνηγορῶν) Eſt Sophocles Orator, diverſus a Tragico. Vide infra Rhet. III, 18, & Ruhnkenium hiſt. crit. orat. Gr. pag. 128 l. l. Confer Victorii Comment. p. 246.

§. 4. Καὶ δι' ὃ ἂν) Edd. Ald. Baſileenſes, Venet. Camot. Maiorag. καὶ δι' ὧν ἄν. Noſtrum dedit Victorius e Codd.

Ἐν Ἄργει ζημιοῦσι) Cod. Victorii: ζημιοῦνται. Cf. Lysiae Oratt. XXI, p. 36 ed. Hanov. 1615, 8.

Δι' ὃν ἂν) Cod. Victorii: δι' οὓς ἄν.

§. 6. Οἱ ψευδομάρτυρες) Cod. Victor. οἱ ψευδομαρτυροῦντες.

Ἐν τῷ δικαστηρίῳ) Abeſt articulus τῷ ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag.

Καὶ ὅτι οὐκ εὖ) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ὅτι τε οὐκ εὖ ποιεῖ. Male.

§. 7. Ὁ παρὰ τὰ ἄγραφα δίκαια) Sic locum reſtituit e Codd. Victorius. Legebatur mendoſe in edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Spir. Maiorag. ὁ περὶ τὰ γραφόμενα δίκαιος. Παρὰ legunt quoque edd. Camot. Maiorag. & margo ed. Venetae; in reliquis cum ceteris conſpirantes. Victorii lectionem ſecutus etiam eſt vetus interpres Latinus. Georgius Trapezuntius mendoſam expreſſit.

Εἰ παρὰ τὰ γεγραμμένα) Vetus interpres Latinus: εἰ περὶ τὰ γεγραμμένα.

Τὰ μὴ ἐπιζήμια) Cod. Victorii & marg. ed. Iſingr. τὰ ἀζήμια.

CAP. XV.

§. 1. 2. Τῶν δικανικῶν. Εἰσὶ δὲ πέντε) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Spirenſ. Maiorag. τῶν δικανικῶν εἰσι πέντε τὸν ἀριθμόν. Minus concinne.

§. 4. Φανερὸν γὰρ) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. φανερὸν μὲν γάρ.

§. 5. Καὶ ὅτι τῇ γνώμῃ — τοῖς γεγραμμένοις) Magna in hoc loco eſt lectionis varietas. Cod. antiquiſſimus Victorii habet: καὶ ὅτι τῇ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ τοῦτ' ἔστι, τὸ μὴ παντελῶς χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις. Edd. Ald. Baſileenſes, & Riccob. καὶ ὅτι τῇ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ χρωμένους, τοῦτ' ἔστι, τὸ μὴ πάντη χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις. Hanc lectionem ſequitur vetus interpres Latinus. Edd. Venet. Camot. Spir. Maiorag. καὶ ὅτι τῇ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ κρίνειν χρωμένους. Probabile tamen eſt, duo verba illa κρίνειν & χρωμένους e gloſſa in textum migraſſe. Equidem lectionem Victorianam ſervavi, quam etiam Georgius Trapezuntius expreſſit. Conf. Pollux in Onomaſt. VIII, 10, apud quem pro γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ legitur: γρώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ.

§. 6. Τούτων ἐγὼ) Vide ſupra not. ad c. XIII, §. 2. Pro τούτων edd. Ald. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag.

habent ταῦτ' οὖν. Male. Vid. Schol. Sophocl. ad h. vſ. Ut ſenſum eo facilius percipiant lectores, poſteriori verſui ab Ariſtotele adducto addam ex Antigone verſum ſtatim ſubſequentem :

Τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὸς οὐδενὸς
Φρόνημα δείσασ', ἐν θεοῖσι τὴν δίκην
Δώσειν —.

§. 9. Ἡ καὶ αὐτὸς αὑτῷ) Abeſt καὶ ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag.

Οἷον, ἐνίοτε ὁ μὲν) Eaedem edd. οἷον, ὁ μὲν ἐνίοτε.

§. 12. Οἷον τὸν ἰατρὸν) Ita habent Codd. quidam Victorii. Optime. Vulgo: παρὰ τὸν ἰατρὸν, ſine ſenſu, ad antecedentia ſi ſpectes.

§. 13. Περὶ δὲ μαρτύρων) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. περὶ δὲ τῶν μαρτύρων.

Παλαιοὺς μὲν) Ab iiſdem edd. abeſt μέν.

Ἀθηναῖοι Ὁμήρῳ μάρτυρι ἐχρήσαντο περὶ Σαλαμῖνος) Quinctil. Inſtitt. Orat. V, 11 : *Neque eſt ignobile exemplum, Megareos ab Athenienſibus, cum de Salamine contenderent, victos Homeri verſu, qui tamen ipſe non in omni editione reperiretur, ſignificans, Aiacem naves ſuas Athenienſibus iunxiſſe.* Exſtat autem verſus iſte in Homer. Iliad. II, 557:

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

Plura vide ap. Victor. Comment. p. 254; Maiorag. p. 104.

Τενέδιοι ἔναγχος Περιάνδρῳ τῷ Κορινθίῳ πρὸς Σιγειεῖς) Fuerunt Periandri, unius e ſeptem Graeciae ſapientibus, Ὑποθῆκαι, *praecepta*, quae a Diogene Laërtio laudantur. His quidem uſi ſunt Tenedii, ut cauſam ſuam adverſus Sigeenſes iuvarent. De hac ipſa cauſa nihil amplius conſtat. Factum autem eſſe debuit de ea iudicium paulo ante, quam Ariſtoteles hos libros ſcriberet. Nam ἔναγχος eſt *nuper*. Sic Menandro Comico dicitur: ἔγημεν ἔναγχος. Pro Σιγειεῖς edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. legunt Σιγιεῖς. Minus bene. Vide Sylburgii notam.

Καὶ Κλεοφῶν κατὰ Κριτίου) Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. Froben. Spir. καὶ Λεοφρῶν. Aliae edd. Κλεοφρῶν. Recte ex marg. ed. Venetae iam receperunt Κλεοφῶν edd. Camot. Morel. & ceterae. De Cleophonte erudite egit Ruhnkenius hiſt. crit. orat. Gr. pag. 128, in Vol. VIII Orat. Reiskii. Critiam e numero triginta tyrannorum Athenis

fuiſſe, notum eſt. Confer Victorii Commentar. pag. 255.

Εἰπεῖν μοι Κριτίᾳ πυῤῥότριχι, πατρὸς ἀκούειν) Proclus ad Timaeum lib. I, pag. 25 ed. Baſ. Ἐξηκεστίδου παῖδες ἐγένοντο Σόλων καὶ Δρωπίδης· καὶ Δρωπίδου μὲν Κριτίας, οὗ μνημονεύει καὶ Σόλων ἐν τῇ ποιήσει λέγων·

Εἰπέμεναι Κριτίᾳ ξαντότριχι, πατρὸς ἀκούειν
Οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσεται ἠγεμόνι.

Nolui tamen vulgatam lectionem in noſtro loco mutare, & ſatis bene eam defendit Victorius l. l.

§. 14. Τὸ ξύλινον λέγει τεῖχος) Herodot. VII, 141, ibique Weſſeling. Pro λέγει Cod. Victorii habet λέγων. Melius forſitan.

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείποι) Apud Herodotum (I, 155) fertur Cyrus, audita Lydorum defectione, Croeſo dixiſſe: ὁμοίως γάρ μοι νῦν γε φαίνομαι πεποιηκέναι, ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας τῶν παίδων αὐτοῦ φείσαιτο. Idem proverbium in ore tuliſſe Philippum, Perſei patrem, Macedoniae regem, quocum Romani bellum geſſerunt, auctor eſt Livius Hiſt. lib. X init.

§. 15. Ὅσοι γνώριμοι κεκρίκασί τι) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ὅσοι γνώριμοι, καὶ κεκρίκασί τι.

Χρήσιμοι γὰρ αἱ τούτων) Eaedem edd. καὶ αἱ τούτων.

Εὔβουλος ἐν τοῖς δικαστηρίοις) Intelligitur h. l. Eubulus *Anaphlyſtius*, Demoſthenis adverſarius, orator Athenienſis. Vid. Ruhnken. hiſt. crit. Or. Gr. pag. 146.

Ὦ Πλάτων εἶπε) Ed. Iſingr. ὄ. Verum nihil mutandum eſt, nam ᾧ Attice poſitum eſſe pro τούτῳ ὅ, monuit iam Sylburgius. Ceterum non Platoni *philoſopho* cum Victorio, Maioragio, Schradero & aliis hoc dictum tribuendum eſt, ſed Platoni *Comico*. Videtur ſibi b. Valckenaerius in verbis ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πόλει, ſublata praepoſitione ἐν, finem ſenarii inveniſſe. Cf. Ruhnken. l. l.

§. 16. Μόνον μάρτυρές εἰσι) Abeſt μόνον ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. Reſtituit illud Victorius e Codd. Alii Codd. habent μόνων, quod etiam expreſſit vetus interpres Latinus.

§. 17. Περὶ τούτων) Cod. Victorii: περὶ τοιούτων.

Πιστότατοι δὲ οἱ παλαιοὶ) Ita emendavit Victorius e vetere verſione Latina & e Codd. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. πιστότατοι γάρ. Minus apte.

Πιστώματα δὲ παρὰ μαρτυριῶν) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Basil. 1. 2. Froben. Spir. πιστώματα γὰρ παρὰ μαρτ. Edd. Venet. Camot. Maiorag. πιστώμ. γὰρ περὶ μ. Vetus interpres Latinus vertit: *circa teſtes*. Legit igitur aut περὶ μαρτύρων, aut περὶ μάρτυρας. Omnino autem in hac paragrapho verba, οἱ δ' ἀπωθεν καὶ περὶ τούτων πιστότατοι — &, πιστώματα δὲ παρὰ μαρτυριῶν — ſuſpicionem incurrunt; non cohaerent enim cum ceteris, neque Latine ea reddidit Georgius Trapezuntius. Quamobrem etiam uncinos adhibui.

Ἐξαπατῆσαι) Vetus interpres Latinus: ἐξαπατᾶσθαι.

Οὐχ ὑπόδικα) Idem videtur legiſſe: οὐκ ἀποδεικτικά. Nam vertit: *non probativa*. Secutus eſt quoque hanc lectionem Hermolaus Barbarus.

Ἔδει μαρτυριῶν) Codd. plures Victorii: ἔδει μαρτύρων, quod etiam dedit vetus interpres Latinus.

§. 18. Μαρτυρίας χρησίμης) Edd. Ald. Basil. 1. 2. Froben. Venet. Camot. ἀπορίας χρ. Male.

Τῷ ἀμφισβητοῦντι ἐναντίας) Margo ed. Venetae & ed. Riccob. ἐναντίως. Minus bene.

Περὶ τοῦ ἤθους ἢ αὐτοῦ) Edd. Ald. Venet. Basileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. περὶ τοῦ ἤθους αὐτοῦ. Noſtram lectionem tuetur Scholiaſtes Graecus.

§. 20. Περὶ δὲ τῶν συνθηκῶν) Edd. Ald. Venet. Basileenſes, Camot. Riccob. Maiorag. omittunt articulum τῶν.

Τοῦ λόγου χρῆσις) Cod. antiquiſſimus Victorii: τῶν λόγων.

§. 22. Κατὰ συνθήκας) Edd. Ald. Venet. Basileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. κατὰ τὰς συνθήκας.

Ἀναιρεῖται) Eaedem edd. ἀνῄρηται.

Ἐπιπολῆς ἰδεῖν ἐστιν) Ed. Ald. ἐπὶ πολλῆς. Hinc enata eſſe videtur lectio ἐπὶ πολλοῖς in edd. Venet. Basileenſibus, Camot. Spir. Maiorag. Male. Scholiaſtes Gr. ἐπιπολῆς καὶ εὐκολόν ἐστιν ἰδεῖν.

§. 23. Πρὸς νόμον ἐναντίον μαχήσαιτο) Edd. Ald. Venet. Basileenſes, Camot. Spir. Maiorag. πρὸς ν. ἐναντιούμενον. Repoſui μαχήσαιτο pro μαχέσαιτο, quod edd. Vict. Morel. Sylb. Caſaub. Duvall. Schrader. Lond. Lipſ. habent.

Ἐξαπατῶσιν οἱ τιθέμενοι) Cod. antiquiſſimus Victorii, & margo ed. Iſingr. ἐξαμαρτῶσιν. Melius forſitan.

§. 24. Εἶθ', ὅτι) Sic dedi ex edd. Ald. Venet. Basileenſibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. Vulgo: εἶτα, ὅτι.

§. 25. Καὶ ἐξαπατηθέντων) Vulgo disiunctim: καὶ ἐξ

ἀπατηθέντων. Priſtinam ſcripturam revocavi edd. Ald. Venet. Baſileenſium, Camot. Riccob. Spir. Maiorag.

Ἢ τῶν κοινῶν) Cod. antiquiſſimus Victorii addit: καὶ τῶν γεγραμμένων ἢ τοῖς οἰκείοις, ἢ τοῖς ἀλλοτρίοις· ἔπειτα — quae equidem ſincera putans non tamen auſus ſum in textum recipere.

Ὁποτέρως ἂν ᾖ χρήσιμον) Vetus interpres Latinus vertit: *quodcunque fuerit utile.* Coniicit Morelius, eum legiſſe: ὁπότερον ἂν ᾖ χρ. Nihil refert.

Ἐναντιοῦται τοῖς κριταῖς) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἐναντιοῦνται. Minus bene.

§. 26. Τὸ πιστὸν) Recepit Victorius e Cod. MSto, quem vide in Comment. p. 264. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. πίστιν.

Οὔκουν χαλεπὸν οὐδὲν περὶ τούτων ἰδεῖν) Vetus interpres Latinus vertit: *Non difficile autem neque de iis videre.* Legit igitur: οὐ χαλεπὸν δὲ οὐδὲ περὶ τούτων ἰδεῖν. Cod. Victorii haec & ſequentia brevius ita: περὶ τούτων εἰπεῖν τὰ ἐνδεχόμενα.

Μαρτυριῶν εἰσιν αὗται) Abeſt αὗται ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Spir. Maiorag. quare uncinis illud compeſcui. Eaedem edd. pro ſequenti ἐάν τε habent ἂν τε, ut in praecedenti membro.

Διαλύοι ἂν τις τάληθῆ, λέγων καθ' ὅλου) Male in nonnullis edd. diſtinguitur: διαλύοι ἄν τις, τἀληθῆ λ. κ. ὅλου.

Γεγενημένα παραδείγματα) Vetus interpres Latinus: γεγραμμένα παραδείγματα. Nam vertit: *ſcripta exempla.*

Οἱ κρίνοντες) Addunt edd. Venet. Camot. Spir. Maiorag. haec: Δεῖ δὲ λέγειν, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἀληθεῖς αἱ βάσανοι· πολλοὶ γὰρ στερρόοι καὶ λιθόδερμοι, καὶ ταῖς ψυχαῖς ὄντες δυνατοὶ, γενναίως ἐγκαρτεροῦσι ταῖς ἀνάγκαις· οἱ δὲ δειλοὶ καὶ εὐλαβεῖς, πρὸ τοῦ τὰς ἀνάγκας ἰδεῖν, αὐτῶν καταθαρροῦσιν, ὥστε οὐδέν ἐστι πιστὸν ἐν βασάνοις. — Liceat adſcribere Victorii (Comment. pag. 265) de hoc additamento iudicium: *Plures vero hinc verſus ſuſtuli, qui cum ab* Aldino *exemplari abeſſent, in libro poſtea* Venetiis *excuſo accreverant. Delevi autem, quia adulterinos putavi; aut enim ex alio ſcriptore artis haec pars ſumta eſt, aut Scholion olim fuit, quod importune poſt in contextum verborum Ariſtotelis translatum ſit; vidi namque* ſcripros *quoque* libros, *in quibus legeretur; in* vetere *tamen* tralatione *veſtigium eius nullum. Qui accurate, quae ſupra a philoſopho iam tradita erant, perpendet,*

ipsius haec non esse manifesto intelliget; cuncta enim ille, quae ad quaestiones pertinentia dicere voluerat, iam explicaverat; sententia vero, quae his verbis exponitur, superioribus continetur; vox etiam iuncta illic est, quae sermonem Aristotelis non redolet (viz. λιθόδερμος); *& omnis denique haec locutio* (e. c. ταῖς ψυχαῖς ὄντες δυνατοὶ) *locutionis Aristotelicae dissimilis videtur. Quibus omnibus de causis aliisque spero consilium meum probatum iri, qui ea hinc sustulerim.* —

§. 27. Ἔτι ἀλλως παρὰ ταῦτα) Edd. Ald. Basileenses, & Riccob. ἔτι ἀλλως περὶ ταῦτα.

Εἰ ὁμώμοσται οὗτος, ἢ ὑπ' αὐτοῦ) Locus haud dubie est corruptus. Reddidi equidem lectionem a Victorio Codd. MStorum fide exhibitam. Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. εἰ ὁμώμοσται, καὶ οὗτος ἢ ὑφ' αὐτοῦ. Marg. ed. Venetae & ed. Riccob. καὶ οὕτως ἢ ὑφ' αὐτοῦ. Edd. Isingr. Camot. & Maiorag. ὁμώμοσται οὕτως, ἢ ὑφ' αὐτοῦ, omisso καί. Hanc lectionem expressit Georgius Trapezuntius. Tuetur eam quoque ed. Spir. praeterquam quod haec pro οὕτως legit οὗτος. Cum sensus turbetur, sive οὕτως, sive οὗτος legas, puto, neutrum in textum admittendum esse; quamobrem οὗτος, quod Victorius recepit, uncis seclusi.

§. 28. Καὶ διότι) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. καὶ ὅτι.

Οὐκ ἀποδίδωσι) Edd. Venet. Camot. Maiorag. addunt χρήματα, sicut ante χρήματα post δίδωσι insertum habent edd. Ald. & Basileenses, quarum lectionem etiam confirmat Georgii Trapezuntii versio.

Τοὺς δὲ, μὴ ὀμόσαντος) Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. Cam. Spir. Maiorag. τοὺς δὲ μὴ ὀμόσαντας. Ed. Isingr. τοῦ δὲ μὴ ὀμόσαντος. At lectio vulgata bene se habet.

Κρείττων ὁ ἐν τοῖς δικασταῖς) Ed. Isingr. κρείττων ἢ ὁ ἐν τοῖς δικασταῖς.

§. 29. Κατομόσαιτο ἂν) Sic restitui ex ed. Isingr. Edd. Ald. Bas. 1. 2. Froben. κατωμόσαντο ἄν. Ed. Riccob. κατωμόσαιτο. Ed. Spir. κατωμώσατο. Ed. Venet. κατωμόσετο. Vitiose. Edd. Camot. Maiorag. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Schrader. Duvall. Londin. Lipsi. κατωμόσατο.

Ὀμόσας μὲν γὰρ) Cod. Victorii: ὀμόσας μὲν οὖν.

Οὕτω δὲ) Edd. Ald. Basileenses, & Riccob. ὥστε δέ. Edd. Venet. Camot. Maiorag. ὥστε, omisso δέ.

Οὐκ ἴσῃ πρόκλησις) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. πρόσκλησις. Minus bene. In

antecedentibus pro ἁρμόττει edd. Ald. Basileenses & Riccob. male legunt ἁρμόττειν. De sententia conf. Victorium pag. 267, & Schraderi Comment. pag. 192.

Προκαλέσαιτο) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. προσκαλέσαιτο. Nostrum tuetur etiam margo ed. Venetae.

§. 30. Ὁ ἀσεβὴς διδῷ) Edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. ὁ εὐσεβὴς διδῷ. Male. In sequentibus pro δεινόν τε τὸ margo ed. Venet. habet δεινὸν γὰρ τό.

§. 31. Κριτῶν δεῖσθαι· αὐτῷ γὰρ διδωσι) Cod. Victorii: δικαστῶν δεῖσθαι· τούτῳ γὰρ δ. Pro sequenti κρίνειν vetus interpres Latinus legit κρίσιν. Dubito, an iure hanc lectionem Morelius ex illius versione exsculpserit.

§. 32. Διδόναι ἐθέλει) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. διδόναι θέλει, ut in praecedenti membro.

Ἐὰν δὲ ᾖ γεγενημένος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐναντίος, ὅτι οὐκ ἐπιορκία) Ex emendatione Victorii, Codd. MStorum & veteris interpretis Latini auctoritate suffulta. Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. Spir. Camot. Maiorag. δῆλον δὲ, ἂν ᾖ ἠπατημένος ὑπ' αὐτοῦ ὁ ἐναντίος, ὅτι οὐκ ἐπιορκία. Ed. Isingr. δῆλον δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἐναντίου, ὅτι οὐκ ἐπιορκία. Georgius Trapezuntius lectionem Aldinam secutus est.

Καὶ ἀπάτη) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. καὶ τὰ ἀπάτη.

§. 33. Συνακτέον) Margo ed. Venetae: συντακτέον.

Ἐὰν δὲ τῷ ἀντιδίκῳ ᾖ ὁμωμοσμένος) Ed. Isingr. ὁμωμοσμένον. Cod. Victorii: ἐὰν δὲ τῷ ἀντιδίκῳ ᾖ ὑπεναντίος καὶ ὁμωμοσμένος.

Ἀξιοῦμεν) Cod. Victorii: ἀξιοῦσιν. Idem in sequentibus habet ἐμμενοῦμεν pro ἐμμένουσιν.

Ad Rhetoricorum Lib. II.

CAP. I.

§. 1. Ἐκ τίνων μὲν οὖν δεῖ) Abest οὖν ab edd. Venet. Camot. Isingr. Riccob. Spir. Maiorag.

§. 3. Ἔχειν πως) Πως διακεῖσθαι Cod. Victor.

§. 4. Ἡ κατὰ μέγεθος) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἢ κατὰ τὸ μέγεθος.

Καὶ εὐέλτιδι ὄντι) Ab iisdem edd. abest ὄντι, quare uncinos applicavi.

Τῷ δ' ἀπαθεῖ) Sic emendavit Victorius e Cod. MSto. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἀπειθεῖ. Idem expressit Hermolaus Barbarus.

§. 6. Οὐκ ὀρθῶς δοξάζουσιν) Vulgo: οὐκ ὀρθῶς τοῦτο δοξάζουσιν. Verum abest τοῦτο hoc molestum ab antiquissimo Victorii Codice, & ab ed. Isingr. Georgius Trapezuntius vertit: *aut enim propter stultitiam non recte opinantur.* Igitur illud textu eieci. Cf. Mureti Var. lect. VIII, 14.

§. 8. Λεκτέον νῦν) Abest νῦν a Cod. Victorii.

§. 9. Ἐπὶ τῶν ἄλλων) Edd. Ald. Venet Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. περὶ τῶν ἄλλων.

CAP. II.

§. 1. Ἔστω δὴ ἡ ὀργὴ) Edd. eaedem: ἔστω δ' ἡ ὀργή.

Μὴ προσηκόντως) Ed. Isingr. μὴ προσηκόντων, operarum forsitan peccato.

§. 2. Εἰ δὴ) Ita dedit Victorius. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἐπεὶ δὲ, quod etiam legerunt vetus interpres Latinus, & Georgius Trapezuntius.

Ἢ τῶν αὐτοῦ τινά τι) Uncis incluſi τινά· nam abest illud ab omnibus Victorii Codd. & ab edd Ald. Basileenſ. 1. 2. Froben. & Victorii. Edd. Morel. Sylburg. Casaub. Duvall. Lond. ἢ τὸν αὐτοῦ τι. Minus bene.

Ἐσται αὐτῷ) Addidit αὐτῷ Victorius e Codd.

Εἰρηται περὶ θυμοῦ) Homer. Il. XVIII, v. 109. Confer Rhet. I, 11.

Ἐγγινομενη φαντασία ἡδονὴν ποιεῖ) Cod. Victorii: γιγνομένη φαντασία ἡδονὴν ἐμποιεῖ.

§. 3. Ὅσα δὲ μηδὲν, ἢ πάνυ μικρὰ) Idem: ὅσα δὲ μηδέν τι, ἢ μικρόν.

§. 4. Ἃ γὰρ οἴονται μηδενὸς ἄξια εἶναι) Idem: ὅσα γὰρ οἴονται μηδενὸς ἀξια.

Φαίνεται καταφρονεῖν) Margo ed. Venetae: φ. ὀλιγωρεῖν.

Δῆλόν ἐστι) Hoc recepi ex ed. Isingr. alias enim apodosis desideratur. Vulgo: δῆλον γάρ.

Ὥστε φίλος εἶναι) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Ca-

mot. Riccob. Spir. Maiorag. ὥστε φίλον εἶναι. Melius. In marg. ed. Venetae totus hic locus ita legitur: οὔτ' ἔν τινι λόγου ἀξίῳ ὠφελήσειν· ἐσπούδασε γὰρ ἂν ὑπ' αὐτοῦ φιλεῖσθαι· quae tamen lectio videtur Scholio ortum debere.

§. 5. Τὸ βλάπτειν καὶ λυπεῖν) Cod. Victorii: τὸ πράττειν καὶ λέγειν· quae lectio mihi magis arridet.

Γένηται αὐτῷ ἄλλο, ἢ ὅτι ἐγένετο, ἀλλ' ὅπως ἥσθῃ) Idem Codex: γένηται αὐτῷ τῷ δρῶντι ἄλλο, ἀλλ' ὅπως ἥσθῃ. Verba ἢ ὅτι ἐγένετο vetus quoque interpres Latinus non agnoscit.

§. 6. Διὸ καὶ οἱ νέοι) Abest καὶ ab edd. Ald. Venet. Basileensibus, Camot. Riccob. Maiorag.

Διὸ λέγει ὀργιζόμενος ὁ Ἀχιλλεύς) Homer. Il. I, 356; IX, 644.

§. 7. Οἴονται πολυωρεῖσθαι) Ed. Isingrin. ὀλιγωρεῖσθαι. Perperam.

Διὸ εἴρηται) Homer. Il. II, 196. Pro διοτρεφέων βασιλήων vulgata Homeri exempla habent singulariter: διοτρεφέος βασιλῆος. Posterior versus Homericus ab Aristotele laudatus exstat Il. I, 92.

§. 8. Ὑφ' ὧν) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Maiorag. ἀφ' ὧν. Minus usitate.

§. 9. Ἐάν τε κατ' εὐθυωρίαν οὖν ἀντικρούῃ τις) Cod. Victorii: ἐάν τε οὖν κατ' εὐθυωρίαν ὁτιοῦν ἀντικρούσῃ τις.

Οὕτως ἔχοντα, τοῖς πᾶσιν ὀργίζεται) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. οὕτως ἔχον. Ed. Spir. οὕτως ἔχων, quod si sequaris, comma post ἔχοντα tollendum & ante οὕτως reponendum est. Vetus interpres Latinus quidem & Georgius Trapezuntius vertunt: *omnibus, cum sic se habeat, irascitur.* Nostram lectionem dedit Victorius e Cod. MSto.

§. 10. Ὅλως ἐπιθυμοῦντες) Cod. Victorii: ἐπιθυμοῦντές τι, & mox in textu omittit μὲν post μάλιστα.

Ὑπὸ τοῦ ὑπάρχοντος πάθους) Ed. Isingr. ὑπὸ τοῦ ἐνυπάρχοντος πάθους. Pro ὑπὸ melius puto legi ἀπό.

§. 11. Τὸ πολὺ παρὰ δόξαν) Edd. Ald. Venet. Basileenses Camot. Riccob. Spir. Maiorag. τὸ πολὺ καὶ παρὰ δόξαν. Male.

Ἐὰν γένηται) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. & Basileenses: ἐὰν γὰρ γένηται. Edd. Venet. Camot. Riccob. Maiorag. ἐὰν γεγένηται.

§. 12. Conf. Casaub. ad Persii Satiras I, p. 102.

§. 13. Οἱ δ' ἐπὶ τῇ ἰδέᾳ) Cogitandum eſt de *ideis* Platonicis.

§. 14. Ἐπειδὰν δὲ) Cod. Victorii: ἐπειδὰν γάρ.

Ἐν τούτοις, ἐν οἷς σκώπτονται) In ed. Iſingr. verba haec locum habent poſt antecedentia ἢ μὴ δοκεῖν.

§ 16. Εἰθισμένοις τιμᾶν) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Maiorag. addunt μᾶλλον.

Ταὐτὰ γὰρ ἂν ποιεῖν) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Maiorag. ταὐτὸν γὰρ ἂν ποιεῖν. Ed. Iſingr. ταὐτὸν γὰρ ἂν ποιοῖεν· hoc quidem melius forſitan.

Τὴν ἴσην ἀνταποδιδοῦσι) Sic dedit Victorius e Codd. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. ἀποδιδοῦσι.

§. 18 Πρὸς τοὺς μὴ προσήκοντας) Addidit negativam μὴ ex Codd. & vetere verſione Latina Victorius. Nam illa deeſt in edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, & Camot.

§. 19. Ὥσπερ ὁ Ἀντιφῶντος Πλήξιππος τῷ Μελεάγρῳ) Meminit *Antiphontis* Tragici, & fabulae eius *Plexippi* nomine inſcriptae, Athenaeus Dipnoſ. lib. XV, p. 673, F. ed. Caſaub. Conf. Rhet. II, 6. Plexippus fuit Althaeae, matris Meleagri, frater, & una cum Toxeo fratre ab ipſo Meleagro necatus eſt, cum, apro Calydonio interfecto, aegre illi tuliſſent, praemium huius certaminis Atalantae ab amarore datum eſſe. Forte Antipho hoc ipſum ſignificavit: Plexippum nempe iniquo animo accepiſſe, coniunctum ſibi ſanguine Meleagrum non intellexiſſe cupiditatem animi ipſius, & quantopere flagraret deſiderio laudis eius. Cf. Victorii Comment. p. 292.

§. 23. Μὴ βοηθεῖν) Ita dedit Victorius, Codicis antiquiſſimi fidem ſecutus. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag μὴ βοηθουσιν.

§. 24. Πρὸς σπουδάζοντας) Edd. eaedem: πρὸς τοὺς σπουδάζοντας cum articulo.

§. 26. Οἷον καὶ τῶν ὀνομάτων οὖσα παρὰ μικρὸν) Edd. Ald. Baſil. 1. 2. Froben. Riccob. Spir. περὶ μικρόν. Ed. Iſingrin. οἷον καὶ ἢ — περὶ μικρόν. Cod. Victorii: οἷον καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων οὕτως οὖσα παρὰ μικρόν. Georgius Trapezuntius vertit: *velut nominum oblivio, quamvis res minima ſit.*

§. 27. Ἅμα εἰρηται) Reſtituit Victorius ἅμα e Codd. Abeſt illud ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag.

CAP. III.

§. 1. Ἐναντίον τῷ πραϋνεσθαι, καὶ ὀργὴ πραότητι) Edd. Ald. Basileenses & Riccob. ἐναντίον τοῦ πρ. καὶ ὀργὴ πραότητος, quae structura & alibi usurpatur.

Πῶς ἔχοντες) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. πῶς τε ἔχοντες.

§. 4. Ὅσοι καὶ αὐτοὶ εἰς αὑτοὺς) Non habent αὐτοὶ eaedem edd.

§. 9. Ἢ μὴ εἰς τοιούτους) Edd. Ald. Basileenses & Riccob. ἢ μὴ τοιούτους, omissa εἰς.

§. 10. Τὰ πραϋντικὰ) Cod. Victorii & margo ed. Isingr. τὰ πραΰνοντα. Totum hoc commation suspicor interpolatum esse; seriem enim locorum intempestive interrumpit.

Καὶ οὓς φοβοῦνται καὶ αἰσχύνονται) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. καὶ οὓς φοβοῦνται, καὶ οὓς αἰσχύνονται.

§. 11. Ὀλιγωρία ἄλυπον) Edd. Ald. cum ceteris Victorianâ antiquioribus: ὀλιγωρία ἀλυπος. Nostrum dedit Victorius e Cod. MSto.

§. 12. Καὶ ἡδονῇ μὴ ὑβριστικῇ) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Maiorag. καὶ ἡδονῇ μὴ ὑβριστικᾶς. Coniecit Sylburgius μὴ ὑβριστικοί Sed nihil muto; nam sequitur: καὶ ἐν ἐλπίδι ἐπιεικεῖ.

Ἔτι κεχρονικότες) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἔτι δὲ κεχρονικότες.

§. 13. Ἑτέρου ὀργὴν) Recte monuit Victorius, non iram intelligi, *qua incensus ille ipse*, sed *quae contra eum excitata est.*

Ἢ παρ' ἄλλου) Ed. Isingr. καὶ ἢ παρ' ἄλλου.

Διὸ εὖ Φιλοκράτης) Vide Comment. Victorii p. 300.

Οἷον συνέβη) Cod. Victorii: ὃ συνέβη.

Ἀφῆσαν) Edd. Ald. Basileenses, & Riccob. ἀφεῖσαν. Edd. Venet. Camot. Spir. Maiorag. ἀφῆκαν.

§. 14. Ἢ οἱ ὀργιζόμενοι) Abest οἱ ab edd. Ald. Venet. Basileensibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. Confer Mureti Var. Lect. lib. VIII, cap. 2.

§. 16. Τῶν καθέκαστον) Cod. Victorii: πρὸς τὸν καθέκαστον. Melius.

Ὀρθῶς πεποίηται) Homer. Odyss. X, 504. Confer notam Sylburgii.

Τοῖς τεθνεῶσι) Edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. τοῖς τεθνῶσι.

Κωφὴν γὰρ) Hom. Iliad. XXIV, 54.

§. 17. Καταστοιβύνειν) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. πραΰνειν.

Αὐτοὺς μὲν παρασκευάζουσι) Edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. αὐτοὺς μὲν γὰρ π.

CAP. IV.

§. 4. Καὶ οἷς δὴ) Sic dedi e Cod. MSto Victorii. Vulgo: καὶ οἷς ἤδη. Minus bene.

Ταὐτὰ γὰρ τούτοις) Ed. Isingrin. ταὐτὰ γὰρ τούτους. Melius forsitan.

§. 5. Ἢ ἐν τοιούτοις καιροῖς) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἢ εἰ ἐν τ. κ.

§. 8. Καὶ εἰς σωτηρίαν) Eaedem edd. καὶ σωτηρίαν, omissa praepositione.

Καὶ τοὺς ἀνδρείους) Edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. καὶ ἀνδρείους, sine articulo.

§. 9. Μὴ ἀφ' ἑτέρων) Edd. Ald. Basileenses, & Riccob. μὴ ἀφ' ἑτέρου.

§. 11. Ἢ ἐν οἷς θαυμάζουσιν αὐτοὺς) Hanc lectionem sensus mihi exigere videbatur. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Maiorag. ἐν οἷς θ. αὐτ. omissa disiunctiva ἢ. Edd. Victor. Spirens. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Lipsi. ἢ ἐν τοῖς θ. αὐτούς. Mutavi equidem τοῖς in οἷς.

§. 12. Τοιοῦτοι δ' οἱ εὔκολοι) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ εὐκ.

Φιλόνεικοι) Eaedem edd. praeter Spirensem, φιλόνικοι, solemni errore.

§. 13. Καὶ τῷ τωθάσαι) Cod. Victor. καὶ τῷ παῖσαι. Annotavit Victorius, in aliis Mss. non integrum omnino locum esse, sed apparere non parva vestigia eiusdem lectionis. Reperitur illa quoque in marg. ed. Venetae.

Στενδουσι τῷ πλησίον) Ed. Isingrin. σπουδάζουσι τῷ πλησίον.

§. 17. Πρὸς τοὺς ἄλλους) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. πρὸς ἄλλους, sine articulo.

§. 18. Τοῦτο δρᾷ) Cod. Victorii & ed. Isingr. ταῦτα δρᾷ.

§. 19. Ἢ στενδάζουσι) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἢ τοῖς σπουδάζουσι.

Στενδαίως πως ἔχοντας) Eaedem edd. ὡσαύτως ἔχον-

τας. In marg. ed. Iſingrin. pro ὡσαύτως notatum eſt πως. Veram lectionem e Mſſ. reſtituit Victorius.

§. 20. Βούλονται αὗτοὶ) Edd. Camot. & Maiorag. βούλονται αὐτοῖς, ut αὐτοῖς poſitum ſit pro ὑπ' αὐτῶν.

§. 21. Κεραμεὺς κεραμεῖ) Heſiod. Opp. & D. vſ. 25: Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

§. 24. Ἢ ὑφ' ὧν) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. καὶ ὑφ' ὧν.

§. 25. Ἐὰν μὴ μελλῃ) Eaedem edd. ἐὰν μὴ μέλλωσιν. Minus Attice.

§. 26. Καὶ τοῖς ὁμοίως) Ed. Iſingr. καὶ οἱ ὁμοίως. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ſequens καὶ in textu non agnoſcunt.

Καὶ μηδὲν ἀδικοῦντα) Abest καὶ ab edd. Ald. Venet. Basileensibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. De versu sequenti vide supra notam ad I, 15, Brodaei Miscell. VI, 19, & Victor. Comment. p. 453.

§. 12. Οἷον παροιμία) Edd. eaedem: οἷον μαρτυρίαι. Nostrum restituit Victorius e Codd. & vetere versione Latina.

Ἀττικὸς πάροικος) Usi sunt Graeci hoc proverbio, ut *vicinum molestum* vitandum esse monerent; turbabant autem maxime Attici ceteros Graeciae populos; unde ab illis proverbium ductum. Comparari potest locus *Eginharti de vita Caroli M.* cap. XVI sub fin. »*Erat semper Romanis & Graecis Francorum suspecta potentia, unde & illud Graecum exstat proverbium:* Τὸν Φραγκὸν φίλον ἔχῃς, γείτονα οὐκ ἔχῃς.»

§. 13. Φαίνεσθαι μέλλοι) Edd. Victor. Morel. Sylburg. Casaub. Duvall. Londin. φαίνεσθαι μέλλῃ.

Ὀργιζόμενος φαίη) Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. Camot. Riccob. Maiorag. ὀργιζ. καὶ φαίη. Non bene.

Οὗτος γοῦν) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. οὗτος μὲν οὖν.

§. 14. Δηλοῦν) Eaedem edd. συνδηλοῦν· Spir. tamen δηλοῦν. In antecedentibus edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. & Froben. vitiose legunt τῇ ἕξει pro τῇ λέξει.

Ἐπιβούλου γὰρ) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Maiorag. ἐπιβουλία γάρ.

§. 15. Διὰ τὴν φορτικότητα) Edd. Ald. & Basileenses: διὰ τὸ φορτικώτατον.

Ὃ δὲ λέγω) Ibidem & in edd. Venet. Camot. Riccob. Maiorag. ὃ δὴ λέγω.

Αὐτὰς ϑηρεύειν) Eaedem edd. αὐτοὺς ϑηρ. Minus bene. Ed. Riccob. tuetur αὐτάς· sed Spir. quoque habet αὐτούς.

Προϋπολαμβάνοντες) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. ὑπολαμβάνοντες.

Γείτοσι τύχῃ) Edd. Camot. Maiorag. & Vict. γ. τύχοι.

Τοῦ εἰπόντος) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. addunt ὅτι.

Πῶς τυγχάνουσι, ποῖα προϋπολαμβάνοντες) Ibidem paulo aliter: ποῖα τυγχάνουσι προϋπολαμβάνοντες.

Εἰθ' οὕτω περὶ τούτων καθόλου λέγειν) Ibidem οὕτως cum

antecedentibus iungitur; sequitur εἶτα περὶ τούτων καθόλου λέγειν. Ed. Spirens. nobiscum facit.

§. 16. Ταύτην δὲ δεῖ) In marg. ed. Ven. ταύτην τε δεῖ. Melius.

Τὸ γνωμολογεῖν) Edd. Ald. & Basileenses: τῷ γνωμολογεῖν. Ed. Isingr. in marg. τοῦ γνωμολογεῖν.

Ἐν ὅσοις) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἐν οἷς.

Αἱ δὲ γνῶμαι) Ibidem: αἱ γὰρ γνῶμαι.

Περὶ τῶν προαιρετῶν) Codd. plures Victorii, & marg. ed. Venetae: περὶ τῶν προαιρέσεων. Edd. illae pro περὶ habent ἐπί.

Πῶς χρηστέον αὐταῖς) Eaedem edd. ποτὲ χρηστέον αὐτῇ. Melius forsitan, si ποτὲ excipias, quod Codd. auctoritate fretus Victorius recte in πῶς mutavit.

CAP. XXII.

§. 2. Καὶ πῶς συλλογισμὸς) Marg. ed. Isingr. καὶ ποῖος συλλογ. Cf. cum hoc capite Analyt. Prior. I, 27 — 32.

§. 3. Ὥσπερ φασὶν οἱ ποιηταὶ) Respexit Aristoteles ad Euripidis Hippolyt. vs. 989. Cf. Plutarch. de educ. liber. cap. XVI, ubi idem versus affertur, & Quinctil. Institt. orat. I, 12.

Μουσικωτέρους λέγειν) Edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. μουσικώτερον λέγειν.

Καὶ τὰ καθόλου) Edd. Vict. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. articulum τὰ omittunt.

Τοῖς κρίνουσιν) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. τοῖς κρινοῦσι, tempore futuro.

§. 5. Τίς ἡ δύναμις) Abest articulus ἡ ab iisdem edd.

Καὶ αὐτὴ πόση) Reposui αὐτὴ, quod etiam edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. agnoscunt. In aliis edd. αὕτη. Minus bene.

§. 6. Ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων) Ita dedit Victorius e Cod. antiquissimo, & vetere versione Latina. Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. Camot. Riccob. Maiorag. ἢ τῶν ἄλλων τινῶν τοιούτων.

Ἢ δοκούντων ὑπάρχειν) Abest ὑπάρχειν ab iisdem edd. Cum salvo sensu abesse possit, uncinis illud secluси.

§. 8. Εἴ τι δίκαιον ἢ ἀδικον) Eaedem edd. post δίκαιον insertum habent ὑπάρχει.

§. 9. Εἰ ἀγαθὸν) Textus ed. Lipſ. male: ἢ ἀγαθόν.

§. 10. Ὥστ', ἐπειδὴ) Reſtituit ὥστε Victorius. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccobon. Maiorag. illud omittunt, & in ſequentibus poſt φανερὸν addunt οὖν. Margo ed. Venet. pro ἐπειδὴ legit ἐπεὶ δέ.

Ὥσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς) Puta *doctrinam topicam*, ſ. de *locis*, non *libros Topicorum*. Cf. tamen Topic. I, 12.

§. 11. Ἀλλ' εἰς τὰ ὑπάρχοντα) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα, omiſſa praepoſitione.

Περιγράφοντα ὅτι πλεῖστα καὶ ἐγγύτατα) Eaedem edd. περιγράφοντα τὰ πλεῖστα καὶ ἐγγυτάτω τοῦ πράγματος. Equidem Victorium ſecutus ſum, qui, neſcio an Codicis cuiuſdam auctoritate fretus, lectionem hanc haud male immutavit.

Ὅσῳ δ' ἐγγύτερον) Edd. Venet. Camot. & Maiorag. ὅσῳ δ' ἐγγυτέρω.

§. 12. Λέγω δὲ κοινὰ μὲν) Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. λέγομεν δὲ κοινά. Nil refert.

Ἐπὶ τὸ Ἴλιον) Eaedem edd. εἰς τὸ Ἴλιον.

Ἐκώλυσεν) Ibidem: ἐκώλυεν. Eſt Cycnus Neptuni filius, quem Achilles interfecit. Pindar. Olymp. II.

Τόπος τῆς ἐκλογῆς — οὗτος ὁ τοπικὸς) Reſtitui lectionem a Victorio receptam. Edd. ſupra laudatae, ut & Schrader. & Lipſ. pro τόπος legunt τρόπος. Verum τόπος habent Cod. antiquiſſimus Victorii, & vetus interpres Latinus. Confirmat eandem lectionem Alexander Aphrodiſ. ad Top. I, 11: περὶ τῆς τῶν προτάσεων ἐκλογῆς πρῶτον τόπους τινὰς καὶ ἀφορμὰς τῆς τε ἐκλογῆς, καὶ τῆς εὐπορίας αὐτῶν παραδίδωσιν. Pro τοπικὸς edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Spirenſ. Riccob. Maiorag. legunt τόπος. Dedit illud Victorius ex Codd. MStis, qui omnes in eo conſpirant.

§. 16. Περὶ ἑκάστων τῶν εἰδῶν) Eaedem edd. περὶ ἕκαστα τῶν εἰδῶν. Forte legendum eſt: περὶ ἕκαστον τ. εἰδῶν.

Περὶ τῶν ἠθῶν καὶ παθημάτων) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Baſil. 1. 2. Froben. & Codd. quidam Victorii: περὶ τῶν ἰδικῶν παθημάτων. Ed. Ven. περὶ τῶν εἰδικῶν. Ed. Camot. e margine ed. Venetae recepit περὶ τῶν ἠθικῶν. Georg. Trapezuntius vertit: *de propriis affectibus*. Optimam certe lectionem exhibuit Victorius, ſecutus Codicem antiquiſſimum, & veterem verſionem Latinam.

Εἰλημμένοι) Edd. Camot. Maiorag. & Iſingr. εἰρημένοι.

§. 17. Ἔτι δὲ καὶ) Abeſt καὶ ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag.

Τοὺς ἐλεγκτικοὺς, καὶ τοὺς ἀποδεικτικοὺς) Eaedem edd. τούς τε ἐλεγκτικοὺς, καὶ τοὺς δεικτικούς. Noſtrum tuentur omnes Victorii MSS.

Καὶ ἐνστάσεων) Eaedem edd. καὶ τῶν ἐνστάσεων.

Διορίσωμεν) Ed. Victor. διορίσομεν.

Πρὸς τὰ ἐνθυμήματα) Abeſt πρὸς ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Spir. Riccob. Maiorag. Non bene.

CAP. XXIII.

§. 1. Εἰ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον ὑπάρχει) Eaedem edd. brevius: εἰ τῷ ἐναντίῳ ἐναντίον, omiſſo ὑπάρχει. Confer Topic. II, 7.

Ἀναιροῦντα μὲν — κατασκευάζοντα δὲ) Ibidem: ἀναιροῦντι μὲν — κατασκευάζοντι δέ. Noſtram lectionem habent meliores Victorii Codd. Recepit eam quoque ed. Spirenſ.

Ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ) Vide notam ad Rhet. I, 13. Senarii ſequentes incerti auctoris ſunt.

Καὶ, Εἴπερ γὰρ) Repoſui καὶ ex ed. Iſingr. quod neceſſe eſt addi.

Δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. habent πίπτειν. Sed πεσεῖν legitur in Cod. Victorii antiquiſſimo, & metro convenit. Εἰς ὀργὴν πεσεῖν poëtice dictum pro ὀργίζεσθαι.

Ψευδηγορεῖν) Eaedem edd. excepta Spirenſi, ψευδολογεῖν, invito metro. Victorius ex eodem Codice ψευδηγορεῖν repoſuit.

§. 2. Ariſtot. Topic. II, 9. Cic. Topic. cap. 3.

§. 3. Ariſtot. Topic. II, 8; Cic. de invent. I, 9; Orat. ad Brutum cap. 41, exempla afferunt alia.

Τὸ καλῶς ἢ τὸ δικαίως) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes. Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. τὸ καλῶς καὶ τὸ δικ. Sic etiam infra, ubi eadem verba repetuntur.

Περὶ τῶν τελωνιῶν) Recepi praeclaram Sylburgii emendationem in notis propoſitam, quam ſenſus neceſſario exigit. Dionyſius Halicarn. in epiſt. ad Ammaeum, & edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. περὶ τῶν τελωνῶν. Victorius e Cod. & vetere verſione Latina reſcripſit περὶ τῶν τελῶν, quod etiam edd. Morel. Sylburg. (in textu), Spir. Maiorag. Caſaub. Duvall. Schrader. Londin.

Lipſ. agnoſcunt. Enimvero nec de *publicanis*, e quorum numero ipſe erat *Diomedon*, nec de *vectigalibus* per ſe, ſed de *vectigalium redemtura* Diomedon locutus eſt. Optima igitur eſt lectio περὶ τῶν τελωνιῶν. Georgius Trapezuntius lectionem Aldinam expreſſit. Poſt Διομέδων addit in verſione: *publicanorum princeps*, haud dubie ex interpolatione. Vid. Victorii Comment. p. 472.

Ἔστι δ' ἐν τούτῳ παραλογίσασθαι. — τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα) Leguntur haec paulo aliter in Dionyſii Halicarnaſſei epiſtola ad Ammaeum (ed. H. Stephani), & quidem ita: ἔστι δὲ τούτῳ παραλογίσασθαι. οὐ γὰρ, εἰ δικαίως ἔπαθεν ἄν, καὶ δικαίως ὑπὸ τούτου πέπονθεν· ὡς ὁ φόνου ἄξια ποιήσας πατὴρ εἰ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπάγεται, δεῖ σκοπεῖν χωρὶς, εἰ ἄξιος ὁ παθὼν παθεῖν, καὶ ὁ ποιήσας ποιῆσαι· εἶτα χρῆσθαι, ὁποτέρως ἂν ἁρμόττῃ. ἐνίοτε γὰρ διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τοῦ Θεοδέκτου, καὶ οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα. Videtur autem locus negligenter a Dionyſio exſcriptus, atque etiam ab eo interpolatus eſſe; quare textum Ariſtotelis refingere nolui.

Εἶτα χρῆσθαι, ὁποτέρως ἁρμόττει) Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. εἶτα χρήσασθαι, ὁποτέρως ἂν ἁρμόττῃ. Melius forſitan.

Ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τοῦ Θεοδέκτου) Theodectes Phaſelide, Lyciae urbe, oriundus, Platonis & Iſocratis diſcipulus, Ariſtotelis ſodalis, ſed natu grandior, quinquaginta Tragoedias ſcripſit, in quibus fuit & *Alcmaeon* inſcripta. Vid. Steph. Byz. in Φασηλὶς, & Suidam v. Θεοδέκτης. Alcmaeon Eriphylen matrem ſuam interfecerat, quod haec Amphiarai mariti ſalutem prodiderat. Alphefiboea fuit Alcmaeonis uxor. Pro τοῦ Θεοδέκτου edd. ſupra laudatae habent τῷ Θεοδέκτου.

Διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν) Edd. Ald. Baſil. 1. 2. Froben. διαλαβόντας σκοπεῖν. Edd. Venet. Camot. Riccobon. addunt δεῖ.

Πῶς; ὑπολαβών φησι) Edd. Ald. Baſil. 1. 2. Froben. his omiſſis poſt Ἀλφεσιβοίας inſertum habent πρὸς οὕς. Ed. Iſingrin. πῶς τοῦτο, φησί.

Καὶ οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα) Locus eſt obſcurus. Opinatus eſt Dionyſius Halicarnaſſeus, ſignificari cauſam *pro Cteſiphonte*, quam tamen ſententiam refutavit (Comment. p. 475) Victorius;

nam oratio ὑπὲρ τοῦ στεφάνου inſcripta non potuit vocari περὶ Δημοσθένους. Praeterea, ut mihi videtur, recte coniecit Victorius, unam eandemque cauſam eſſe, quam Ariſtoteles vocavit *de Demoſthene, & de iis, qui interfecerunt Nicanorem.* Erravit tamen idem vir longe eruditiſſimus, dum fuit, *Nicanorem* hic innui arbitratus *Alexandri ducem*, qui in diviſione regnorum Alexandri Parthos accepit, & Caſſandri dolo poſtea ſublatus eſt; nam is quidem Nicanor Ariſtotelem ſupervixit. Diodor. Sic. XVIII, 64. Iuſtin. XIII, 4 Neque etiam hoc loco cogitandum eſt de *Demoſthene oratore.* Quod ſi enim ad exempli ab Ariſtotele adducti nexum cum ceteris reſpicias, apparet, Nicanorem ob Demoſthenem aliquem ſublatum interfectum eſſe; Demoſthenes autem orator quomodo perierit, notum eſt, & periit inſuper eodem anno, quo Ariſtoteles obiit. Igitur attinuit cauſa forſitan Demoſthenem illum, cuius meminit Demoſthenes orator in Olynth. IV, T. I, p. 34 in Orat. Reiskii. Fuit hic quoque magnus in republica Athenienſium vir, & exercitum duxit. Quibus praemiſſis, ſenſus loci erit: *ut cauſa de Demoſthene* (a Nicanore ſublato), *& de iis, qui* (illius caedem ulti) *Nicanorem interfecerunt. Nam cum hi viderentur* (iudicibus Nicanorem) *iure interfeciſſe, viſus eſt etiam* (Nicanor) *iure periiſſe.*

Ἐπεὶ γὰρ) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἐπειδὴ γάρ.

Καὶ περὶ τοῦ Θήβησιν ἀποθανόντος) Attigit verbo tantum Ariſtoteles rem tum notiſſimam, & fuſius enarratam a Xenophonte Hellen. VII, pag. 630 ed. Leunclav. *Euphron*, homo peregrinus, Thebis nimiam poteſtatem adeptus, turbatis prius multis in ea urbe foriſque, tandem ab inimicis, impetu in eum facto, occiſus eſt. Percuſſores in iudicium vocati ſunt, quorum unus auctor fuit iudicibus, ut, ſi vere de ea nece exiſtimare vellent, viderent, num morte Euphron dignus fuerit, tanquam iniuſtum non ſit, quemlibet morte dignum necare.

Ἐκέλευε κρῖναι) Cod. Victorii: κελεύει κρίνεσθαι. Sic etiam Xenophon: ἐκέλευε κρίνεσθαι.

Οὐκ ἄδικον ὄν) Edd. ſupra laudatae non habent ὄν.

§. 4. Ariſtot. Topic. II, 10.

Πάντα ἴσασι) Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. Froben. Camot. Spirenſ. Maiorag. πάντες ἴσασι. Perperam.

Καὶ τὸν πατέρα τύπτει) Abeſt τύπτει ab edd. Ald. Ve-

net. Basileensibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. Non male; nam abundat. Uncinos adhibui.

§. 5. Ἀπολέσας Κλεινότατον γόνον) Edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. ἀπολέσας Κλεινὸν γόνον. Senarii sunt incerti poëtae. Primo denotatur Thestius, qui Meleagri scelere duos filios, Toxeum & Plexippum, amisit; secundo Meleager Oenei filius. Sermo videtur fieri ad Altheam, Oenei uxorem, Thestii filiam. Exponitur omnino duorum patrum par miseria, nam ambo filiis orbati erant; Thestius Toxeo & Plexippo; Oeneus Meleagro. Diod. Sic. IV, 34. Vulgatam ἄρ' mutavi in interrogativam ἆρ', praeeunte Ovidio, qui versus Graecos expressit Metam. VIII, 42, 43:

An felix Oeneus nato victore fruetur?
Thestius orbus erit? melius lugebitis ambo.

Εἰ μηδὲ Θησεὺς) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. εἰ μὴ Θησεύς. Theseus ante Paridem Helenam abduxit. Castor & Pollux, Helenae fratres, duas Leucippi filias rapuerunt, Phoeben & Elairan. Steph. Byz. Ἄφιδνα.

Ὅτι ἡττῶνται πολλάκις) Sic legunt margo ed. Venet. vetus interpres Latinus, Georgius Trapezuntius, & edd. Spir. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. & Londin. Recte. Cod. Victorii habet ἠττανοῦνται, quod etiam in textum recepit ed. Riccoboni. Forma haec verbi inusitata est. Edd. Ald. & Basileenses: ὅτι θανοῦνται. Edd. Venet. Camot. Maiorag. Victor. Schrad. Lipsi. ὅτι ἀποθανοῦνται, sensu inepto.

Τῆς ὑμετέρας δόξης — καὶ ὑμᾶς) Edd. Ald. Basileenses, Spirens. & Riccob. τῆς ἡμετέρας δόξης — καὶ ἡμᾶς.

§. 6. Ἄλλος ἐκ τοῦ τὸν χρόνον σκοπεῖν) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Maiorag. ἄλλος εἰς τὸν χρόνον σκοπεῖν, omisso etiam sequenti οἷον. Conf. Topic. II, 4.

Ὡς Ἰφικράτης ἐν τῇ πρὸς Ἀρμόδιον) Petitum est hoc exemplum ex *Iphicratis* oratione inscripta περὶ τῆς Ἰφικράτου εἰκόνος πρὸς Ἀρμόδιον, quae hodie deperdita est. Non recte eam a Plutarcho & aliis *Lysiae* tributam esse, hoc ipso Aristotelis loco firmavit Victorius Comment. p. 478. Plura de Iphicrate monuerunt Muretus Var. Lect. VIII, 22; Taylor ad Lysiae fragmenta p. 637, & Ruhnkenius Hist. crit. orat. Gr. Orat. Reiskii Vol. VIII, p. 139.

Ἠξίουν τῆς εἰκόνος τυχεῖν, ἐὰν ποιήσω) Sic ex Codice antiquissimo correxit Victorius. Edd. Ald. Venet. Basileens.

Camot. Spirenſ. Riccob. Maiorag. ἠξίου τῆς εἰκόνος τυχεῖν, ἐὰν ποιήσῃ. Expreſſit hanc quoque lectionem Georgius Trapezuntius.

Πρὸς τὸ Θηβαίους) Ita recte legitur in eodem Victorii Codice. Edd. Venet. Camot. Spirenſ. Maiorag. πρὸς τοὺς Θηβαίους. Adiuverat Philippus, Macedoniae rex, Thebanos in bello contra Phocenſes. Idem cum haud multo poſt ab illis peteret, ut ſinerent ſe cum exercitu per agrum Thebanum iter facere, & bellum Athenienſibus inferre, nonnulli fortaſſe rebus Philippi ſtudentes cenſuerunt, poſſe id facile permitti, iuſſeruntque Thebanos recordari tempus illud, quo Philippi auxilio egerent, & cogitare, ſi tunc rex id popoſciſſet, an recuſaturi fuerint. Nihilominus Demoſthenes Thebanis perſuaſit, ut cum reliquis Graeciae civitatibus contra Philippum conſpirarent. Vid. Victorii Comment. p. 479.

Διιέναι εἰς τὴν Ἀττικήν) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Riccob. Spir. πρὸς τὴν Ἀττικήν. Ed. Camot. ἐνιέναι πρὸς τὴν Ἀττικήν. Minus apte.

Μὴ διήσουσιν) Ed. Camot. e margine ed. Venet. recepit οὐ διδοῦσιν. Ed. Maiorag. οὐ διήσουσιν.

§. 7. Ἐν τῷ Τεύκρῳ) Fabulae verba huc pertinentia aut exciderunt, aut quia tum nota erant, ab Ariſtotele omiſſa ſunt. Dictum Iphicratis deſumtum eſt ex eius oratione περὶ προδοσίας adverſus Ariſtophontem. Quinctilian. Inſtitt. Orat. IV, 12: *Cui ſimile quiddam feciſſe Iphicrates dicitur, qui cum Ariſtophontem, quo accuſante ſimilis criminis reus erat, interrogaſſet, an is accepta pecunia rempublicam proditurus eſſet? iſque id negaſſet; Quod igitur, inquit, tu non feciſſes, ego feci?* Confer Valckenaerii Diatrib. in Euripidis fragm. cap. XX, p. 211.

Ὃ ἐχρήσατο) Abeſt ᾧ ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. Eaedem edd. in ſeq. πρὸς τὸν Ἀριστοφῶντα. Poſt εἶτα omittunt εἶπε, & pro οὐ προδοίης habent οὐκ ἂν προδοίης· id quidem melius forſitan. Noſtram lectionem exhibuit Victorius Codd. auctoritate.

Ἀδικῆσαι ἐκεῖνον) Eaedem edd. ἀδικήσειν ἐκεῖνον.

Εἶπεν) Reſtitui Atticiſmum. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Spirenſ. Riccob. Maiorag. Victor. Schrader. Lipſ. εἴποιεν. Edd. Morel. Sylb. Caſaub. Duvall. Londin. εἶποι. In ſequentibus πρὸς ἀπιστίαν τοῦ κατηγόρου plures edd. articulum τοῦ omittunt.

Τοῦτ' οὖν ἐξελέγχειν ἀεί. καθόλου δ' ὁ τόπος οὗτός ἐστιν. ὅταν τις ἐπιτιμᾷ ἄλλοις, ἃ αὐτὸς ποιεῖ, ἢ ποιήσειεν ἄν· ἢ προτρέπει ποιεῖν, ἃ αὐτὸς μὴ ποιεῖ, μήδε ποιήσειεν ἄν) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. τοῦτο οὖν ἐξελέγχειν καθόλου, ὁ τόπος οὗτός ἐστιν — ἃ αὐτὸς μὴ ποιῇ, ἢ μὴ ποιήσειεν ἄν· ἢ προτρέπει ποιεῖν, ἃ αὐτὸς μὴ ποιεῖ, ἢ μὴ ποιήσειεν ἄν. Ed. Spirens. τοῦτ' οὖν ἐξελέγχειν δεῖ. καθόλου δ' ὁ τόπος — ἃ αὐτὸς ἢ μὴ ποιεῖ. Ed. Riccob. τοῦτ' οὖν ἐξελέγχειν, (omisso δεῖ vel ἀεὶ,) ἃ αὐτὸς ποιῇ, ἢ ποιήσειεν ἄν — ἃ αὐτὸς μὴ ποιῇ, ἢ μὴ ποιήσειεν ἄν. Victoriana lectio, quam edd. ceterae omnes habent, cum nostra conspirat, praeterquam quod Codicem antiquissimum & veterem interpretem Latinum secutus Victorius maluit καθόλου δ' ἄτοπος οὗτός ἐστιν, in qua emendatione equidem magno viro non assentior. Ieiunum enim fit assertum Aristotelis, si eam tuearis. Multo melius autem illud ad antecedentia quadrat, ἄτοπος in ὁ τόπος mutato. Pristina lectio maxime in primis totius loci verbis mala interpunctione laborabat; hinc Victorio difficultas nata.

§. 8. Οἷον, ὅτι τὸ δαιμόνιον οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἢ θεὸς, ἢ θεοῦ ἔργον) Cod. Victor. οἷον, τί τὸ δαιμόνιον ἔστιν, ἆρα θεὸς, ἢ θεοῦ ἔργον; Conf. Plato Apol. Socr. pag. 29 Opp. Plat. ed. Frcf. Aristot. Topic. II, 2.

Καὶ ὡς Ἰφικράτης) Definitione *generosi* & *propinqui* defendit se Iphicrates ab Harmodio paulo ante memorato, qui illi generis obscuritatem obiiceret, suum ducens ab Harmodio, Athenienſium liberatore. Edd. Morel. Sylburg. Casaub. Duvall. Londin. ὡς ὁ Ἰφικράτης cum articulo.

Τοῖς Ἁρμοδίου) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Spir. Riccob. Maiorag. τῶν Ἁρμοδίου. Minus usitate.

Ὡς ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ) Exemplum petitum est ex incerti cuiusdam rhetoris de Paride oratione, qua ille probavit, Paridem intemperantem non fuisse, una quippe Helena contentum.

Ὁμολογήσειαν) Ibidem: ὁμολογήσαιμεν. In sequentibus ante ἀπόλαυσιν edd. Aldina & Basileenses insertum habent πρός.

Βαδίζειν ὡς Ἀρχίλαον) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Spirens. Riccob. Maiorag. βαδίζειν εἰς Ἀρχίλαον. Restituit Atticismum e Codd. Victorius.

Ἀμύνασθαι) Edd. Venet. Camot. & Maiorag. ἀμύνεσθαι· Ed. Isingr. ἀμείβεσθαι. Idem videtur ante oculos habuisse

Georg. Trapezuntius; nam vertit: *ſi beneficio affectus non poſſis* referre.

Ὥσπερ καὶ κακῶς) Abeſt καὶ ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag.

Λαβόντες τὸ τί ἐστι) Ex emendatione Victorii. Eaedem edd. λαβόντες πρῶτον τί ἐστι.

§. 9. Ἐν τοῖς τοπικοῖς) *Diſciplina topica* intelligenda eſt. Conf. tamen Topic. II, 3. Verba ſequentia περὶ τοῦ ὀρθῶς Muretus pro gloſſemate habuit, & textu expunxit. Verum vide Schraderi Comment. p. 419.

§. 10. Ariſtot. Anal. Prior. I, 31. Topic. II, 2; III, 6. Rhet. I, 10.

§. 11. Ἐξ ἐπαγωγῆς) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς.

Ἐκ τῆς Πεπαρηθίας) *Peparethus* una eſt ex inſulis Cycladibus, in qua oppidum erat haud ignobile eiuſdem nominis. Diruit hoc poſtea Philippus, Macedonum rex, Perſei pater, ne claſſi Romanorum praedae aut praemio eſſet, ut utar verbis Livii Hiſt. XXXI, 28. *Peparethia* haud dubie orationis nomen eſt pro urbe Peparetho habitae.

Θεσσαλίσκον) Ed. Iſingr. Θετταλοὶ υἱόν. Vitioſe.

Εἰ τοῖς κακῶς) Edd. Ald. Veneta, Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. ὅτι τοῖς κακῶς. Noſtrum tuentur Cod. Victorii & vetus verſio Latina.

Τοῖς ἀνατρέψασι) Recepit iam Victorius e Cod. antiquiſſimo. Agnoſcunt idem edd. Victorianam ſecutae. Reliquae habent τοῖς ἀναστρέψασι.

Οὐ χρηστέον ἐστὶν) Abeſt ἐστὶν ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag.

Τοὺς σοφοὺς τιμῶσι· Πάριοι γοῦν) Eaedem edd. praeter Riccobonianam poſt τιμῶσι inſertum habent περὶ ὁτουοῦν. Iure ſuo expunxit haec Victorius, quoniam abſunt ab antiquiſſimo Codice, nec ſenſum ſatis commodum praebent. Acute idem ſuſpicatur, ſcripturae varietatem hanc ortam eſſe ex librarii lapſu, qui in exſcribendo olim loco peccaverit, & cum Πάριοι γοῦν ſcribere eum oporteret, περὶ ὁτουοῦν exſcripſerit. Quod ſi tamen additamentum, nam habet illud & vetus interpres Latinus, tueri malis, legendum ſaltem eſt: περὶ ὁτιοῦν.

Βλάσφημον ὄντα) Ex emendatione Victorii. Eaedem edd. & Riccob. βλασφημήσαντα.

Φιλόσοφοι ἐγένοντο) Itidem correxit Victorius, fretus au-

ctoritate Codicis antiquiſſimi, & veteris interpretis Latini. Eaedem edd. φιλόσοφοι ἐλέγοντο. Georgius Trapezuntius: *Thebis quoque qui praefuerunt, philoſophi* erant.

§. 12. Ἀλλ' οἵγε πλεῖστοι) Eaedem edd. ἀλλ' ἢ οἱ πλεῖστοι. Ἀποδέχονται οἱ κρίνοντες) Ibidem non legitur οἱ κρίνοντες. Addidit Victorius e Codice & vetere verſione Latina; neſcio an ſatis recte, cum haec verba facile ſubintelligenda interpolationis ſuſpicionem moveant.

Ἐναντίον κρίνειν) Eaedem edd. cum articulo: τὸ ἐναντίον κρίνειν.

Ἢ διδασκάλοις) Ibidem ſingulariter: ἢ διδασκάλῳ.

Ὥσπερ τὸ εἰς Μιξιδημίδην εἶπεν Αὐτοκλῆς) *Autocles*, Strombichidae, a triginta tyrannis interfecti, filius ab Athenienſibus legatus de pace Lacedaemonem miſſus fuit. Dicitur Xenophonti *orator ſollertiſſimus*, Hellen. VI, p. 591, B. Cf. Ruhnkenius hiſt. crit. orat. Gr. p. 139 l. l. Mixidemides cum cauſam in Areopago dicere nollet, Autocles accuſator ferri hoc non poſſe dixit, ſi Eumenides Deae ſibi honeſtum putaſſent, cauſam ſuam in eo iudicio tractari, Mixidemides vero non honeſtum id ſibi duceret. Eumenides in Areopago Oreſtem matricidam accuſaſſe, ex Aeſchyli *Eumenidibus* conſtat.

Ταῖς μεν σεμναῖς θεαῖς καλῶς εἶχεν) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Spir. ταῖς σεμναῖς θεαῖς ἱκανῶς εἶχεν. Abeſt μὲν quoque ab ed. Riccoboni. Repoſuit μὲν, ut & καλῶς pro ἱκανῶς, Victorius e Cod. & vetere verſione Latina. Georgius Trapezuntius lectionem Aldinam expreſſit. At noſtram habet quoque margo ed. Venetae:

Μιξιδημίδῃ δ' οὔ) Eaedem edd. Μιξιδημίδῃ δ' οὔπω. Minus bene.

Ἐπαγγελτικώτερόν τι εἰπόντα) Non agnoſcunt τι εἰπόντα edd. Ald. & Baſileenſes.

Καὶ Ἡγήσιππος ἐν Δελφοῖς) Aſſentior equidem Mureto, qui Ἡγήσιππος in Ἀγησίπολις mutandum eſſe cenſet. Tradit enim Xenophon (Hellen. IV, pag. 533 ed. Leunclav.) *Ageſipolin*, Lacedaemoniorum adverſus Argivos ducem, Olympiâ Iovem interrogaſſe, faſne ſit oblatas ab Argivis inducias non admittere? Oraculo edito ſignificaſſe ei Iovem, fas eſſe, inique oblatas inducias aſpernari. Mox inde Ageſipolin rectà Delphos profectum Apollinem interrogaſſe, an & ipſi de induciis idem, quod Iovi *patri*, videretur; illum vero prorſus in eandem ſententiam reſpon-

diſſe. Hactenus Xenophon. De *Hegeſippo* nihil tale conſtat. Franciſcus Portus (Comment. ad Rhet. pag. 254) pro Ἡγήσιππος legi iubet Ἀγησίλαος, provocans ad Plutarchi Apophthegm. regum & Imper. CLXVI, & Lacon. CLXXXII. Minus bene. Textum mutare non auſus ſum.

Εἴπερ Θησεὺς) Ex emendatione Victorii. Edd. Victorianâ priores: εἰ Θησεύς. Conf. ſupra I, 6.

Ὃν αἱ θεαὶ) Ita, licet invitis omnibus Codd. MStis, vetere interprete Latino, Georgio Trapezuntio, & edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. & Riccob. recte tamen emendavit Victorius. Legebatur olim: ὃν οἱ θεοί.

Καὶ περὶ Εὐαγόρου) Innuitur Iſocratis oratio, qua ſummus hic rhetor Evagoram, Salaminis in Cypro regem, patrem Nicoclis, ornavit.

§. 13. Ποῖα κίνησις ἡ ψυχὴ) Edd. Ald. Baſil. 1. 2. & Froben. ποῖα κινεῖ ἡ ψυχή. Sic etiam Georgius Trapezuntius: *quae movet anima.* Ed. Iſingr. ποῖα κίνησις τῆς ψυχῆς. Conf. Topic. II, 4. De anima I, 3.

§. 14. Topic. II, 8. In Codice quodam Victorii hic locus inſcriptus eſt: ὁ ἀπὸ τῶν ἑπομένων τινὶ ἀγαθῶν ἢ κακῶν.

Ἕπεσθαί τι αὐτοῖς) Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. Froben. Camot. Spir. Maiorag. ἕπεσθαί τι αὐτῷ.

Ὁ τόπος οὗτός ἐστιν) Ita dedit Victorius e Cod. & vetere verſione Latina. Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. Froben. Camot. Spirenſ. Riccob. οὗτος ὁ λόγος ἐστίν. Edd. Iſingr. & Maiorag. οὗτος ὁ τόπος ἐστίν.

Καὶ τἄλλα) Reſpexit Stagirita ad *locos communes* expoſitos ſupra cap. XIX. Senſus eſt: *Callippus totam Rhetoricam ſuam loco de conſequentibus, de poſſibili, aliiſque communibus ſupra declaratis ſuperſtruxit.* In ſequentibus προσλαβοῦσα καὶ τὸ δ'. abeſt καὶ a nonnullis edd.

§. 15. Topic. II, 8.

Ἡ προτρέπειν) Reſpuunt ἢ edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Spir. Riccob. Maiorag. quare uncinos applicavi.

Πρότερον εἰρημένῳ τόπῳ) Sic legunt edd. Morel. Sylb. Caſaubon. Duvall. Londin. Reliquae edd. pro τόπῳ habent τρόπῳ. Minus apte.

Ἔφη) Edd. Victorianâ priores: ἔφησε. Eaedem totam hanc periodum tranſpoſito verborum ordine ſic legunt: ἐὰν μὲν γὰρ, ἔφησε, τὰ ἄδικα λέγῃς, οἱ ἄνθρωποί σε φιλήσουσιν, ἐὰν δὲ τὰ δίκαια, οἱ θεοί. Georgius Trapezuntius vertit: *Nam ſi iniuſta ſuades, inquit, Dii; ſi vero iuſta, ho-*

mines te odio habebunt. Cum ſenſus fere eodem redeat, utrum verborum ordinem malis, ſecutus ſum Victorium, cuius vide Comment. p. 492.

Τοῦτο δ' ἐστὶ) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. τουτὶ δ' ἐστί. Magis Attice.

Τὸ ἔλος πρίασθαι καὶ τοὺς ἄλως) Obſcurus eſt huius proverbii ſenſus, inprimis cum lectio dubia ſit. Edd. Ald. Baſil. 1. 2. & Froben. τὸ ἔλκος πρίασθαι καὶ τοὺς ἄλας. Edd. Venet. Camot. Iſingr. Spirenſ. Riccob. τὸ ἔλαιον πρ. κ. τ. ἅ. Hanc lectionem expreſſerunt vetus interpres Latinus, interpretes Latini MSti Helmſtadienſes, (Schrader. Comment. p. 423,) Georgius Trapezuntius, Hermolaus Barbarus, Sturmius, Sigonius, & anonymus interpres Gallicus. Amplexus eſt eandem Eraſmus Adag. Chil. III, Cent. VI, 25: *Oleum & ſalem oportet emere*, hoc ſenſu, ut proverbium alludat ad *deſipientes*, qui ex more Graecorum oleo & ſale, teſte Scholiaſte Ariſtophanis, uncti ſint. Edd. Morel. Sylb. & Caſaub. τὸ ἔλεος πρ. κ. τ. ἅ. Vitioſe. Interpres Italus ſic vertit: *Queſto è tutt' uno con quel proverbio, che ſi dice: comprare il mel con le moſche.* Noſtram lectionem recepit Victorius Codd. MStorum auctoritate. Tuentur eam quoque Scholiaſtes Graecus & edd. Maiorag. Schrader. Londin. Lipſ. Addam Gerardi Voſſii explicationem Inſtitt. Orat. IV, 11, 6. *Facillime*, inquit, *ſubſcripſerim* Antonio Maioragio, *qui paroemiam hanc de iis dici putat, qui, ut boni aliquid nanciſcantur, neceſſe habent quidpiam mali* ſimul *ſubire, ut qui ſalinas emere non poſſunt, niſi cum* ſtagnis *ſive* paludibus *adiunctis. Itaque contrarium huic fuerit Plautinum* (Captiv. IV, 1, 5): ſine ſacris hereditas, i. e. *ſine ſumtu in ſacra hereditaria impendendo.*

Καὶ ἡ βλαίσωσις τοῦτ' ἔστιν) Proprie dicuntur βλαισοὶ, quibus genua & tibiae inverſae ſunt & intortae. Vitium ipſum βλαισότης & βλαίσωσις, etiam cum uno σ, appellatur. Pluribus vim vocabulorum horum expoſuit Ioach. Camerarius Comment. de part. corp. hum. (Baſil. 1551, fol.) p. 488. In noſtro textu ἡ βλαίσωσις eſt *praevaricatio.*

§. 16. In Codice quodam Victorii locus inſcriptus eſt: ἐκ τῶν ἄλλως καὶ ἄλλως ἐπαινούντων, ὃ καὶ παράδοξον λέγεται.

§. 17. Ταῦτα συμβαίνειν) Addidit ταῦτα Victorius e Cod. antiq. & vetere verſione Latina; nam edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. illud non habent.

Νεώτερον ὄντα τῆς ἡλικίας) Eaedem edd. τῇ ἡλικίᾳ. Noſtrum dedit Victor.

Ἄνδρας νομίζουσι) Ibidem: ἄνδρας νομιοῦσι. Minus apte. Conf. Victorii Comment. p. 494.

Διαπεπραγμένους) Ibidem: πεπραγμένους, ſine διά.

§. 18. In Cod. quodam Victorii locus hic inſcribitur: ἐκ τοῦ ἓν ἀποτέλεσμα ἐξ ἀμφοῖν δείκνυσθαι τῶν ἐναντίων, καὶ αἰτια ταὐτὰ ἑνός τινος. Turbavit in textu noſtro nonnulla Muretus, ſine idonea cauſa.

Τὸ συμβαῖνον ἑξ ἑκατέρου) Ed. Iſingr. τὸ σ. ἐξ ἑκάστου.

Μέλλετε δὲ κρίνειν) Videtur exemplum hoc deſumtum eſſe ex oratione *Theodectis*, qua hic Socratem defendere ſtuduit.

§. 19. Τόδε τὸ ἐνθύμημα) Quae ſequuntur, petita ſunt ex oratione *Lyſiae* hodie deperdita, cuius tamen fragmentum huc pertinens ſervavit Dionyſius Halicarnaſſeus in Vita Lyſiae ſub fin. Attulit Lyſias verba civis cuiuſdam inter Athenienſes eximii: Δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ, ὅτε μὲν ἐφεύγομεν, ἐμαχόμεθα Λακεδαιμονίοις, ἵνα κατέλθωμεν· κατελθόντες δὲ φευξόμεθα, ἵνα μὴ μαχώμεθα. Forſitan ex hoc loco noſter textus emendandus fuerit; nihil tamen mutare ſuſtinui, cum Ariſtoteles e memoria citaverit.

§. 20. Inſcriptio huius loci eſt in Cod. quodam Victorii: ἐκ τοῦ παρὰ τὸν σκόπον τοῦ λαβόντος συμβαίνειν.

Τὸ, οὗ ἕνεκα ἂν εἴη) Abeſt ἂν εἴη ab edd. Ald. & Baſileenſibus. Ed. Iſingr. in margine habet lectionem hanc: τὸ, οὗ ἕνεκα μή ἐστι, γένοιτο δ' ἄν, τούτου — quae mihi quidem magis arridet, quoniam ſenſum efficit clariorem. Georgius Trapezuntius vertit: *ſi cuius gratia id factum non ſit, huius gratia eſſe, aut factum fuiſſe, dicere.*

Πολλοῖς ὁ δαίμων) Incerti poëtae ſenarii ſunt. Caeſar de bello Gall. I, 14, ad Helvetiorum legatum: *Conſueſſe Deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum ulciſci velint, his ſecundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere.*

Ἐκ τοῦ Μελεάγρου τοῦ Ἀντιφῶντος) Vide notam ad Rhet. II, 2.

§. 21. Καὶ ἐπιζήμιον) Cenſuit Victorius, legendum eſſe: καὶ οὐκ ἐπιζήμιον. Non probo. Senſum verborum in verſione Latina expreſſi. Vid. Victor. Comment. p. 498.

Ἥ τε Παμφίλου) *Pamphilus* Platonis fuit diſcipulus. Audiiſſe ſe eum Sami ait Epicurus apud Cic. de nat. D. I, 26.

Fuiſſe eundem praeceptorem Apellis, & primum inter pictores omnibus literis eruditum, auctor eſt Plin. H. N. XXXV, 10. *Imagines* ordine alphabetico, & *de pictura* ſcripſit. Suidas v. Πάμφιλος. *Ars rhetorica*, quam condidit quoque, parvi fuit pretii, quod vel ex noſtro loco patet. L. Craſſus ap. Cic. de Orat. III, 21, *Pamphilum*, inquit, *neſcio quem ſinamus in infulis tantam rem, tanquam puériles delicias aliquas*, depingere. *Callippi* Rhetoris iam ſupra aliquoties Ariſtoteles meminit.

§. 22. Εἰ μὴ ἦν) Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. & Froben. ἢ μὴ ἦν.

Τὰ εἰκότα ὑπολαμβάνουσιν) Margo ed. Venetae: τὰ εὔπιστα ὑπολαμβάνουσιν.

Ὁ Πιθεὺς) Vulgo Πιτεὺς, ſive Πιτθεύς. Repoſui Πιθεύς. Steph. Byz. Πίθος, ὁμωνύμως τῷ ἀγγείῳ, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς.

§. 23. Τὰ ἀνομολογούμενα σκοπεῖν) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. his ſubiungunt commation, χωρὶς μὲν ἐπὶ τοῦ ἀμφισβητοῦντος, quod in aliis edd. & in noſtro textu paulo poſt ſequitur. Sic etiam Georgius Trapezuntius. Minus apte.

Καὶ χρόνων) Eaedem edd. omittunt καί. Non male.

Ἐπ' αὐτοῦ) Ed. Iſingrin. ἐφ' αὐτοῦ. In ſequentibus καὶ φησὶ μὲν abeſt μὲν ab edd. Victorianâ prioribus.

Πολλοὺς λέλυμαι) Eaedem edd. πολλὰ λέλυμαι. Emendavit Victorius e Cod. antiquiſſimo, & vetere verſione Latina. Tuetur πολλοὺς quoque margo ed. Venetae. Georgius Trapezuntius: *Ego autem pro multis veſtrûm ſolvi.*

§. 24. Inſcriptus eſt locus in Cod. Victorii: Ἄλλος ὁ ἀπὸ τοῦ, λεγομένης τῆς αἰτίας λύεσθαι διαβολήν. Vid. Victorii Comment. p. 502.

Τοῖς προδιαβεβλημένοις) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. τοῖς διαβεβλημένοις. Secutus eſt Victorius Cod. antiquiſſimum & veterem interpretem Latinum.

Μὴ δοκοῦσι) Ita e Cod. dedit Victorius. Recte. Vetus interpres Latinus, Georg. Trapezuntius, & eaedem edd. ἢ δοκοῦσι. Male.

Ὑποβεβλημένης) Eaedem edd. διαβεβλημένης. Expreſſerunt idem vetus interpres Latinus, & Georg. Trapezuntius. Perperam. Emendavit Victorius.

§. 25. In Codd. inſcriptio loci eſt: ὁ ἀπὸ τοῦ αἰτίου καὶ αἰτιατοῦ.

Κατηγορήσαντος Θρασυβούλου) Thraſybulum Colyttenſem fuiſſe, qui Leodamantem accuſaret, putat Ruhnkenius Hiſt. crit. Orat. Gr. p. 143 l. l. Cf. not. ad Rhet. I, 7.

§. 26. Βέλτιον ἄλλως) Reſtituit ἄλλως e MSto Victorius; nam abeſt illud ab edd. Victorianâ antiquioribus.

Εἰ μὴ οὕτως ἔχει) Corrumpitur ſenſus negativa μὴ, quamvis omnes edd. eam agnoſcant. Georgius Trapezuntius eam non expreſſit; vertit enim, *namque, ſi ſic ſe habent.* In marg. quoque ed. Iſingr. notatur lectio εἰ οὕτως ἔχει, ſine μή. Igitur uncinos adhibui.

Πολλάκις γὰρ ὕστερον γίγνεται) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. πολλάκις γὰρ τοῦτο γίγνεται ὕστερον δῆλον. Expunxit τοῦτο Victorius, quoniam illud a MSS. abeſt.

§. 27. Εἰ ᾄδωσι — καὶ θρηνῶσιν) Eaedem edd. excepta Spirenſi: εἰ ᾄδουσι — καὶ θρηνοῦσιν. Vetus interpres Latinus, notante Morelio: εἰ ᾄσουσι — καὶ θρηνήσουσι. Noſtrum tuetur Cod. antiquiſſimus Victorii. Non de Leucotheae, ſed de Oſiridis cultu, nec Eleatis, ſed Aegyptiis, Xenophanem conſilium hoc, quod Ariſtoteles e. c. affert, dediſſe, auctor eſt Plutarchus. Cf. Victorii Comment. p. 504.

§. 28. Ἐν τῇ Καρκίνου Μηδείᾳ) *Carcinus* Athenienſis, poëta tragicus, vixit aetate Philippi, Macedoniae regis. Notus eſt etiam ex Ariſtophanis *Pace.* Cf. Suidas v. Ἀραβίον.

Περὶ τὴν ἀποστολὴν) Recepit ed. Camot. e marg. ed. Venetae περὶ τὴν ἀποσκευήν. Minus bene.

Τὸν Ἰάσονα ἂν ἀπέκτεινε) Abeſt ἂν ab ed. Iſingr.

Ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος — καὶ τὸ εἶδος) Sic dedit Victorius e Cod. & vetere verſione Latina. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος καὶ τοῦ ἐνθυμήματος τὸ εἶδος.

Ἡ πρότερον Θεοδώρου τέχνη) Eaedem edd. & Maiorag. ἡ προτέρα. *Theodorus* hic eſt *Byzantius*, (non Theodorus *Cyrenaeus*, quem Plato in Theaeteto cum Socrate loquentem introduxit,) vocatus λογοδαίδαλος a Socrate apud Platonem in Phaedro p. 364 Opp. Vol. X ed. Bip. Cicero eum Lyſia in arte ſubtiliorem, in oratione autem ieiuniorem fuiſſe cenſet, Brut. cap. 12. Scripſit contra Thraſybulum & Andocidem. Suidas v. Θεόδωρος. Meminit eius Ariſtoteles etiam in Elench. Soph. ſub fin.

§. 29. Inſcribitur locus in Cod. Victorii: ἀπὸ φερωνυμίας. Vide Victorii Comment. p. 506.

Σαφῶς Σιδηρᾶ) Nomen Σιδηρᾶ inditum mulieri ob indolem ſaevam & efferatam. Occurrit proverbium etiam apud Iunium Adag. cap. VI, prov. 44.

Καὶ Ἡρόδικος) Non intelligendus h. l. eſt *Herodicus Thrax*, laudatus ſupra Rhet. I, 5; ſed, ut vult Scholiaſtes Graecus, *Herodicus Athenienſis*, hiſtoriarum ſcriptor. *Thraſymachus* Chalcedonius, & *Polus* Agrigentinus clari rhetores fuerunt; prior quidem Gorgiae diſcipulus, quare etiam Plato eum in Gorgia loquentem introduxit. Cf. Athenaeus in Dipnoſ. XI, pag. 505. Legum *Draconis* aſperitas ſatis nota eſt. Vid. Ariſtot. Polit. II, 10. Gellii Noct. Att. XI, 18. Plutarch. Solon. cap. 25.

Ἄρχει θεᾶς) Edd. Ald. Baſil. 1. 2. Froben. ἄρχης θεά. Ed. Riccob. ἀρχὴ θεᾶς. Edd. Venet. Camot. Iſingr. ἄρχεις θεά. Ed. Maiorag. ἄρχει θεᾷ. Perperam. Locum reſtituit Victorius e Cod. antiquiſſimo. Ut hic habet, legitur etiam apud ipſum Euripidem Troad. vſ. 990. Ceterum falſus eſt Euſtathius ad Iliad. III, 64, qui haec habet: ὡς δὲ καὶ ζωογόνος ὁ ἀλληγορικὸς Ζεὺς, δηλοῖ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ αὐτοῦ Ῥητορικῇ λέγων, ὅτι Ἀφροδίτη ὡς ἀρχουσα ἀφροσύνης, καὶ Ζεὺς, ὡς ζωῆς αἴτιος ὤν.

Καὶ ὡς Χαιρήμων) *Chaeremon* Tragoedus, dicitur fuiſſe Socratis diſcipulus. Vid. Athenaeus in Dipnoſ. II init. A Suida, qui octo eius fabulas recenſuit, vocatur Comicus. Cf. Rhet. III, 12, & Poët. cap. 24.

§. 30. Ὅσα ἀρχόμενα προορῶσι) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Riccob. ὅσα ἀρχόμενοι προορῶσι. Ed. Camot. ὅσα ἀρχόμενοι συνορῶσι. Ed. Maiorag. ὅσα ἀρχόμενα συνορῶσι. Noſtram lectionem tuentur Cod. Victorii antiquiſſimus, & vetus interpres Latinus.

CAP. XXIV.

§. 1. Τὸν μὲν εἶναι — τὸν δὲ) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. τὸ μὲν εἶναι — τὸ δέ.

§. 2. Οὐκ ἄρα τὸ καὶ τὸ) Ita dedit Victorius ex melioribus MSS. Eaedem edd. οὐκ ἔστι τὸ καὶ τό.

Καὶ τὸ τοῖς ἐνθυμήμασι συνεστραμμένως καὶ ἀντικειμένως εἰπεῖν) Edd. Venet. Camot. Riccob. Maiorag. ἐν γὰρ τοῖς ἐνθυμήμασι. Edd. reliquae noſtram lectionem habent, quam etiam meliores Victorii Codd. MSti agnoſcunt. Reperitur

vulgo τὸ ante συνεστραμμένως, quod tamen expunxi, cum abſit illud a marg. ed. Iſingr. cuius lectio ceteroquin cum noſtra conſpirat. Cod. antiquiſſimus Victorii, & vetus interpres Latinus pro συνεστραμμένως legunt συνεστραμμένον. Minus bene.

Τοῖς δ' ἑτέροις ἐτιμώρησε) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccobon. τοῖς δ' ἡμετέροις ἐτιμώρησε. Sic etiam Georgius Trapezuntius: *qui noſtros ultus eſt.*

Ὡς τὸ φάναι) Abeſt ὡς a Cod. antiquiſſimo Victorii, & a vetere verſione Latina, quare uncinis illud compeſcui.

Εἴ τις τὸν κύνα — συμπαραλαμβάνει) Cod. Victorii: εἴ τις κύνα — συμπαραλαμβάνοι. Melius. *Pan* quoque canis appellatus eſt.

Ὅτι Πίνδαρος ἔφη) Fragmentum in textu ab Ariſtotele allatum ex Pindari *Partheniis* eſſe, putat Schneiderus Carm. Pindar. fragm. p. 18.

Ὥστε τὸ κύνα) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Spir. Riccob. ὥστε τὸ τινὰ, ſine ſenſu. Repoſuit Victorius τὸ κύνα e melioribus MStis & vetere verſione Latina. Cum locus ſit paulo obſcurior, adſcribam Schraderi expoſitionem (Comment. pag. 467): *Ne canem quidem in domo ali ſordidum eſt. Ergo canem eſſe, honorificum eſt. Aequivocatio autem eſt in his coniunctis vocibus*, canem eſſe, *quod vel* canem in domo eſſe, *vel* Cynicum eſſe *ſignificare poteſt.* Cynici *enim philoſophi* canes *appellabantur, qui hac fallacia cognomen iſtud ſuum ornare poterant.*

Τὸ κοινωνικὸν φάναι τὸν Ἑρμῆν — κοινὸς Ἑρμῆς) Κοινωνικὸς eſt, qui bona, quae habet, libenter in alios confert. Κοινὸς, communis, non idem ſignificat. *Mercurius* dicitur κοινὸς, quia *ſuperis Deorum gratus & imis.* Cf. Eraſmi Adag. Chil. II, Cent. I, 85. Fallit igitur, qui ex eo, quod Mercurius ſolus Deorum κοινὸς vocetur, colligit, eum maxime κοινωνικὸν eſſe.

§. 3. Ἔστι δὲ τοῦτο Εὐθυδήμου λόγος) Fuſius hoc exemplum explicatum eſt in nota ad lib. de Soph. Elench. cap. XX, §. 6, Vol. III, p. 662.

Ἕκαστον γὰρ οἶδε) Ed. Iſingr. ἕκαστος γὰρ οἶδε.

Οὐ γάρ ἐστιν ἓν ἀγαθὸν δύο κακὰ) Vetus interpres Latinus videtur legiſſe: οὐ γάρ ἐστιν ἓν κακὸν δύο ἀγαθά.

Τὸ Πολυκράτους εἰς Θρασύβουλον) Polycrates Sophiſta fuit, Buſiridis laudator, reprehenſus ab Iſocrate Buſir. init. Thraſybulum ornaturus uſus eſt quoque captione hac, il-

lum Athenis triginta *tyrannos*, quasi totidem *tyrannides*, sustuliſſe, cum tamen Thrasybulus triginta *tyrannis* sublatis, non nisi unam *tyrannidem* sustuliſſet. Confer de Polycrate Demetr. περὶ ἑρμην. p. 112 ed. Victorii, & Dionys. Halic. cap. 21.

§. 4. Ὅταν ὁ κατηγορῶν ὀργίζηται) Cod. Victorii: ὅταν ὁ κατηγορῶν ὄρσῃ.

§. 5. Ἀσυλλόγιστον γὰρ καὶ τοῦτο) Idem: ἀσυλλόγιστον γὰρ δὴ τοῦτο. Vetus interpres Latinus hoc commation plane non expreſſit.

Οἱ ἐρῶντες) Ed. Iſingr. οἱ ἔρωτες. Neſcio, an melius.

Καὶ εἴ τις λέγοι) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἢ εἴ τις λέγοι.

§. 6. Ὃ λέγει Πολυκράτης εἰς τοὺς μῦς) De muribus nervos hoſtilium arcuum arrodentibus tradiderunt exempla memorabilia Herodot. II, 141; Polemo ap. Clem. Alexandr. Protrept. p. 25, D. Cf. Beckmann ad Ariſtot. Auſc. mirab. cap. XXIV, & ad Antigon. Caryſt. cap. XXI. Struxit ex eiuſmodi narrationibus Polycrates ſophiſma: *Qui opem ferunt obſeſſis, laude digni ſunt; at mures id fecerunt, ergo laude digni ſunt.* In ſequentibus textus verbis pro διατραγόντες edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Spir. Riccob. Maiorag. habent διατρώγοντες. Melius forſitan.

Ὁ Ἀχιλλεὺς ἐμήνισε τοῖς Ἀχαιοῖς ἐν Τενέδῳ) Exſtitit huius argumenti olim fabula Sophoclis, Σύνδειπνοι. Vid. Cic. epiſt. ad Quintum fr. II, ult. Athen. Dipnoſ. I, p. 17, D. & VIII, p. 365, B. Fragmentum eius, unde noſter locus lucem capit, ſervavit Plutarch. de diſcrim. adul. & amici, ſub fin.

Ἐπὶ τοῦ μὴ κληθῆναι) Codd. quidam Victor. διὰ τὸ μὴ κληθῆναι. Expreſſit idem vetus interpres Latinus. Cod. antiquiſſimus Victorii utrumque habet ita; διὰ τὸ, ἐπὶ τοῦ μὴ κλ.

§. 7. Παρὰ τὸ ἑπόμενον) Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. παρὰ ἑπόμενον, omiſſo articulo.

Ὑπεριδὼν γὰρ) Codd. quidam Victorii: ὑπεριδὼν δέ.

Καὶ οὗτος μεγαλόψυχος) Cod. antiq. Victorii: καὶ οὗτοι μεγαλόψυχοι. Idem tuentur edd. Ald. Baſil. 1. 2. & Froben.

Δόξειεν ἂν) Edd. Ald. Venet. Baſileenſ. Camot. Riccob. Maiorag. Victor. δόξαιεν ἄν. Ed. Iſingr. δόξαι ἄν. Melius quam illae, neglecto tamen Atticiſmo, quem recte Morelius revocavit.

Μοιχός· ὅτι καὶ οἱ μοιχοὶ τοιοῦτοι) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. μοιχὸς ὁ τοιοῦτός ἐστιν. Nostrum tamen agnoscunt quoque vetus interpres Latinus, & margo ed. Venetae.

Ὅτι γὰρ) Edd. Ald. Basileenses, & Spirens. ὅπου γάρ. Non bene.

§. 8. Ὡς ὁ Δημάδης) De *Demade* vid. Ruhnken. hist. crit. Orat. Gr. in Orat. Gr. Reiskii Vol. VIII, p. 150.

§. 9. Αὐτῇ ἐδόθη) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Maiorag. αὕτη ἐδόθη. Idem legit haud dubie Georgius Trapezuntius; nam vertit: *cum eligenti a patre daretur.* Male. Nostram lectionem a Victorio exhibitam tuetur etiam vetus interpres Latinus. De re conf. Euripidis *Iphigeniam in Aulide.* Eundem locum Aristoteles iam attigit Elench. Soph. cap. 5.

Ὕβριν εἶναι) Legitur in marg. ed. Venetae: μὴ ὕβριν εἶναι.

§. 10. Ἀλλὰ κατά τι γίγνεται) Codd. fere omnes Victorii, & margo ed. Venetae ἄλλο τι γίγνεται. Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. Morel. Victor. Sylb. Casaubon. Duvall. Schrader. Londin. ἀλλά τι γίγνεται. Minus bene. Secutus sum editores Lipsienses, qui ex ed. Isingr. ἀλλὰ κατά τι γίγν. receperunt.

Ὥσπερ καὶ Ἀγάθων λέγει) Senarii in textu sequentes ex *Agathonis* fabula quadam hodie deperdita excerpti sunt. De Agathone vid. Schol. ad Aristophan. Ran. p. 133, (ed. Basil. 1547, fol.) cuius verba exscripsit Suidas v. Ἀγάθων. Conf. Aristophan. Thesmophoriaz. init. & Philostrat. de Vitis Sophist. p. 497 ed. Paris. 1608, fol.

Οὐ προστιθέμενα) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Maiorag. οὐ προστιθέμενον. Minus bene.

§. 11. Ἡ Κόρακος τέχνη) *Corax* & *Tisias*, Siculi, dicendi praecepta primi omnium conscripserunt. Posterior fuit Lysiae & Isocratis magister. Cic. de Orat. I, 20; Brut. cap. 12. Conf. supra §. 5 sq.

Κἂν ἔνοχος ὢν) Edd. Ald. Basileenses & Riccobon. καὶ ἔνοχος ὤν.

Οἷον ἂν ἰσχυρὸς ὢν) Vetus interpres Latinus vertit: *non fortis exsistens.* Legit igitur: οἷον οὐκ ἰσχυρὸς ὤν. Perperam.

Καὶ τὸ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν) Vulgo: καὶ τὸ τὸν ἥττω δὲ λόγον κρ. π. Expunxi δὲ hoc loco, & reieci illud ad sequentia post ἐντεῦθεν. Haec enim est lectio edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. eaque

melior. Cic. Brut. cap. 8: *Leontinus Gorgias*, *Thraſymachus Chalcedonius*, *Protagoras Abderites*, *Prodicus Ceius*, *Hippias Eleus*, *aliique multi docere ſe profitebantur arrogantibus ſane verbis*, quemadmodum cauſa inferior, *ita enim loquebantur*, dicendo fieri ſuperior poſſet. *Iis ſeſe oppoſuit Socrates.* Quod ex Ariſtotelis loco patet, *Protagoras* huius arrogantis dicti primus auctor fuit; hinc illud ſimpliciter audiit Πρωταγόρου ἐπάγγελμα.

CAP. XXV.

§. 1. Περὶ δὲ λύσεων) Cod. Victorii & vetus verſio Latina: περὶ δὲ λύσεως. Melius. Cf. ad hoc caput Rhet. III, 17, & Anal. Prior. II, 26.

§. 2. Ἐνδέχεται ποιεῖν) Margo ed. Venetae: ἐνδ. εἰπεῖν.

§. 3. Ἐκ ταὐτοῦ) Revocavi lectionem Victorii, utique meliorem vulgata ἐξ ἑαυτοῦ. Vetus interpres Latinus, & Georgius Trapezuntius: *ex eodem.* Sic quoque infra §. 4 pro ἀφ' ἑαυτοῦ repoſui ἀπὸ ταὐτοῦ.

§. 4. Εἴη ἐνθύμημα) Edd. Ald. Venet. Baſileenſees, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. εἰη τὸ ἐνθύμημα.

Καθόλου εἰπόντα) Edd. Morel. Sylb. Caſaubon. Duvall. Londin. καθόλον εἰπόντα.

Οὐκ ἂν ἐλέγετο Καύνιος ἔρως) Sic recte emendavit e Cod. antiquiſſimo Victorius. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Spir. οὐκ ἂν ἐλέγετο κάλλιστος ἢ (Iſingr. καὶ) κάκιστος ἔρως. Vetus interpres Latinus: *non utique diceretur optimus aut peſſimus amor.* Neque alia expreſſit Georgius Trapezuntius. At patet, Ariſtotelem ad pervulgatum proverbium alluſiſſe Καύνιος ἔρως, ductum quidem a Cauno, cuius amore ſoror Byblis turpiter deperiit. Vid. Suidas, Heſychius, Stephan. Byz. v. Καῦνος. Ovid. Metam. IX, 453. Facile intelligitur, quomodo proverbii ipſius loco gloſſema in textum irrepſerit.

§. 7. Ἔνστασις ὅτι, οὐκ οὖν ὁ Πιττακὸς) Ita exhibui ſenſu exigente. Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ὅτι omittunt. Non male. Pro οὐκ οὖν vulgo legitur οὐκουν. Illud praetuli, & habet ſic quoque ed. Iſingr.

§. 8. Τὰ κατὰ μέρος) Eaedem edd. ſingulariter: τὸ κατὰ μέρος. In antecedentibus poſt ἐπαγωγῆς Victorius cenſet delendum eſſe διὰ, quod ſenſum turbet; quare illud uncis ſecluſi.

Καὶ ὄντος, διὰ τεκμηρίου) Eaedem edd. καὶ ὄντος τεκμηρίου. Melius forsitan. Georgius Trapezuntius vertit: *quae ex iis inferuntur, quae necessario indicio sunt.*

Ἡ τοῦ ἐν μέρει ὄντος) Ibidem: ἢ ἐν μέρει ὄντος, sine articulo.

§. 10. Ἀποδείκνυσιν) Ibidem: ἐπιδείκνυσιν.

Ἀλλ' ἀεὶ καὶ ἀναγκαῖον· ὁ δὲ κριτὴς) Ex emendatione Victorii, quam omnes MSti, & vetus versio Latina confirmant. Edd. Ald. Basileenses, Veneta, Spirens. ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον ἀεί· εὐθὺς ὁ κριτής. Ed. Camotii, quam Maiorag. plerumque sequitur, e marg. ed. Venet. nostram lectionem recepit, nisi quod pro ὁ δὲ κριτὴς habet εὐθὺς ὁ κριτής. Consentit nobiscum quoque ed. Riccoboni, omisit tamen δὲ ante κριτής.

Οὐχ αὐτῷ κριτέον) Edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. Schrader. Lipsi. οὐκ αὐτῷ. Minus bene.

Τὸ γνώμη τῇ ἀρίστῃ κρίνειν) Rhet. I, 15.

§. 11. Τὰ κυριώτατα δὲ) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. κυριώτατον δέ. Cum articulus τὰ absit a plurimis aliis edd. uncinis illum compescui.

§. 12. Λύεται δὲ καὶ) Abest καὶ ab iisdem edd.

Ἐν τοῖς πρώτοις) Conf. supra cap. 24, & I, 2.

Ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν) Analyt. Prior. II, 27.

§. 13. Τὰ παραδειγματώδη) Sic legunt meliores Victorii Codd. & vetus interpres Latinus. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. τὰ παραδείγματα. Coniicit Victorius, utrumque ab Aristotele scriptum fuisse, & παραδείγματα & παραδειγματώδη, ut supra dictum est: τὰ σημεῖα καὶ τὰ διὰ σημείου ἐνθυμήματα, nec non infra: τὰ δὲ τεκμήρια καὶ τεκμηριώδη ἐνθυμήματα. Ordo verborum in textu ita instituendus est: πρὸς δὲ τὰ π. ἡ αὐτὴ λύσις, (ἢ) καὶ (πρὸς) τὰ εἰκότα.

Ἢ καὶ τὰ πλείω) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Spirens. Maiorag. καὶ εἰ τὰ πλείω. Nostrum dedit Victorius e MStis.

§. 14. Γίγνεται ἀποδείξει) Cod. antiq. Victorii & vetus interpres Latinus: γίγνεται ἀπόδειξις.

CAP. XXVI.

§. 1. Ἐνθυμήματος στοιχεῖον) Vetus interpres Latinus: ἐνθυμημάτων στοιχεῖον.

§. 2. Τὸ αὔξειν καὶ μειοῦν) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Maiorag. τὸ αὔξειν καὶ τὸ μειοῦν.

§. 3. Οὐδὲ τὰ λυτικὰ ἐνθυμήματος εἶδός τί ἐστιν) Recte sic emendavit Victorius e Cod. antiquissimo, & vetere versione Latina. Edd. eaedem & Spir. οὐδὲ τὰ λ. ἐνθυμήματα εἶδός τί ἐστιν. Haec quoque expressit G. Trapezuntius. Male. Nam Aristoteles infra docet, *instantiam*, qua tamen argumentatio *dissolvi* potest, non esse enthymema.

Ἀντιαποδεικνύουσι) Edd. supra laudatae singulariter: ἀντιαποδείκνυσι. Verum omnes Victorii Codd. MSS. pluralem agnoscunt. In sequentibus restitui verba εἰ δὲ, ὅτι οὐ γέγονεν, οὗτος, ὅτι γέγονεν, quae e textu ed. Lipsi. operarum peccato excidere.

§. 4. Ἐξ ἧς) Edd. Ald. Basileenses, Riccob. ἐξῆς. Perperam.

§. 5. Ante hanc § leguntur in omnibus Victorii Codd. MStis, quae in edd. libri sequentis prima verba sunt: ἐπεὶ δὲ τρία ἐστιν, ἃ δεῖ πραγματευθῆναι περὶ τὸν λόγον, ὑπὲρ κ. τ. λ. Eadem etiam hoc loco vetus interpres Latinus expressit. Arbitratur autem Victorius, id olim alicuius librarii negligentia commissum esse, cuius erratum a reliquis postea, qui inde exscripserunt, animadversum correctumque non sit.

Λοιπὸν δὲ διελθεῖν) Ex emendatione Victorii. In edd. Victorianâ prioribus λοιπὸν δὲ διεξελθεῖν.

Ad Rhetoricorum Lib. III.

CAP. I.

§. 1. Δεύτερον δὲ) Vetus interpres Latinus, & ed. Camot. ἐπειδὴ δέ.

Ὅτι ἐκ τριῶν εἰσι) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ὅτι ἐκ τριῶν ἐστι. Perperam.

§. 3. Οὔπω δ' ἐπικεχείρηται) Edd. Ald. Basileenses, Riccob. οὔπω δ' ἐπικέχρηται. Minus bene. Cf. §. 7.

Αὐτοὶ τραγῳδίας) Ita dedit Victorius e Codd. & vetere versione Latina. Recte. Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. Riccob. αὐτὰς τὰς τραγῳδίας. Edd. Isingrin. Camot. Spir. Maiorag. αὐτοὶ τὰς τραγῳδίας, cum articulo.

Καὶ Γλαύκων ὁ Τήϊος) Cf. Aristot. Poët. cap. 25.

§. 4. Ἔστι δὲ αὕτη) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Riccob. ἔστι δὲ αὐτή.

Πρὸς ἕκαστα) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. πρὸς ἕκαστοι. Georgius Trapezuntius: *& quibus in unoquoque numeris.*

Δύνανται νῦν) Abest νυν ab edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Riccob. Spirens. Sequentia edd. Venet. Camot. Maiorag. sic legunt: οὕτω δηλονότι καὶ κατὰ τοὺς π. ἀγ. Georgius Trapezuntius: *sic & in civilibus.* Non male. Abesse tamen verba οὕτω δηλονότι a Codd. MSS. notavit Victorius.

§. 5. Περὶ Ῥητορικὴν, οὐκ ὀρθῶς ἔχοντος) Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Camot. Froben. Riccob. Maiorag. περὶ τὴν Ῥητ. οὐκ ὀρθῶς ἔχοντος. Edd. Isingr. & Spirens. περὶ τὴν Ῥητ. οὐχ ὡς ὀρθῶς ἔχοντος.

Περιεργά ἐστιν) Edd. Ald. & Basileenses: περιεργία ἐστὶν, operarum forsitan vitio, qui editionem Aldinam typis exscripserunt.

§. 6. Τὸ μὲν οὖν τῆς λέξεως ἔχει τι) Codd. meliores Victorii: ὅμως ἔχει τι. Vetus tamen interpres Latinus quoque ὅμως non agnoscit.

§. 7. Οἷον Θρασύμαχος ἐν τοῖς Ἐλέοις) Intelligitur *Thrasymachus Chalcedonius*, magni nominis Rhetor & Sophista. Scripserat hic Ἐλέους, sive *Miserationes*, ut Cicero nomen transtulit, in quibus nonnulla de actione ad misericordiam commovendam praeceperat.

Καθάπερ καὶ τοῖς) Ita restitui. Edd. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Londin. Lips. καθάπερ ἐν τοῖς. Parum belle.

§. 8. Πάντων μιμητικώτατον) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. πάντων μιμητικωτάτη. Minus bene. Nam referendum est μιμητικώτατον ad sequens τῶν μορίων.

§. 9. Οἷον ἡ Γοργίου) Vide Victorii Comment. p. 547. In antecedentibus pro λέγοντες εὐήθη margo ed. Venetae offert λέγοντες ἀήθη. Male.

Τῶν ὀνομάτων ἀφήκαντο) Edd. Venet. Camot. Spirens. Maior. & reliquae omnes legunt: τῶν ὀνομάτων ἀφήκασιν. Legendum saltem fuisset ἀφείκασιν, aut ἀφῆκαν. Secutus sum lectionem Aldinam tam hoc loco, quam infra statim, ubi idem verbum repetitur.

Παρὰ τὴν διάλεκτον) Edd. Ald. Basileenses, & Riccob. περὶ τὴν διάλεκτον.

Οἷς δ' οἱ πρῶτον ἐκόσμουν) Edd. Ald. Basil. 1. 2. Froben. Riccob. οἷς δ' οἱ πρῶτοι ἐκόσμουν. Ed. Isingr. οἷς δ' οἱ πρῶτοι τὰ ἐκόσμουν.

Καὶ ἔτι νῦν οἱ τὰ ἑξάμετρα) Edd. Riccob. & Spir. καὶ ἔτι καὶ νῦν. Edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Maiorag. καὶ ἔτι καὶ νῦν εἰς τὰ ἑξάμετρα. Male. Nostrum tuetur etiam margo ed. Venetae.

CAP. II.

§. 1. Ἐὰν μὴ δηλοῖ) Vetus interpres Latinus vertit: *quaecunque non manifestaverit.* Legit fortasse: ὃς ἂν μὴ δηλοῖ.

Ἀλλ' οὐ πρέπουσα λόγῳ) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. ἀλλ' οὐ πρ. τῷ λόγῳ, cum articulo.

§. 2. Τὸ γὰρ ἐξαλλάξαι) Sic recte emendavit Victorius. Eandem lectionem habent margo ed. Venetae, & edd. Camot. Spirens. & Maiorag. Conf. Aristot. Poër. cap. XXI. Edd. Ald. Venet. Basil. Riccob. τὸ γὰρ ἐξαλαπάξαι.

Φαίνεσθαι σεμνοτέραν) Edd. Ald. Basil. & Riccob. φαίνεσθαι σεμνότερον.

Ὅπερ γὰρ) Recepit ὅπερ ed. Lipsi. ex ed. Isingr. Vulgo: ὥσπερ γάρ.

§. 3. Θαυμασταὶ γὰρ τῶν ἀπόντων εἰσὶν) Sanavit hunc locum ex Codd. Victorius. Edd. Ald. & Basileenses: Θαυμαστὸν γὰρ τῶν ἀπάντων ἐστίν. Ed. Venet. Θαυμαστὴν γὰρ τῶν ἀπόντων ἐστίν. Edd. Camot. & Maiorag. Θαυμασταὶ γὰρ τῶν ἀπόντων ἐστίν. Aliam lectionem expressit Georgius Trapezuntius: *haec enim ex omnibus admiramur.*

Ἐν δὲ τοῖς ψιλοῖς λόγοις πολλῷ ἐλάττω εἰσιν) Legebatur vulgo πολλῷ ἐλάττοσιν, sine sensu, ut visum est editoribus. Recepit ed. Lipsi. igitur in textum emendationem Mureti (Var. Lect. VII, 8), quam & ego exhibui. Nescio tamen, an non defendi possit vulgata lectio, in qua omnes Codd. MSti, & interpres Latinus conspirant, si ex antecedentibus suppleas τοῦτο ἁρμόττει.

Εἰ δοῦλος καλλιεπεῖτο) Edd. Ald. Basileenses, & Riccob. κάλλιστα ἐποιεῖτο. Edd. Venet. Camot. Spir. Maiorag. καλλιεποιεῖτο. Nostrum habet Cod. antiquissimus Victorii. Georgius Trapezuntius: *si servus ornatiora diceret.*

Περὶ λίαν μικρῶν) Abest λίαν ab edd. Ald. Basileensibus & Riccob.

§. 4. Λανθάνειν ποιοῦντας) Cod. antiquiſſimus Victorii: λανθάνειν ποιοῦντος.

Ἐκεῖνο δὲ) Edd. Ald. & Baſileenſes: ἐκεῖ δέ.

Ὡς γὰρ πρὸς ἐπιβουλεύοντα διαβάλλονται) Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. pro ὡς γὰρ, ut Codd. fide dedit Victorius, habent ὥσπερ γάρ. Muretus l. l. διαβάλλονται mutandum eſſe cenſet in διευλαβοῦνται. Eleganter.

Ἡ Θεοδώρου φωνὴ) De *Theodoro* Tragoedo vide Ariſtot. Polit. VII, 17. Plutarch. de glor. Athenienſ. cap. 10.

§. 5. Ἐν τοῖς περὶ Ποιήσεως) Poët. cap. XXI.

Ὕστερον ἐροῦμεν) Cap. III & VII.

§. 6. Καὶ μεταφορὰ) Edd. Camot. & Maiorag. καὶ μεταφοραί. Minus apte.

Ἔσται τε ξενικὸν) Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἔσται τὸ ξενικόν.

Καὶ σαφηνιεῖ) Edd. Ald. Baſil. & Riccob. καὶ σαφιεῖ.

Τοῦ ῥητορικοῦ λόγου ἀρετὴ) Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. cum articulo: ἡ τοῦ ῥητορικοῦ λόγου ἀρετή.

§. 7. Παρὰ ταύτας) Ex emendatione Victorii. Eaedem edd. περὶ ταύτας.

§. 8. Τοσοῦτον δ' ἐν λόγῳ) Ita repoſui. Ἐν λόγῳ tuentur meliores Victorii Codices. Alii, ut & edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Maiorag. habent ἐν λόγοις· minus bene. Edd. Morel. Victor. Sylb. Caſaub. Duvall. Londin. τοσούτῳ δ' ἐν λόγῳ — ὅσῳ. Edd. Schrader. & Lipſ. τοσούτῳ δ' ἐν λόγῳ — ὅσον.

Ἔχοι μάλιστα) Reſtitui optativum ex edd. Ald. Venet. & Baſileenſibus. Vulgo: ἔχει μάλιστα.

Λαβεῖν οὐκ ἔστιν αὐτὸ) Vulgo αὐτὴν, ut ad praecedens μετοφορὰ referatur. Male. Revocavi αὐτὸ ex ed. Iſingrin. ſenſu hoc exigente. Referendum enim eſt ad τὸ σαφὲς κ. τ. λ.

§. 9. Ἐκ τοῦ ἀνάλογον) Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἐκ τοῦ ἀναλόγου.

§. 10. Ἀπὸ τοῦ βελτίονος τῶν ἐν ταὐτῷ γένει) Eaedem edd. ἀπὸ τῶν βελτίονων τῶν ἐν τῷ γένει. Noſtram lectionem habent Cod. antiquiſſimus Victorii, vetus interpres Latinus, & edd. Victorii, Morel. Sylb. Caſaubon. Duvall. Schrader. Londin. Ed. Lipſ. habet τῆς ἐν ταὐτῷ γένει, operarum forſitan peccato.

Οἱ μὲν διονυσοκόλακας) Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot.

Maiorag. *οἱ μὲν διονυσιοκόλακες.* Ed. Spir. *οἱ μὲν διονυσιοκόλακας.* Edd. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. *ὁ μὲν διονυσοκόλακας*, quod & Cod. Victorii & vetus interpres Latinus agnoscunt. Equidem ed. Lips. secutus sum.

Ἄμφω μεταφοραὶ) Edd. Victor. Morel. Sylb. Casaub. Schrader. Duvall. Londin. *ἀμφω μεταφορά.*

Καὶ οἱ μὲν λῆσταὶ αὐτοὺς) Edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. post *λῆσταὶ* insertum habent *αὐτοὶ δέ.* Sustulit haec Victorius, cum absint a Codd. & a vetere versione Latina.

Καὶ λαβεῖν καὶ πορθῆσαι) Vetus interpres Latinus vertit: *& accipere & acquirere.* Videtur itaque legisse: *καὶ λαβεῖν καὶ πορίσαι.*

§. 11. *Ἁμαρτία*) Codd. quidam Victorii, & margo ed. Venet. *ἁμαρτάνειν.*

Διονύσιος ὁ Χαλκοῦς) *Dionysius* rhetor fuit & poëta. Teste Athenaeo (Dipnosoph. XV, p. 669) suasit Atheniensibus, ut aeneo numismate uterentur. Hinc cognomen *aenei* illi adhaesit. In sequentibus *ὅτι ἀμφω φωναὶ* nemo interpretum haesit. Fateor tamen, me haec verba non capere, & puto, aliquid excidisse. Igitur signum lacunae feci.

§. 12. *Ἐν τῷ αἰνίγματι τῷ εὐδοκιμοῦντι*) Conf. Aristot. Poët. cap. 22. Athen. Dipnos. X, p. 452. Plutarch. Sympos. cap. 22. Demetr. Phaler. *περὶ ἑρμ.* p. 98. Apud Athenaeum additur pentameter hic:

Οὕτω συγκόλλως, ὥστε σύναιμα ποιεῖν.

Λαβεῖν ἐπιεικείς· μεταφορᾷ γὰρ αἰνίττονται) Edd. Ald. Basileenses, & Riccob. *λαβεῖν ἐπιεικῶς.* Eaedem edd. nec non Venet. Camot. Spir. Maiorag. *αἱ μεταφοραὶ γάρ.* Sustulit articulum Victorius, qui in nullo MSto occurrit. Ceterum recepi equidem praeclaram summi huius viri emendationem *μεταφορᾷ* pro vulgato *μεταφοραὶ*, quod sensum praebet ineptum. Adscribere liceat ipsa Victorii verba (Comment. p. 565): *Vereor, ne μεταφορᾷ, dandi casu numero unitatis, scribi debeat; prisca enim exemplaria non extremae vocali literam* i *subscriptam habent, ut inferiori aetate fieri coeptum est.*

§. 13. *Ὥσπερ Λυκίμνιος λέγει*) Aliae edd. *Λικύμνιος.* Male. Vide Hesych. h. v. Fuit Lycimnius Gorgiae Leontini familiaris. Dionys. Halic. de Lysia cap. 7.

Ἔτι δὲ οὐχ ὁμοίως) Abeſt δὲ ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag.

§. 15. Ὥσπερ καὶ Ἀριστοφάνης) Aliae edd. cum articulo ὁ Ἀριστ. Fabula Ariſtophanis *Babylonii* inſcripta hodie deperdita eſt.

Ἀντὶ μὲν χρυσίου) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Spir. Maior. ἀντὶ μ. χρυσοῦ.

Ἐν ἀμφοῖν) Abeſt ab edd. Ald. Baſileenſibus, & Riccob.

CAP. III.

§. 1. Ἐν τέτταρσι γίγνεται) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. γίνονται. Minus Attice.

Οἷον Λυκόφρων) Non cogitandum eſt de *Lycophrone Chalcidenſi*, qui Ptolemaei Philadelphi aetate floruit, & cuius *Caſſandra* adhuc exſtat; ſed de *Lycophrone Sophiſta*. Vide Victorium ad Demetr. Phaler. p. 109.

Καὶ ὡς Ἀλκιδάμας) Vide ſupra not. ad I, 13; II, 23.

Τὸ τῆς θαλάττης ἔδαφος) Emendavit ſic Victorius auctoritate Codicis antiquiſſimi, & veteris interpretis Latini. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. τὸ τῆς θεττάλου. Idem tuentur plures etiam Victorii Codd. MSti. Georgius Trapezuntius: *& purpurocolor* Theſſali *pavimentum*.

Διὰ τὴν δίπλωσιν) Edd. Venet. & Camot. διὰ τὴν δίπλασιν.

§. 2. Πέλωρον ἄνδρα) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. τὸν πελώριον ἄνδρα.

Σίννις ἀνὴρ) Videtur luſiſſe hoc epitheto, quiſquis fuerit eius auctor. Scironis, famoſi illius praedonis, ſocii fuerunt *Sinnis* & *Procuſtes*; hinc a Lemniis nomen σίννις impoſitum ei, qui aliis gravia damna inferret. Dubia tamen eſt lectio. Margo ed. Venetae offert σῖνος. Sylburgius cenſet σῖνις cum uno ν legendum eſſe, quoniam derivetur vox a σίνεσθαι· in quo ei non adſtipulor.

Ἄθυρμα τῇ ποιήσει) Ἄθυρμα eſt *luſus*, quod aliis Graecis in ſoluta oratione dicitur παίγνιον. Fuſe hunc locum illuſtravit Paulus Leopardus (Emendat. II, 6), qui legi iubet: ἀθύρματα ποιήσει, *ludos faciet*. Verum, cum appareat, φράσιν eſſe decerptam e contextu, nihil hic mutandum eſt.

Καὶ ἀκράτῳ τῆς διανοίας ὀργῇ τεθυμμένον) Ex emendatione Victorii, Codicem antiquiſſimum ſecuti. Edd. Ald.

Venet. Basil. Camot. Riccob. Spirens. καὶ ἀκράτωρ τῆς διανοίας, καὶ ὀργῇ τεθηγμένον, quae lectio minime contemnenda est. Abest autem καὶ ab omnibus MStis, & a vetere versione Latina. Georgius Trapezuntius nostrae lectioni favet; vertit enim: *& ardenti mentis ira exacerbatum.*

§. 3. Ὅτι ποίησίς ἐστιν) Edd. Venet. Camot. Spir. ὅτι ποιήσεώς ἐστιν.

Χρῆσθαι αὐτῇ) Haesit Victorius in αὐτῇ, & legendum esse censuit cum vetere interprete Latino αὐτοῖς. Enimvero αὐτῇ spectat ad antecedens ποίησις, & sensus satis est perspicuus. Cod. Victorii: χρῆσθαι αὐτῷ· non bene.

Τοῦ εἰκῇ λέγειν) Edd. Ald. Venet. Basileenses & Camot. τὸ εἰκῇ λέγειν. Correxit Victorius ex MStis.

Ἡδύσματι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσματι) Itidem ex emendatione Victorii; nam sic legunt Codd. & vetus interpres Latinus. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. pluraliter: ἡδύσμασι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσμασι. Georgius Trapezuntius: *quasi* bellariis, *sed quasi* cibariis *utitur epithetis.*

Τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμους) Revocavi pristinam lectionem edd. Ald. Venet. Basileensium, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. Georgius Trapezuntius non expressit βασιλεῖς· legit tamen νόμους· nam vertit: *nec leges, sed civitatum leges.* Eandem lectionem tuentur plures Victorii Codices. Victorius tamen Cod. antiquissimi & veteris interpretis Latini auctoritate emendavit τῶν πόλεων βασιλεῖς νομίμους, quod non probo. Secuti eum sunt editiones recentiores. Plato in Sympos.: ἃ δ' ἄν τις ἑκὼν ἑκόντι ὁμολογήσῃ, φασὶν οἱ πόλεως βασιλεῖς νόμοι δίκαια εἶναι.

Καὶ οὐ δρόμῳ) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Venet. (quae in marg. nostrum habet,) Basil. 1. 2. Froben. καὶ οὐ δρομαίᾳ. Male.

Καὶ οἰκονόμος τῆς τῶν ἀκουόντων ἡδονῆς) Edd. Ald. Basileenses & Camot. καὶ οἰκονομία τῆς τῶν ἀκουσάντων ἡδονῆς. Edd. Venet. Riccob. Spir. Maiorag. καὶ οἰκόμος τῆς τῶν ἀκουσάντων ἡδονῆς.

Καὶ ἀντίμιμον τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαν) Sic recte legit Victorius. Idem tuentur Scholiastes Graecus & margo ed. Venetae. Ἀντίμιμος est, *qui faciem alicuius rei prae se fert.* Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. Camot. ut & Victorii Codd. MSti: καὶ τίμιον, sine sensu. Georgius Trapezuntius: *& honorabilem animi cupiditatem.* Vetus interpres

Latinus: *& honorabile eam, quae animae, concupiſcentiam.* Igitur non legit *ἀντίμιμον*, quod Victorius temere aſſeruit.

Καὶ οὕτως ἔξεδρον) Reſtituit ἔξεδρον e Scholiaſte Graeco Victorius. Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. Froben. *καὶ οὕτως ἐξεῦρον.* Minus bene.

Ὅταν γὰρ γιγνώσκοντι) Abeſt γὰρ ab ed. Camot.

Τῷ ἐπισκοτεῖν) Vetus interpres Latinus vertit: *ex ſuperintendere.* Legit: τῷ ἐπισκοπεῖν. Non bene.

Διὸ χρησιμωτάτη) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. *διὸ χρησιμώτατον.*

Οὗτοι γὰρ ψοφώδεις) Vertit vetus interpres Latinus: *probroſi*, quaſi legerit ψογώδεις. Minus bene.

Μεταφορὰ δὲ) Cod. antiquiſſimus Victorii: ἡ μεταφορὰ, omiſſa δέ.

§. 4. Σὺ δὲ) Ed. Camot. *οὐ δὲ*, haud dubie operarum vitio.

Ποιητικῶς γὰρ ἄγαν) Edd. Ald. & Baſil. *ποιητικοῦ γὰρ ἄγαν.* Edd. Venet. Camot. Spir. Maiorag. *ποιητικὸν γ. ἀγ.*

Καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἀθυρμα τῇ ποιήσει) Paulus Leopardus (Emendatt. II, 6) ſuſpicatur legendum eſſe: *καὶ οὐτιδανὸν καὶ ἀθύρματα ποιήσει προσφέρων*, id eſt, *& nihili hominem afferens*, ut reprehendat Ariſtoteles Alcidamantem in oratione Homericis vocibus utentem.

CAP. IV.

§. 1. Ἡ εἰκὼν) Demetrius de eloc. pro *εἰκὼν* utitur v. *εἰκασία.*

Ὅταν δὲ) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Maiorag. *ὅτι δέ.* De hemiſtichio Homerico cf. Hartung. Decur. I, ſub fin.

Μετενέγκας λέοντα) Eaedem edd. & Spir. *μετενεγκών.* Melius forſitan, utpote uſitatius.

§. 3. Ἦν Ἀνδροτίων εἰς Ἰδριέα) Margo ed. Venet. & ed. Camot. ἡ Ἀνδρωτίονος εἰς Ἰδριέα. Conf. Victorii Comment. p. 583. De Androtione, Iſocratis diſcipulo, egit Ruhnken. Hiſt. crit. Or. Gr. p. 152, Orat. Gr. Vol. VIII ed. Reiske. Idrieus videtur fuiſſe idem cum Mauſoli fratre, Cariae regulo, cuius Iſocrates in Orat. ad Philippum meminit.

Καὶ ὡς Θεσδάμας εἴκαζεν Ἀρχίδαμον Εὐξένῳ, γεωμετρεῖν οὐκ ἐπισταμένῳ) Non male coniicit Victorius l. l. Euxenum fuiſſe virum peſſimum, ſed bonum Geometram;

Archidamum vero fuiſſe & ipſum improbum, ſed Geometriae imperitum. Aufer ergo, dixit Theodamas, ab Euxeno Geometriae ſcientiam, tum ſimillimus erit Archidamus; aut illam adde Archidamo, tum huic par erit Euxenus. Latet tamen in ſequentibus, vulgatam lectionem ſi retineas, aliqua difficultas vix expedienda. Legitur vulgo: ἔσται (aliae edd. ἐστι) γὰρ καὶ ὁ Εὔξενος Ἀρχίδαμος γεωμετρικός. Senſum Victorius ſic expreſſit: *erit enim & Euxenus Archidamus, auctus Geometria.* Ed. Ald. habet: ἔστι γὰρ καὶ ἡ Εὔξενος Ἀρχίδ. γεωμ. Puto igitur, olim lectum fuiſſe ἧ Εὔξενος. Quod ſi amplectaris, exit ſenſus hic aptior, ut mihi videtur: *Archidamus* aſſimilari *poteſt Euxeno, ſi* eatenus *Geometriae ſcientia imbutus fuerit, quatenus eâ pollet Euxenus.* In textu nihil mutavi.

Ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ Πλάτωνος) Aliae edd. τῇ τοῦ Πλάτωνος. Vid. Plat. de Republ. VI, p. 663 ed. Frcf.

Καὶ ἡ εἰς τὸν δῆμον) Praeclare hunc locum ſanavit Victorius Codicis antiquiſſimi ope. Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. Froben. Camot. Spir. habent: καὶ ὡς ὁ Δημοσθένης εἰς τὸν δῆμον. Enimvero imago ex Platonis loco (de Republ. VI, pag. 674) depromta eſt. Edd. Riccob. & Maiorag. omittunt ἡ.

Ὑποκώφῳ δὲ) Edd. Ald. & Baſileenſes ὑποκύφῳ δέ. Ed. Riccob. ὑποκούφῳ δέ.

Ἀπανθήσαντες) Edd. Ald. Venet. Baſileenſ. 1. 2. Froben. Camot. Spir. εὐπαθήσαντες. Parum ad rem, ut iam monuit Sylburgius. Dictum de poëtarum verſibus legitur ap. Plat. de Republ. X, p. 752.

Ἡ Περικλέους εἰς Σαμίους) Vid. Thucydid. I, 108. Diodor. XII, pag. 495.

Καὶ ὡς ὁ Δημοκράτης) Alia Democratis dicta notavit Plutarch. de gerenda Republ. cap. 17.

Τὸν λεπτὸν λιβανωτῷ εἰκασεν, ὅτι ἀπολλύμενος εὐφραίνει) Edd. Venet. Camot. Maiorag. τὸν λεπτήν. Margo ed. Venet. τὸν κλέπτην, quod haud diſplicet. Simile eſt proverbium inter noſtrates: *Die Luden nehmen ſich nirgend beſſer aus, als am Galgen.* Pro ἀπολλύμενος edd. Ald. & Baſil. ἀπολόμενος. Minus bene. De *Cephiſodoto* Oratore vid. Ruhnken. p. 141 l. l. Verum cum plures Cephiſodoti in hiſtoria Attica memorentur, etiam alius ab Ariſtotele intelligi potuit; & utique alius eſſe debuit, ſi κλέπτην pro vulgato λεπτὸν legatur.

Καὶ ὡς εἰκόνας) Edd. Ald. Basil. 1. 2. Froben. & margo ed. Isingr. καὶ ὡς εἰκός. Male.

§. 4. Καὶ ἐπὶ θάτερα) Edd. Ald. Basileenses & Riccob. καὶ ἐπὶ θατέρου.

Φιάλην Ἄρεως) Audaciſſimam hanc metaphoram a Theognide, poëta dithyrambico, uſurpatam eſſe, coniicit Schneider ad Demetr. περὶ ἑρμ. p. 140.

CAP. V.

§. 2. Μακρὰν ἀπαρτᾶν) Edd. Ald. Basileenses & Riccob. nec non plures Victorii Codd. μακρὰν ἀπαντᾶν. Noſtrum autem tuentur Cod. Victorii antiquiſſimus, & vetus interpres Latinus. Georgius Trapezuntius: *& neque longo intervallo redire.* Confer Quinctilian. Inſtitt. orat. VIII, 2; I, 4; VIII, 6.

Ἦλθε γὰρ Κλέων δεόμενός τε καὶ ἀξιῶν) Edd. Ald. Basil. Camot. Riccobon. ἦλθέ τε γὰρ Κλέων καὶ δεόμενός τε καὶ ἀξιῶν. Edd. Venet. Spirenſ. Maiorag. prius καὶ omittunt. Paulo inſolentius in hac lectione coniunctiones multiplicatae ſunt.

§. 4. Μὴ ἀμφιβόλοις) Edd. Camot. & Maiorag. μὴ ἀμφιβόλως. Quinctil. VII, 9.

Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἐν ποιήσει λέγουσι ταῦτα, οἷον Ἐμπεδοκλῆς) Locus clarus eſt. *Tales, qui nihil habent, quod dicant, videri tamen cupiunt aliquid dicere,* poëtice *ſua effutiunt, quemadmodum Empedocles fecit.* Sollicitavit lectionem vulgatam Victorius, ſenſum verborum non capiens, & pro ἐν ποιήσει legere maluit ἐν προαιρέσει. Aliam lectionem ex vetere verſione Latina, quae habet, *in fictione dicunt haec,* exſculpſit Morelius; arbitratus enim eſt, interpretem legiſſe ἐν προσποιήσει, ſicut idem paulo ante προσποιῶνται in textu vertit *fingunt.* Verum argutatus eſt Morelius; & hac immutatione facta quoad ſenſum nihil lucreris.

Ὅταν γὰρ λέγωσιν) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. non habent γάρ.

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς) Herodot. I, 91. Cf. ibid. cap. 53.

Διὰ τῶν γενῶν) Sic bene emendavit Victorius e Codd. & vetere verſione Latina. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. διὰ τῶν λοξῶν. Noſtrum offerunt quoque margo edd. Venet. & Georgius Trapezuntius.

Ἢ πόσα ἔχει) Eaedem edd. ut & Riccob. & Maiorag. ἢ τὸ πόσα ἔχει.

§. 5. Notandum eſt ex hac §, Protagoram primum nominum genera diviſiſſe in maſculina, feminina, & *inſtrumenta*, (quae *neutra* dicuntur Latinis,) quod vaſa & utenſilia plerumque neutrius generis ſunt. In Poët. cap. 21 *neutra* appellantur τὰ μεταξύ.

§. 6 Τὸ γεγραμμένον) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. τὸ εἰρημένον.

Τοῦ λόγου τοῦδ' ἑόντος) Ita dedit Victorius e pluribus Codd. MStis. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. τοῦ λόγου τοῦ ὄντος. Clem. Alexandr. Strom. V, p. 599 ed. Colon. qui etiam Heracliti verba adduxit, habet τοῦ λόγου τοῦ δέοντος. At τοῦδ' ἑόντος legendum eſſe, docet locus Sexti Empirici VII, 126: ἐναρχόμενος οὖν τῶν περὶ φύσεως ὁ προειρημένος ἀνὴρ, καὶ τρόπον τινὰ δεικνὺς τὸ περιέχον, φησὶ, Λόγου τοῦδε ἑόντος αἰεὶ ἀξύνετοι γίγνονται ἄνθρωποι — γινομένων γὰρ κατὰ τὸν λόγον τόνδε ἀπείροι ἐοίκασι, πειρώμενοι ἐπέων, καὶ ἔργων τοιούτων, ὁκοίων ἐγὼ διηγοῦμαι —. Sententiam Ariſtotelis de Heracliti obſcuritate confirmant Demetr. de interpr. p. 126; Cic. de fin. II, 5; De divinat. II, 64; De nat. Deor. I, 26.

§. 7. Ἔτι τάδε ποιεῖ) Eaedem edd. ἔτι δὲ ποιεῖ.

Τὸ μὴ ἀποδιδόναι) Vetus interpres Latinus videtur legiſſe τὸ μὲν ἀποδιδόναι.

Ἃ μὴ προθεὶς εἶπης) Variant edd. & quidem Ald. Baſil. & Riccob. habent καὶ ἂν μὴ προσθῇς εἴπῃ. Edd. Venet. & Camot. καὶ ἂν μὴ προσθεὶς εἴπῃς. Edd. Spir. & Maiorag. καὶ ἂν μὴ προθεὶς εἴπῃς. Edd. Victor. Morel. Sylburg. Caſaub. Duvall. Schrader. Londin. ἂν μὴ προθεὶς εἴπῃς, omiſſo καί. Equidem ed. Lipſ. ſecutus ſum.

CAP. VI.

§. 4. Τὸ ἓν πολλὰ ποιεῖν) Reſtituit ἓν e Cod. MSto Victorius, nam abeſt illud ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. & Riccob.

Λιμέναις εἰς Ἀχαϊκοὺς) Finis ſenarii poëtae incerti.

Δέλτου μὲν αἵδε πολύθυροι διαπτυχαὶ) Verſus eſt Euripidis Iphigen. in Taur. 727. Edd. Ald. Venet. Baſil. Riccob. Δελτούμεναι δέ. Emendatior iam exhibetur verſus in marg. ed. Venetae. Pro πολύθυροι Hartungus (Decur. I, 2)

& Victorius ex vulgatis Euripidis editionibus dederunt πολύθρηνοι, cuius tamen immutationis ipsum Victorium postea poenituit, Comment. p. 598. Legitur autem πολύθρηνοι adhuc in omnibus edd. recentioribus. Quam curavit nuperrime *Beckius*, vir doctissimus, eam nondum vidi. Equidem πολύθυρσοι recepi, quod firmant Codd. Victor. omnes, Cod. Graecus Augustini Niphi, vetus interpres Latinus, Codd. Latini MSti Helmstadienses (Schrader. Comment. pag. 516), & edd. Victorianâ antiquiores. Georgius Trapezuntius versum plane omisit. Pro αἵδε Hartungus maluit αἱ, fine δὲ, exigente metro. Non expunxi δὲ, cum Aristoteles memoriter citaverit.

§. 7. Ὁ ἐκεῖνος ποιεῖ) Aliae edd. οἷον ἐκεῖνος ποιεῖ. De *Antimacho Clario* s. *Colophonio*, (nam fuit Claro, a Colophoniis condito oppido, oriundus,) eiusque vita, ingenio, & carminibus erudite disseruit *Schellenbergius*, vir ornatissimus, qui etiam fragmenta sedulo collegit & illustravit. Vid. Antimachi Coloph. Reliq. Halae Sax. 1786, 8; ubi de fragmento, ab Aristotele in textu citato, p. 52 pluribus agitur. Occurrit idem Antimachi versus in Teumessum, s. Telmessum, Boeotii agri collem, apud Strabon. IX, p. 471. (ed. Paris. 1620 fol.) Conf. Schraderi Comment. p. 517, & Valckenaer. ad Euripid. Phoeniss. v. 1107.

Εὐδοκιμεῖ γὰρ τοῦτο) Edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. εὐδοκιμεῖ δὲ τοῦτο.

Τὴν σάλπιγγα) Non instrumentum (tubam) innuit Aristoteles, sed eius sonum.

CAP. VII.

§. 1. Παθητική τε) Vetus interpres Latinus vertit: *passionis illativa secundum aliquid*. Legit igitur παθητική τι.

§. 2. Αὐτοκαβδάλως) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Maiorag. αὐτοκιβδήλως. Est αὐτοκαβδάλως *submisse*, *tenuiter*. Nam αὐτοκάβδαλα etiam dicuntur poëmata humilia.

Οἷον ποιεῖ Κλεοφῶν) *Cleophon* fuit patria Athenienfis, & poëta tragicus. Decem eius fabulae laudantur a Suida v. Κλεοφῶν. Conf. Aristot. Poët. cap. XXII.

Καὶ εἰ εἴπειεν ἂν, πότνια συκῆ) Particulam εἰ e Cod. antiquissimo, & vetere versione Latina restituit Victorius. Pro πότνια συκῆ edd. Ald. & Basileenses habent πότνια σύ. Male.

§. 3. Ὀργιζομένου λέξις) Eaedem edd. nec non Venet. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ὀργιζ. ἡ λ. cum articulo.

Δυσχεραινόντως καὶ εὐλαβουμένως) Cod. antiquiſſimus Victorii: δυσχεραίνοντος καὶ εὐλαβουμένου.

§. 4. Τὰ πράγματα οὕτως ἔχειν) Senſum turbat οὕτως, quare coniicio, illud interpolatum eſſe. Poterit tamen, ne quid diſſimulem, ordo verborum ita quoque inſtitui: ὥστ' οἴονται, τὰ πράγματα οὕτως ἔχειν, ὡς ὁ λέγων (αὐτὰ ἔχειν φησὶ), εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχει.

§. 5. Συνομοιοπαθεῖ) Cod. antiq. Victorii: συνομοπαθεῖ. Melius.

§. 6. Καὶ γυνὴ, ἢ ἀνὴρ) Revocavi ἢ pro vulgato καὶ ex edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. quoniam ſequitur: καὶ Λάκων, ἢ Θετταλός.

§. 7. Οὐθ' ὡσαύτως, ἀγροικος ἂν) Cod. antiq. Victorii: οὐθ' ὡσαύτως ἂν, ἀγροικος ἄν. Mavult repetitum ἂν Victorius, ut Atticis ſolemne.

Τίς δ' οὐκ οἶδεν· ἅπαντες ἴσασιν) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Venet. Camot. Spirenſ. τίς δ' οὐκ οἶδεν, ἃ πάντες ἴσασιν; Eadem expreſſerunt vetus interpres Latinus, & Hermolaus Barbarus.

§. 9. Ἐπὶ πάσῃ ὑπερβολῇ) Sic reſtituit Victorius e Codd. MSS. Ed. Ald. ἐπὶ πᾶσιν ὑπερβολή· male. Edd. Venet. Camot. Maiorag. ἐπὶ πάσης ὑπερβολῆς.

§. 11. Φήμην δὲ καὶ μνήμην) Ita legitur ap. Iſocratem Paneg. ſub fin. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Maiorag. φήμη δὲ καὶ γνώμη. Sic etiam Codd. MSS. & vetus interpres Latinus. Male Verum pro ſequentibus οἵ τινες ἔτλησαν apud Iſocratem in nonnullis edd. mendoſe legebatur οἵ τινες ἐτόλμησαν. Vid. Victorii Comment. p. 608.

Ὅπερ Γοργίας ἐποίει) Aliae edd. ὥσπερ Γοργίας ἐποίει.

Τὰ ἐν τῷ Φαίδρῳ) Platon. Phaedr. pag. 319 ſq. Opp. T. X ed. Bip.

CAP. VIII.

§. 1. Καὶ ἅμα καὶ ἑξίστησι) Edd. Ald. Baſil. Riccobon. καὶ ἅμα καὶ ἑξέστη.

Κλέωνα) Suſtulit Victorius articulum τὸν, quem priores edd. habent. Abeſt ille a MSS.

§. 4. Καὶ οὐ λεκτικὸς) Abeſt particula negandi ab edd. Ald. Venet. Baſileenſibus, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. & Victor. Deſideratam autem a Victorio, in textum

receperunt edd. Morel. & ſqq. Λεκτικὸς eſt h. l. *communi loquendi modo aptus.* Cf. Quinctilian. Inſtitt. IX, 4.

Πάντων τῶν μέτρων) Cod. antiq. Victorii, & vetus interpres Latinus: *πάντες τῶν μέτρων.*

Καὶ ἐκστῆσαι) Sunt, qui malint *ἐκστῆναι*, quod etiam edd. Venet. & Camot. tuentur. Vulgatum defendit Victorius pag. 618. In antecedentibus pro *σεμνότητα* edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Riccob. Spir. habent *σεμνοτέραν.*

Ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος) Harpocrat. ὁ κόρδαξ κωμικῆς ὀρχήσεώς ἐστιν εἶδος. Tetrametra conſtabant octo pedibus, & verſus trochaici tetrametri inprimis accinebantur ſaltationi, quod ob longitudinem ſuam varietati motuum, & ob trochaeum pedem celeritati eſſent aptiores.

Ὃ ἐχρῶντο μὲν ἀπὸ Θρασυμάχου) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. poſt ἐχρῶντο μὲν inſertum habent ὡς ἐν ἀποῤῥήτῳ. Expunxit haec Victorius, quia abſunt a Cod. antiq. & vetere verſione Latina. Repugnant quoque in textu ſequentia. De *Thraſymacho* vide ſupra not. ad III, 1.

Ἔστι δὲ τρίτος — ὁ ἡμιόλιος) Ut recte intelligant hunc locum lectores, pauca monebo. Duae ſyllabae breves (υ υ) continent duo tempora, & ſunt aequales uni ſyllabae longae (—), quae igitur, quamvis *una* tantum *ſyllaba* ſit, *duo* tamen *tempora* continet. Iam vero in *heroico* pede (— ‿ υ ‿ υ) par intervallum ad par eſt, viz. duo tempora (—) cum duobus (‿ υ ‿ υ) conferuntur. In *trochaico* & & *iambico* duo tempora (—) ad unum (υ) conferuntur. Tertius ſ. *paean* ſecundum proportionem eſt proximus. Continet enim duo tempora (—) collata ad tria (υ υ υ). Ratio autem inter duo & tria eſt ſeſquialtera. Hinc Graecis ἡμιόλιος dicitur. Cic. Orat. cap. 56: *Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria; ut neceſſe ſit*, partem *pedis aut* aequalem *eſſe* alteri parti, *aut* altero tanto, *aut* ſeſqui *eſſe* maiorem. *Ita fit* aequalis *dactylus*, duplex *iambus*, ſeſquiplex *paeon.*

Τρία γὰρ) Ita Codd. Victorii. Eaedem edd. *τρία δέ.* Minus bene.

§. 6. Εἴτε Λυκίαν) Ex emendatione Victorii, Codicis antiquiſſimi fidem ſecuti. Alii Codd. MSS. ut & edd. Ald. Baſil. 1. 2. Froben. ἴτε Λυκίαν. Edd. Venet. & Camot. εἴτε Λυκίε. Margo ed. Venet. εἶτα Λυκίε. Georgius Trapezuntius habet: *Delogena, Diana filia Iovis.* Igitur εἴτε Λυκίαν

in Cod. ſuo non legit. Pro Δαλογενὲς edd. Ald. Baſil. 1. 2. Froben. legunt ἀλλογενές.

Χρυσεοκόμα Ἕκατε) Ed. Venet. χρυσεοκόμα ἑκάεργε. Margo ed. Venet. & ed. Camot. in textu χρυσ. ἑκάεργε. Noſtrum dedit Victorius e MSS.

Ἕτερος δ' ἐξ ἐναντίας) Edd. Ald. Baſil. 1. 2. Froben. ἕτερα δ' ἐξ ἑν. Male. Ed. Camot. ἕτερον, ſubaudito ex antecedentibus εἶδος, quod magis arridet.

Μετὰ δὲ γᾶν) Exemplum hoc e vetere aliquo poëta ſumtum eſt, cuius carmina perierunt.

Διὰ τὸν γραφέα) Reſtituit Victorius e Cod. antiq. & vetere verſione Latina. Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. διὰ τὸν γράφοντα.

§. 7. Ποιοῦσι ῥυθμοὶ) Ita legunt Cod. Victor. & vetus interpres Latinus. Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. Froben. Camot. Spir. Maiorag. ποιοῦσι ῥυθμόν. Non bene.

CAP. IX.

§. 2. Conf. omnino Turnebi Adverſar. I, 4.

Ἡροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίης ἀπόδεξις) Herodotus fuit Halicarnaſſo oriundus. Vocatur ab Ariſtotele *Thurius*, quoniam cum aliis colonis e patria Thurios migravit. Strabo XIV, p. 656 ed. Pariſ. 1620, fol. Vulgatae Herodoti editiones ſic habent: Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. Margo ed. Venet. ἥδ' ἱστορίας ἀπόδειξις.

Τελειωθῇ) Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. Froben. Camot. Spir. Maiorag. τελειωθείη.

Ἐπὶ τοῖς καμπτῆρσιν) A Latinis *kamptēras* appellari *flexus*, docet Turnebus Adverſar. XII, 13; XXVIII, 42. Edd. Ald. Venet. Baſil. 1. 2. Froben. Camot. Spir. Maiorag. inſertum habet ante haec: καὶ οἱ δρομεῖς. Suſtulit autem ea verba Victorius, quoniam abſunt a MStis, & a verſionibus Latinis veteris interpretis & G. Trapezuntii.

Προορῶντες γὰρ τὸ πέρας) Marg. ed. Venet. πόρρω ὄντες γὰρ τοῦ τέλους· quam lectionem a Scholiaſte Graeco putat confictam Victorius Commen. p. 625. In nullo enim Codice eam invenit.

§. 3. Αὐτὴν καθ' αὑτὴν) Abeſt αὐτὴν ab edd. Venet. Camot. Spir. & Maiorag.

Μηδὲ ἀνύειν) Cod. antiq. Victor. & vetus interpres Latinus: μηδὲ ἀνοίγειν. Melius forſitan.

Τῶν μέτρων) Ibidem: τὰ μέτρα.

§. 4. Δεῖ δὲ τὴν περίοδον) Ex emendatione Victorii. Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. Camot. δεῖ δὲ τῇ περιόδῳ.

Ὥστερ τὰ Σοφοκλέους ἰαμβεῖα) Petita sunt haec ἰαμβεῖα, quae Sophoclis vocantur, ex Euripidis Meleagro, ut iam monuit Graecus Scholiastes, & confirmatur testimonio Luciani Opp. T. III, pag. 436 ed. Reitz. Laudavit eundem versum Demetr. Phaler. §. 58 ed. Schneider. Cf. Valckenaer. ad Euripid. Hippolyt. p. 137. Aut Aristoteles memoria fefellit, (cum Sophoclis Philoctetes eodem fere modo incipiat: Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιῤῥύτου χθονὸς Λήμνου κ. τ. λ.) aut in textu nostro pro Σοφοκλέους reponendum est Εὐριπίδους. Ceterum in versu ipso recte legitur Πελωπείας, non Πελοπίας, ut nonnullae edd. & textus Luciani adhuc habent. *Exempli* vices hic solus versus non explet; at fortasse eas explerunt, qui sequerentur, quosque ut tum vulgo notos Aristoteles silentio praeteriit.

§. 5. Ἡ εἰρημένη περίοδος) Abest εἰρημένη a Cod. antiquissimo & vetere versione Latina. Vid. Schneider. ad Demetr. pag. 129.

§. 6. Ἀνάγκη γὰρ, ὅταν ἔτι ὁρμῶν ἐπὶ τὸ πόῤῥω, καὶ τὸ μέτριον, οὗ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὅρον, ἀντισπασθῆ παυσαμένου) Locus erat corruptus, sed puto equidem, me eum levissima mutatione sanasse. Edd. Ald. & Basileenses: οὔτ' ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὅρον ἀντισπασθῆναι παυσαμένου, sine sensu. Edd. Venet. Camot. & Maiorag. οὐτ' ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὅρου ἀντισπασθῆ παυσαμένου. Margo ed. Venet. ὁρμᾷ ἐπὶ τὸ πόῤῥω, καὶ μέτριον, οὔτ' ἔχει κ. τ. λ. Ad hanc lectionem accedit versio Georgii Trapezuntii: *Nam necesse est, cum ad longius & mediocritatem prospiciat* (προορῶν), *nec sibi terminum praefixerit, cum subito intervallo retrahatur.* Edd. Riccob. Spirens. Victor. & ceterae cum lectione a me exhibita consprant, praeterquam quod vulgatum ὅρου in ὅρον mutavi. Iam vero totius loci sensum hunc esse arbitror: *Nam necesse est, cum auditor,* (*cogitatione*) *ulterius procedens, & usque ad eum terminum, quem in animo habet, retrahatur ab oratore periodo nimis brevi utente, eum offendi propter repulsionem.* Gratus accipiam, si quis meliora obtulerit.

Οἱ ἐξωτέρω) Edd. Ald. & Basileenses: οἱ ἐξώτεροι.

Τοὺς συμπεριπατοῦντας) Ibidem: τοὺς περιπατοῦντας.

Αἱ περίοδοι) Ibidem: αἱ περίοδοι καί.

Λόγος γίγνεται καὶ ἀναβολῇ ὅμοιον) Cod. antiq. Victo-

rii, & vetus interpres Latinus: ἄλογος γίγνεται. Pro ἀναβολῇ edd. Ald. & Basileenses habent ἀναβολης. Minus bene. Georgius Trapezuntius verba inde ab ὁμοίως δὲ usque ad ὅμοιον plane omisit.

Οἵ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει) Hesiod. Opp. & D. vs. 263. In antecedentibus pro ἀναβολὰς edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. & Spir. legunt ἀναβολήν.

Προπετῆ οὖν ἄγει) Nonnullae edd. ἄγοι. Non bene. Pro προπετῆ edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccobon. Spir. & Maiorag. προπετῶς.

§. 7. Τῆς δὲ ἐν κώλοις) Edd. Ald. Venet. Basileenses, & Camot. τῆς δὲ ἐν κώλῳ. Nostrum dedit Victorius.

Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων) Incipit his verbis Isocratis Panegyricus. Edd. Aristotelis modo laudatae habent: ἐθαύμασα πολλάκις τῶν τὰς πανηγύρεις ἀγόντων.

Οἷον, Ἀμφοτέρους) Abest οἷον ab edd. Ald. Basileens. & Riccob. Exciderunt verba haec & sequentia usque ad τοῖς μὲν γὰρ e textu Victoriano.

Τοῖς μὲν γὰρ πλείω τῆς οἰκοι) Edd. Ald. Bas. & Riccob. τῶν μὲν γὰρ πλείω τοῖς οἴκοι. Ed. Ven. τοῖς μὲν γὰρ πλείω τῶν οἴκοι. Veram lectionem e Codd. restituit Victorius.

Ἐναντία· ὑπομονὴ, ἀκολούθησις· ἱκανὸν, πλεῖον) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. ἐναντία δὲ ὑπομονὴ ἡ ἀκολουθία, ἱκανῷ πλεῖον.

Ὥστε καὶ τοῖς χρημάτων δεομένοις, καὶ τοῖς ἀπολαῦσαι βουλομένοις) Sententia est imperfecta; neque enim, unde haec verba regantur, appositum est. Locus apud Isocratem ita legitur: ὥστε καὶ τοῖς χρημάτων δεομένοις, καὶ τοῖς ἀπολαῦσαι τῶν ὑπαρχόντων ἐπιθυμοῦσιν, ἀμφοτέροις ἁρμόττειν. Civitas Athenienstum consilio suo ita rempublicam constituit, ut & his & illis conveniret. Quae sequuntur verba, quibus haec membra e regione sibi respondere indicatur, Aristotelis sunt. *Victorius.*

Ἐν ταύταις) Edd. Venet. Camot. Spirens. Maiorag. ἐν πόλεσι ταύταις. Sustulit recte Victorius πόλεσι· nam abest illud a Codd. MSS. & subintelligendum potius est πράξεσι, ut ex Isocratis contextu apparet. Verba Isocratis sunt: ὁρῶσα δὲ περὶ μὲν τὰς ἄλλας πράξεις οὕτω ταραχώδεις οὔσας τὰς τύχας, ὥστε πολλάκις ἐν αὐταῖς καὶ τοὺς φρονίμους ἀτυχεῖν, καὶ τοὺς ἀνοήτους κατορθοῦν. —

Νόμῳ τῆς πόλεως στέρεσθαι) Apud Isocratem: *νόμῳ τῆς πολιτείας ἀποστερεῖσθαι.*

Ἰδίᾳ μὲν τοῖς βαρβάροις οἰκέταις χρῆσθαι) Apud Isocratem additur ἀξιοῦν, culpa forsitan librarii alicuius in nostro textu omissum. Aliae edd. *καὶ ἰδίᾳ*, uti & Ald. & Basil. 1. 2. Froben. *ἰκέταις χρῆσθαι* legit. In exemplo praecedenti pro *κακῶς ἀπώλοντο* edd. Camot. & Maiorag. *καλῶς ἀπώλοντο.* Minus bene.

Ἢ ζῶντας ἔξειν) Edd. Ald. Basil. 1. 2. Froben. Isingrin. & Spirens. *ἢ ζῶντας αὔξειν.* Sic etiam vetus interpres Latinus, qui vertit: *exaltare.* Edd. Venet. Camot. Maiorag. *ἢ ἄξειν ζῶντας.* Emendavit Victorius.

Ἐν τῷ δικαστηρίῳ) Edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Riccob. Spir. Maiorag. *ἐν δικαστηρίῳ*, omisso articulo. De re vide Victor. Comment. p. 635. *Pitholaus* & *Lycophron* fuere fratres uxoris Alexandri, Pheraeorum tyranni, quorum res gestas tradiderunt Diodor. XVI, 14, & Plutarch. in *Pelopida.* Non satis tamen liquet, an in hos acerbum dictum, quod exempli causa Aristoteles attulit, usurpatum sit.

Οὗτοι δ' ὑμᾶς οἰκοι μὲν ὄντες ἐπώλουν· ἐλθόντες δ' ὡς ἡμᾶς ἐώνηνται) Cod. Victorii & ed. Isingr. utrobique habent *ὑμᾶς*, quod equidem non omnino improbaverim. Edd. Ald. Venet. Basil. 1. 2. Froben. Camot. Spir. priori membro legunt *ἡμᾶς*, posteriori *ὑμᾶς*. Ed. Maiorag. & margo ed. Venetae utrobique *ἡμᾶς*. G. Trapezuntius vertit: *Isti nos domi quidem servientes vendebant, postea autem quam venerunt ad nos, emti sunt.* Sit iudicium penes lectores. Secutus sum textum Victorianum. Pro *ὄντες* Codd. quidam scripti tuentur *ἐῶντες*. Vetus quoque interpres Latinus vertit: *sinentes.*

Τὸ εἰρημένον) Margo ed. Isingr. *τὸ εἰρόμενον.* Male.

§. 9. Ἐὰν ἴσα τὰ κῶλα) Edd. Venet. Camot. & Maiorag. *ἐὰν ᾖ ἴσα τὰ κῶλα.*

Ἑκάτερον τῶν κώλων) Edd. eaedem, & Ald. Basil. Riccob. Spir. *ἑκάτερα τῶν κώλων.*

Ἐπὶ τελευτῆς ἔχειν) Ibidem: *ἐπὶ τελευτῇ.* Sic etiam infra statim, ubi eadem verba repetuntur.

Ἀγρὸν γὰρ) Abest *γὰρ* ab edd. iisdem. In sequentibus pro *ἀργὸν* in nonnullis edd. vitiose impressum est *ἀγρόν.*

Δωρητοί τ' ἐπέλοντο) Homer. Iliad. IX, 522.

Ὠιήθησαν αὐτὸν παιδίον τετοκέναι) Locus haud dubie est corruptus; sanus enim sensus ei non inest. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. *οὐκ ᾠήθησαν*

αὐτόν. Sustulit negationem Victorius, cum Codd. MSti & vetus interpres Latinus eam non agnoscant. Georgius Trapezuntius vertit: *Putarunt eum bene fecisse, & eum ipsum causam fuisse.* Legit igitur alia in Codice suo. Si coniecturae sit locus, putaverim equidem, reponendum esse: ᾠήθησαν αὐτὸν εὖ πεποιηκέναι, ἀλλ' αὐτὸν αἴτιον γεγονέναι. Αὐτὸν tuentur in posteriori quoque membro edd. Victorianâ antiquiores. Textum intactum reliqui.

Σταθῆναι χαλκοῦς) Eaedem edd. σταθῆναι χαλκοῦ. Male. Nostrum reposuit e Cod. antiquissimo, & vetere versione Latina Victorius. Georgius Trapezuntius inde ab eo loco, quem ex eius versione supra adduxi, ita pergit: *In nominis autem, quod similiter cadens appellatur, hoc modo: Erat in cogitatione maxima, & in spe minima. In verbo autem integro, quam conversionem appellamus, hoc pacto: At tu & vivo dicebas male, & nunc in mortuum scribis male. Concurrunt autem in idem nonnunquam contentio, compar & similiter desinens —.* Patet ex hac versione, totum hunc Aristotelis locum a librariis turbatum esse. Nonnulla alio ordine se excipiunt. Plura, quae in textu nostro habemus, Trapezuntius omisit.

Καὶ νῦν ἀποθανόντα γράφεις κακῶς) Recepi in textum ἀποθανόντα, quod sensus exigit. Occurrit idem exemplum bis apud Demetrium, & quidem verbo ἀποθανόντα non omisso, quod apud Aristotelem librarius quidem festinans excidere sibi passus est.

Ἀπὸ συλλαβῆς δὲ) Abest ἀπὸ ab edd. Aldina & Basileensibus.

Ὁμοιοτέλευτον) Cod. antiquissimus Victorii: ὁμοτέλευτον. Melius forsitan.

Ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις) Vid. supra p. 4 sq.

§. 10. Οἷον καὶ Ἐπίχαρμος ἐποίει) Locum Epicharmi habet quoque Demetrius de elocut. §. 24. In ipso illius versu pro ἐν τήνοις edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Riccob. Spirens. Maiorag. legunt ἐν τήνων, quae scriptura si vitio caret, subaudiendum est γῇ, οἰκίᾳ, vel simile, ut bene monuit Sylburgius.

CAP. X.

§. 1. Conf. Schneider. ad Demetr. de elocut. p. 153.

Διαριθμησώμεθα· ἀρχὴ δ' ἔστω) Sic emendavit Victorius ex Codice antiquissimo. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccobon. Spirens. διαριθμήσωμεν· ἀρχὴ δ' ἔσται.

§. 2. Τὸ γὰρ μανθάνειν) Inepte hoc loco mihi videtur appositum esse γὰρ, quare uncinos adhibui. Georgius Trapezuntius illud non expressit.

Ἡδὺ φύσει πᾶσίν ἐστι) Edd. Ald. Basil. & Spirens. ἥδυ πάσῃ φύσει ἐστί. Minus bene.

Ἐποίησε μάθησιν) Ed. Camot. ἐποίησε λάθησιν. Perperam.

Ἀπηνθηκότα) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Maiorag. ἀπηνθηκότες. Minus bene. Nostrum offert quoque margo ed. Venet. Homer. Odyss. XIV, 214, Ulysses ad Eumaeum subulcum:

Ἀλλ' ἔμπης καλάμην γέ σ' ὀΐομαι εἰσορόωντα
Γινώσκειν —.

Haud dubie ad hunc versum Aristoteles allusit.

§. 3. Διόπερ, ἂν εὖ, ἀστεῖον φαίνεται) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Spir. Maiorag. διόπερ ἂν ἀστεῖον φαίνηται. Melius. Ed. Riccob. nobiscum facit, praeterquam quod φαίνηται agnoscit.

Διαφέρουσα προσδέσει) Revocavi lectionem a Victorio e melioribus MStis iam in textum receptam. Georgius Trapezuntius vertit: *translatio* additione *differens;* nec aliter legunt edd. Ald. Basil. & Spir. Contra edd. Venet. Camot. Riccob. Maiorag. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. Lips. habent προσθέσει. Minus bene. Cf. supra III, 4.

Οὐκοῦν οὐδὲ ζητεῖ) Nonnullae edd. οὔκουν οὐδὲ ζητεῖ. Non recte.

§. 4. Ὅσων ἢ ἅμα λεγομένων) Edd. Ald. Basil. & Riccob. ὅσων ἢ ἅμα νοουμένων. Minus bene. Georgius Trapezuntius: *vel simul cum* dicantur.

Καὶ εἰ μὴ) Codd. quidam Victorii: καὶ οὐ μή.

Οἷον μάθησις) Edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Riccob. Maiorag. οἷον ἡ μάθησις.

§. 5. Καὶ τὴν τοῖς ἄλλοις) Petitum est hoc exemplum ex Isocratis Orat. ad Philippum, Macedoniae regem. Vid. Victorii Comment. p. 644.

Ἀντίκειται πόλεμος) Edd. Venet. Camot. & Maiorag. post πόλεμος additum habent γάρ. Bene.

§. 6. Εἰ πρὸ ὀμμάτων ποιεῖ) In edd. Ald. Venet. Basil. Camot. Spir. Maiorag. his subiunctum est commation: ὡς ἤδη ἐνεργοῦσα. Delevit hoc Victorius; nam abest illud a Codice antiquissimo, & a vetere versione Latina. Pro ἐνεργοῦσα ed. Isingr. habet ἐνεργοῦ, (forsitan operarum peccato,) & margo ed. Venetae ἐνεργείᾳ.

Δεῖ ἄρα τούτων στοχάζεσθαι τριῶν) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. ἔτι δεῖ τριῶν στοχάζεσθαι τούτων. Nostrum tuentur Victorii Codd. MSti, & margo ed. Venetae.

Ἐνεργείας) Nonnullae edd. habent ἐναργείας, ut edd. Venet. & Camot. Verum ἐνεργείας bene se habet. Ἐνέργεια hoc loco est *actio*, quae πρὸ ὀμμάτων ποιεῖ. Ἐνάργεια est *perspicuitas*, de qua hic non sermo est.

§. 7. Ὥσπερ Περικλῆς ἔφη) Conf. Rhet. I, 7.

Περὶ Λακεδαιμονίων) Ita reposui. Vulgo: περὶ Λακεδαιμόνων. Lectio haec ex vitio typographico orta est, in ed. Aldina obvio.

Καὶ Λεπτίνης — οὐκ ἐᾶν περιϊδεῖν) Vide ad h. l. Victorium p. 647. Probat hic, vel ἐᾶν, vel περιϊδεῖν, e textu eiiciendum esse, cum ambo verba unum idemque significent, & Plutarchus, hoc dictum etiam afferens, solo ἐᾶν usus sit. Dubitari autem potest, utrum expungas. Equidem τὸ περιϊδεῖν uncis secluси.

Καὶ Κηφισόδοτος) De *Cephisodoto* v. Ruhnken. l. l. p. 141.

Πρὸς Ἐπίδαυρον) Ex emendatione Victorii. Legunt ita Cod. antiquissimus, vetus interpres Latinus, Georgius Trapezuntius, & margo ed. Venetae. Edd. Ald. Venet. Basil. Camot. & Spir. πρὸς Ἐπίδαμνον. Fuit Epidaurus oppidum in intimo Saronico sinu.

Ῥόπαλον τοῦ δήμου) Dedi hunc locum, sicut eum Victorius constituit. Consentit quoque cum nostra lectione margo ed. Venetae. Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. omiserunt ῥόπαλον, & pro τοῦ δήμου habent τοῦ Μήδου, sine sensu. Vetus interpres Latinus: *fustem Medi*. Hoc saltem ferri potest. Georgius Trapezuntius hoc exemplum ignorat.

Σηστὸν δὲ) Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Spir. Maiorag. τὸν δὲ Σηστόν.

Τηλείαν τοῦ Πειραιέως) Aliae edd. τηλίαν. In Cod. antiquissimo Victorii τὴν λείαν· perperam; erratum tamen librarii sequitur etiam vetus interpres Latinus, qui vertit: *praedam Pireaei*. Sicut Pitholaus Sestum vocavit *arcam frumentariam* Pireaei, Cato Siciliam dixit *Romanae reipublicae cellam penariam & plebis nutricem*. Cic. in Verrem Or. IV, 2.

Τὴν λήμην τοῦ Πειραιέως) Λήμη est oculi vitium, quod lucem eiusque usum impedit. Sic lumen Pireaei eiusque gloriam laedebat Aegina.

Καὶ Μοιροκλῆς) Suidas h. v. Μυροκλῆς, quam ſcripturam etiam plures edd. habent. Sed vide Harpocration. h. v. & Victorium p. 649.

Πονηρότερον εἶναι) Neſcio, cur Morelius emendaverit πονηρότερος, quod etiam vulgo legitur. Priſtinam lectionem reſtitui.

Ἐκεῖνον μὲν γὰρ κ. τ. λ.) Confeſſi ſunt *Victorius*, *Anton. Bernard. Mirandulanus*, & alii interpretes, ſe huius exempli vim, & quomodo in eo ſit *metaphora ſecundum analogiam*, non percipere. Optime, puto, verborum ſententiam expoſuit *Salmaſius* (*de modo uſurar.* cap. 2, p. 41.) Is contendit, locum eſſe corruptum, & corruptelam inde ortam, quod Graeci in ſcribendo tertiis caſibus iota adderent. Igitur legendum eſſe: ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἐπιτρίτῳ τόκῳ πονηρεύεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπιδεκάτῳ. Iam vero vocabant Athenienſes τόκον ἐπίτριτον *uſuram*, quae *tertiam* partem ſortis loco foenoris in annum debebat, ſicut ἐπιδέκατον, quae *decimam*; unde patet, τόκον ἐπίτριτον fuiſſe uſurarum maximam, ἐπιδέκατον vero minimam. Ergo verborum ſenſus eſt: *Moerocles inquit, nihil peius eſſe illo; illum enim maximas uſuras exigere, ſe tantum minimas.* Analogia itaque conſiſtit in ſumma & infima uſura cum ſumma & infima improbitate comparata. — *Moerocles* fuit Salaminius, reipublicae Athenienſium adminiſtrator.

Ἀναξανδρίδου) Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Spirenſ. Ἀλεξάνδρου. Sic etiam vetus interpres Latinus & Hermolaus Barbarus. In verſione Georgii Trapezuntii textus verba inde a καὶ Μοιροκλῆς uſque ad Αἰσίων δὲ non translata ſunt. Recte dedit Victorius Ἀναξανδρίδου, quod Cod. antiquiſſimus habet. Meminit Ariſtoteles Anaxandridae poëtae infra quoque (cap. 11, 12.) Conf. Suidas.

Τὸ μὴ δύνασθαι) Ed. Iſingrin. τῷ μὴ δύνασθαι. Melius.

Ἐν πεντασυρίγγῳ νόσῳ δεδεμένον) Edd. Ald. & Baſileenſes: ἐν πέντε συρίγγων νόσῳ δεδυμένον.

Τὰ καπηλεῖα) Cod. Victorii: τὰ καπηλικά. Idem videtur legiſſe vetus interpres Latinus.

Τὰ Ἀττικὰ φειδίτια) Edd. Ald. Venet. Baſil. Camot. Spirenſ. φιλίτια. Aliae edd. φιδίτια. Duplex eſt huius vocis etymologia, παρὰ τὴν φιλίαν, & παρὰ τὴν φείδω. Melior tamen ea, quam equidem ſecutus ſum. Vid. Victorii Comment. p. 650. Conſer Ariſtot. Polit. II, 7, 8, 9. Cic. Quaeſt. Tuſculan. V, 34. Plura de phiditiis collegit Meur-

ſius in *Creta*, in *Laconicis*. Athenienſium comeſſationes in cauponis Spartanorum temperantiae ac frugalitati plane diſpares fuere. Hinc Cyonis ſarcaſmus.

Καὶ τοῦτο τρόπον τινὰ μεταφορὰ, καὶ πρὸ ὀμμάτων) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spir. καὶ τοῦτο πρὸ ὀμμάτων τρόπον τινὰ, καὶ μεταφορά. Veram verborum ſeriem e Cod. antiquiſſimo, quocum etiam vetus verſio Latina facit, reſtituit Victorius.

Καὶ Ἰσοκράτης) Orat. ad Philippum, init.

Ἐν τῷ ἐπιταφίῳ) Ex funebri oratione habita a *Lyſia* in laudem caeſorum, dum Corinthiis Athenienſes auxilium ferrent, cap. XVII, p. 514. (ed. Hanov. 1615, 8.)

Τελευτησάντων) Edd. Ald. Venet. Baſileenſes, Camot. Riccob. Spirenſ. Maiorag. τετελευτηκότων.

